

Hoc Librum quis lopper  
Den om al perat et  
Custodiat scripsit

C. B. de

etiam Cujas est ab

Die 49ma

Facetum hoc ille p[ro]p[ri]e  
habet docemus esse



3000000000  
1870  
Tutte le attes  
  
FRANCISCI DE LE BOE  
SYLVII,  
MEDICINÆ PRACTICÆ  
Professoris in Academia Lugduno-  
Batava celeberrimi



FRANCOFURTI,  
TYPIS HUMMIANIS.

•Anna M. DC LXXI. M

શાસ્ત્રીય વિજ્ઞાનોની પ્રદેશીકારી વિજ્ઞાનોની પ્રદેશીકારી  
શાસ્ત્રીય વિજ્ઞાનોની પ્રદેશીકારી વિજ્ઞાનોની પ્રદેશીકારી

## INDEX CAPITUM

### LIBRI I.

De affectibus naturales Hominis  
functiones laſas vel constituentibus,  
vel producentibus, vel con-  
sequentibus.



- |      |  |
|------|--|
| 853t | Cap.I. De ſit laſa, <span style="float: right;">pag. 4</span><br>II. De fame laſa, <span style="float: right;">10</span><br>III. De almentorum fastidio, <span style="float: right;">26</span><br>IV. De almentorum assumptione laſa, <span style="float: right;">30</span><br>V. De almentorum in ventriculo retentione<br>laſa, <span style="float: right;">35</span><br>VI. De almentorum deglutitione laſa, <span style="float: right;">37</span><br>VII. De almentorum fermentatione in ven-<br>triculo laſa, <span style="float: right;">39</span><br>VIII. De almentorum expulſione ad intelli-<br>na laſa, <span style="float: right;">56</span><br>IX. De nausea, eructatione, ac vomitu, <span style="float: right;">61</span><br>X. De chyli à facibus alvinis secretione laſa,<br>72<br>XI. De vitiosabilis & succi pancreatici una<br>cum <span style="float: right;">§. 2</span> |
|------|--|

55.54 28 JUN 2004

## INDEX

- cum pituita continuo excitata in tenuis intestino effervescentia, 83  
**XII.** De contentorum per intestina propulsione, atque expulsione laesa, & in specie a alvo adstricta, 93  
**XIII.** De alvi fluxu, 96  
**XIV.** De variis intestinorum doloribus, 114  
**XV.** De contentorum in intestinis vomitione ac nominatim de cholera morbo & ile 136  
**XVI.** De chyli per carneam intestinorum cr stum percolatione laesa, 1  
**XVII.** De chyli per lacteas venas motu laeso, ipsum sapientius in sequente ascite, 15  
**XVIII.** De chylit sanguificatione in cordis de tro ventriculo laesa, 16  
**XIX.** De continua & vitali sanguinis effusio nscientia in dextro cordis ventriculo laesa, 173  
**XX.** De sanguinis per pulmones motu laeso, 214  
**XXI.** De sanguinis ab inspirato, exspirato quo aere alteratione laesa, 226  
**XXII.** De aeris inspiratione laesa, 232  
**XXIII.** De aeris exspiratione laesa, 348  
**XXIV.** De pulmonum nutritione laesa, 267  
**XXV.** De sanguinis perfectione in sinistro cor dis ventriculo laesa, 276

**XXVI.**

## CAPITUM.

- XXVI.** De cordis & arteriarum motu, sive pulsu laeso, 280  
**XXVII.** Defebribus in genere, 288  
**XXVIII.** Defebre diaria, 301  
**XXIX.** Defebribus synochis, continentibus vulgo dictis, 317  
**XXX.** Defebribus intermittentibus, 352  
**XXXI.** Defebribus synechis, vel continuis in specie dictis, 426  
**XXXII.** Defebre hellica, 430  
**XXXIII.** Defebribus malignis, 438  
**XXXIV.** De languore universalis, ut & leipo thymia & syncope, 445  
**XXXV.** De cordis palpitatione, 497  
**XXXVI.** De sanguinis e sinistro cordis ven triculo per arteriam arctam ad omnes corporis partes fluxu laeso.  
**XXXVII.** De partium omnium nutritione laesa, & in specie de atrophia, suctab e, 509  
**XXXVIII.** De carnosiore ac obefiore corporis constitutione, 515  
**XXXIX.** De cachexia, & in specie anasarca, leucophlegmatique, 517  
**XL.** De sanguinis à partibus omnibus ad dex trum cordis ventriculum per venas re fluxu, & in specie de inflammatione, 526

§ 3

**XLI**

## INDEX

- XLI. De spirituum animalium in cerebro & cerebello generatione lesa, 546  
 XLII. De spirituum animalium per nervos motu leso, 552  
 XLIII. De sanguinis plus quam perfectione lesa in liene, 556  
 XLIV. De bilis generatione in folliculo fellis lesa, 559  
 XLV. De bilis retentione in folliculo fellis ant hinc facienda secretione lesa, 561  
 XLVI. De bilis motu ad intestinum leso, ac in specie de idero, 564  
 XLVII. De bilis motu ad hepar lso, 568  
 XLVIII. De bilis cum sanguine in hepate migratione lesa, 569  
 XLIX. De lymphae in glandulis conglobatis preparatione lesa, 572  
 L. De lymphae glandulose per vas lymphaticum ad ductum thoracicum ad venam jugularem axillaremve sinistrum motu lso, ut & thoracis hydrope, 576  
 LI. De saliva in glandulis maxillaribus conglomeratis tam superioribus, quam inferioribus preparatione lesa, 578  
 LII. De saliva motu in qscac oesophagum lso, 584

LII. De

## CAPITUM.

- LIII. De succi pancreatici generatione lesa, 586  
 LIV. De succi pancreatici motu & effervescentia cum bile lasis, ibid.  
 LV. De urina perfectione in renibus lesa, 587  
 LVI. De urina per ureteres defluxu, atque in vesicam transitu lesa, 593  
 LVII. De urina retentione in vesica & excretione per urethram lesa, 594  
 LVIII. De sudoris excretione lesa, 598

## INDEX CAPITUM.

## LIBRI II.

- Cap.I. De affectibus animales hominis functiones lesas vel constituentibus, vel prodicentibus, vel consequentibus. pag. 601  
 II. De primariis visus lesionibus, 605  
 III. De precipuis auditus lesionibus, 615  
 IV. De olfactus lesionibus, 619  
 V. Degustus lesionibus, 623  
 VI. De tactus lesionibus, 639  
 VII. De sensus caloris lesionibus, 645  
 VIII. De somni & vigiliarum lesionibus, 649  
 IX. De imaginationis lesionibus, 653  
 X. De ingenii & rationis lesionibus, 648  
 XI. De rationis sive judicii lesionibus, 667  
 XII. De

INDEX CAPITUM.

XII. De memoria lesionibus,	672
XIII. De animi affectuum lesionibus,	675
XIV. De animalis motus lesionibus,	680

INDEX CAPITUM.

LIBRI III.

Cap. I. De seminis generatione laesa,	684
II. De virilis seminis effusione; ac penisere- tione laesa,	688
III. De uterina sive menstrua purgatione laesa,	691
IV. De fluore muliebri Menstruis albis voca- to,	709
V. De virilis seminis admissione aut recentio- ne adeoque conceptione laesa,	713
VI. De foetus in utero generatione laesa, & ca- borum fastidio, nausea, vomitu, & ab- ortu,	718
VII. De partu laeso,	720
VIII. De lochiorum fluxu laeso,	732
IX. De doloribus post partum,	739
X. De lactis generatione laesa,	741
XI. De lactis morula so,	780
XII. De lactatione laeso.	756

FRANCISCI DE LE BOE,  
S Y L V I I

RAXEOS MEDICÆ  
IDEA NOVA.

OPERIS DISTRIBUTIO.

  
P Raxin Medicam in Auditorum no-  
strofum gratiam & commodum  
compendio, & quidem methodo  
uteriana non valde dissimili tradituri, eos  
primis proponemus *Affectus*, qui magis  
istunt simplices, cum illis cognitis *composi-  
tum* & *complicatorum* notitia non ita diffi-  
lter pateat.

2. Cum autem Hominis Valetudo pro-  
fia, sive Sanitas ex Functionum omnium  
tegritate; Adversa verò, sive Morbus ex  
rundem labefactatione ac laesione innote-  
at; consultum videtur *Affectus* in praxi  
edicis obvenientes secundum *laسارum* in  
omine Functionum diversitatem ordine tra-  
are, postquam ipsas vel *constituant*, vel  
*ducant*, vel *consequuntur*.

A

3. Hæ

3. Hæ Functiones omnes aut *Individuo conservando*, aut *Species propaganda ministrant*.

4. Quæ conservando Individuo serviunt Functiones, commodè in *Naturales*, varie *Assumptorum mutationi famulantes*, & *Animales* in Rerum quarumvis per *Sensus Externos & Internos Cognitione*, hinc & vario *Animi*, *Corporisque Motu* consistentes subdividuntur.

5. Distribuemus proinde Praxin nostram Medicam in tres Libros, qui agent de *Affectibus* lœfas hominis Functiones, I. quidem *Naturales*, II. verò *Animales*, III. denique *Generations dicatas* spectantibus,

6. Rarius quidem unica duntaxat in *Ægris* observatur *Func̄tio lœsa*, sed plerumque plures occurrunt simul lœſæ. Quæ si pendeant ab invicem, aut ab eadem saltē causa, uno tantum dicetur *Æger laborare affectu*, qui à primario ferè ac graviori, vel magis saltē notabili Symptomate denominari solet: sin ab invicem non pendeant Functiones plures simul lœſæ, verum diversas agnoscant Causas, tunc diversis & diversi nominis *Affectibus teneri* dicetur *Æger*.

7. Quæ ad Vitæ Naturalis conservatio-

nem intra corpus assumi & admitti solent ab Hominibus, vel *Alimenta* sunt deglutientia, vel *Aer inspirandus*,

8. Quamvis autem maxima sit Respirantibus inspirandi Aeris necessitas, nec tamdiu Aëre, quam Alimentis carere possit Homo; quoniam tamen Alimentorum in Dextro Cordis Ventriculo alteratorum causa instituta videtur in quibusdam dūntaxat, non omnibus Animalibus, Aeris Respiratione, malum ab Alimentorum Assumptione vitiata dicendorum facere initium, & tum decum de Respirationis lœſionibus agere, ubi ea opus habent Alimenta ex dextro Cordis Ventriculo in ac per Pulmones de-lata.



FRANCISCI DE LE BOE,  
SYLVII

# PRAXEOS MEDICÆ LIBER PRIMUS.

DE

Affectibus Naturales hominis Functiones lœsas vel constituentibꝫ, vel producentibus, vel consequentibus

C A P. I.

## De Siti Lœsa.

**P**RIMUM inter Naturales Functiones locum *Siti* vel ideo assignamus, quia prima hominis nuptiati passio naturalis est Sitire, atque lac ex mamma sugendo Sitim suam lenire.

2. Hæc Sitis lœditur imprimis, quoties vel augetur, vel depravatur: rarius enim cum hominis detimento minuitur, vel tollitur; neque enim credendum sublatam verè in quibusdam cum oris ariditate, corporisque ardore

ardore delirantibus Sitim, ejusve causam, quoniam eam non sentiunt, vel observant.

3. Autam Sitim deducendam puto plerumque à Bile acriore in tenui Intestinum delatâ, ibidemque cum confluente *Succo Pancreatico* ita effervescente, ut inde halitus falsi, non verò amari ad Ventriculum & fauces eleventur, atque ariditatis sensum ibi dem producant.

4. Hæc eadem Bilis acrior, ejusve halitus falsi si per vasa lactea penetrant ad Cor (idem dicendum de Bile eadem per Ductum Hepaticum cōdelata) & *Sanguinem sanguinis* numium inficiant, nil obstat *Salivam* tunc simul reddi plus minus *salsam* vel *aerem*, Sitimque minus temperantem, quin augentem.

5. Sitis quoque auctæ causa subinde existit *Humor salsus* à Capite ad fuentes depluens, atque ibidem ariditatis & Sitis sensum producens; aut inde ad Ventriculum quoque delapsus & ibidem, aut in tenui Intestino habitibus falsis materiam promens, à quibus itidem Sitis major excitetur.

6. Præter nunc memoratas Causas internas, plures concurrere possunt Auctæ Sitis. Causæ Externæ; ac I. quidem *Aer* ab Igne aut

aut Sole æstuans. II. Alimenta vel salsa, vel aromaticæ acria & arida.

7. Sitim quoque augment *Corporis agitatio, & motus* vehemens; ac inter *Animi Affectiones* *Ira* præsertim, *Terror* magnus, ut & *Vigilia protractæ*; atque *Alvustum adstrictior*, tum *laxior*; *Sudor* multus; *Vrina* copiose excreta; *Sanguinis, Laetis, Seminis* & *effluvium notabile*, &c.

8. Quemadmodum verò *Sitim* augeri Sal lixivus in Bile abundans, vel acrior, sic eandem depravare videtur *reliquarum in ipso Bile existentium partium vitium*: quod cum & ratione partium multiplicum Bilem componentium, & ratione modi multifarii, quo peccare queunt singule, multiplex esse possit, difficile est singulas istius depravationis species & causas exacte ac distincte persequi & accurate describere.

9. Adde quod & *Succus Pancreaticus & Pituita Intestinalis* ob vitium sibi pecuniae vitiosam cum Bile effervescentiam excitando, *Sitim* non parum queant depravare.

10. Depravatæ *Sitis Causa Sex rerum non naturalium dictarum nulli in specie tribui potest*; sed inexplicabili nobis hac tenus

tenus, vitioso tamen plurium simul concurrentium effectui.

II. *Situm austam curant* præ aliis omnibus & *Aqua*, lixivum *Bilis Salem diluentia* & ad *Urinæ vias deduentia*; & *Acida*, ejusdem acrimoniam potenter frangentia & invertentia; & *Oleosa*, eandem acrimoniam lenientia, *Lac putra* & *Emulsiones* ex *oleosis fermentibus* paratae.

12. Posunt commode *Aqua* tum *Acidis*, tum *Oleosis* jungi, atque tunc plus efficient. Exempli loco sit Formula sequens, quæ

*Fl. hordei* 3 xxx.

*Fl. ros. rubr.* 3 ss.

*Sp. Vitriol. q. s. ad gratam aciditatem.*  
Stent in *Aqua dulcis*, vel *Arena Balneo* per horas tres, aut donec colore rubello tintata sit *Aqua*, *Rosarum Tinctura* dicta, eni *Colata affunde* *Syr. jujubini*, 3 iii.

*M. & fiat Iulapium gratissimum.*

13. Si quis ab *Acidis* abhorreat, vel *lædatur*, sequenti utatur.

*4. Aqua decoctionis hordei*, 3 xx.  
*cinamomi*, 3 j.

*Syr. Violacei simpl.* 3 ijss.

*Lap. prunellæ, aut nitri sola solutione & coagulatione depurati, Drachmam j.  
M.*

14. Alterutro hoc julapio uti poterit per intervalla Sitiens, sumendo ejus haustum mediocrem, donec Sitis restinguatur.

15. Cui Emulsio laetæa magis placet, Formula sequens inservire poterit,

*H. Hordei mundati ad crepatr. coclis  
Unc. j.*

*Amygd. dulc. mund. Drachm. ii.*

*Cum Aqua decoctionis hordei*

*F. Emulsio ad Unc. xi.*

*Addendo Iulapii rosatt. Unc. j.*

*M.*

16. Potest huic Emulsioni, ad gratiam ipsi majorem conciliandam, ægrumque debilem roborandum, aliquid Aquæ Cinae momi addi, vel ad fatus discutendos aliquid Aquæ Foeniculi; & per vices usurpari.

17. Quin, ubi molestæ sunt vigiliae, somnusque desideratur blandus, possunt duæ, tresve Seminis papaveris albi drachmæ cum cæteris contundi, atque ex ipsis quoque Emulsio elici; quo una fidelia plures simul dealbentur parietes.

18. Potest

18. Potest aliquando ad Sitim fallen-dam, ubi præsertim à multa Aqua offendun-tur Ægri, aliquid prædicti *Lapidis prunella*, aut ipsius *Nitræ purificati* contineri in ore; quo etiam spectant *Rorula* gratissimæ ex Saccharo & *Succo Citri*, aut *Berberorum* paratæ.

19. Sitim auctam leniunt quoque *Inscula Carnium Vervecinæ* aut *Vitulina* cum multa aqua & sine sale præparata.

20. Quoties *Catarrhus Salsus*, vel *Saliva* similiis cauæ est Sitis auctæ, toties illi facien-da medicina, *Salæ* dinem illam temperando per Pilulas de *Cynoglossa* & similia; tum & *Sal-sum serum*, si redundet in sanguine, evacu-ando per alvum vel urinas: de quibus agetur in sequentibus.

21. Depravatam Sitim curant, quæ vitio-sam Bilis, Succi Pancreatici, ac Pituitæ In-testinalis, aliorumve humorum constitu-tionem corrugant: quæ quoniam non ita mox patet, usurpari possunt utiliter omnia humores qualescumque emendantia Univer-salia, & imprimis *Salia volatilia oleosa*, sed *temperatoria*, & quidem Aqueis juncta, cum que Vino haud generoso per vices exhibita.

## CAP. II.

## De Famine lœsa.

1. **V**T Potulentorum, *Situs*; sic Esculeni-  
torum Appetitus, *Fames* dicitur.

2. Primariæ Famis lœsa species sunt *An-*  
*cta*, *Diminuta*, *Abolita*, & modis variis *De-*  
*pravata*.

3. Naturalis quidem *Famis Causam* pri-  
mariam censeo *Alimentorum* in *Ventriculo*  
*Fermentatorum* *reliquias* in ipso restitan-  
tes, atque à deglutitæ continuo *Salivæ* partę  
ipsis adhærente *magis*, *magisque fermentatas*,  
& tandem *halitum subacidum*; *gratumque*,  
qui superius *Ventriculi orificio* blandè af-  
ficiat, sicut *Famem* producat, *emittentes*.

4. Hanc Naturalem Famem (imprimis,  
ubi *Alimentorum* assumptio differtur solito  
diutius) augere potest in Sanis etiam *Succo*  
*Pancreatico* ad tenue *Intestinum* delatus, &  
post *alimentorum secretionem*, depulsi-  
onemque absolutam in *Confluentem Bilem*  
*duntaxat* & *Pituitam Intestinalem* agens, at-  
que itidem *halitus acidiusculos* & *gratos* in  
*Ventriculum* propellens: quod vel ex *Fame*  
ad *Animi deliquiu nonnunquam ob alimenta*  
*tardius usurpata procedente* videtur patere.

5. In

5. In *Ægru autem Aucta Famis Causam*  
petendam puto à *Succo acido* in corpore  
abundante, ac præsertim ex *Pancreate* ad *In-*  
*testinum delato*, ac inde *Halitus solito aci-*  
*diores* ad *Ventriculum amandante*, qui *Fa-*  
*mis sensum intendant*, & post detrusa de or-  
sum *alimenta eandem mox renovent* & po-  
tentius urgeant.

6. Hunc acidum in universo corpore  
*Succum augent* 1. *Cibi acidi*, vel acidis con-  
dit; *Potusque Acidiores*, *Vinum acidiuscu-*  
*lum*, quale *Rhenanum* & *Mosellanum*, ex  
minus maturis uvis præsertim expressum. 2.

*Aer frigidior*, serenus tamen. 3. *Tristitia mo-*  
*derata*, & diu continuata. Quorum vim in-  
tendent. 4. *Corporis Motus vehementior*. 5. *Vi-*  
*gilianimia*. 6. *Alvus naturali adstrictior*.

7. *Famis vero Diminuta Causam frequen-*  
*tiorem* & *graviorem*, quamvis lente ortam  
reor *Salivam Viscidorem* & *Pinguirem*, ad-  
eoq; ad promovendam *Alimentorum*, hinc  
& eorundem *reliquarum fermentationem*  
inciptam; quinimò *Pituitam* in *tenui Intesti-*  
*no similem* producentem; à *aqua Succi Pan-*  
*creatici aciditas blanda obtundatur*, & tan-  
dem omnis in corpore *Aciditas minus acris*  
reddatur & iners.

8. Ejusdem Diminutæ Famis Causam ratiorem, leviorem, ac subitò sàpè ortam iudico Bilem Pinguorem ab Intestino tenui ad Ventriculum assurgentem, atque tum Alimentorum reliquias, tum Salivam corruptem, atque gratam ipsarum aciditatem obtundendo Appetitum prosterrentem.

9. Ex sex rebus non naturalibus dictis diminuent Famem 1. *Alimenta* copiosius assumpta, & maximè pinguia & viscida. 2. Aer astuans & pluviosus. 3. Somnus nimius. 4. *Corporis* quies ac segnities. 5. *Cura* extrema. 6. *Alvi* fluxus.

10. *Diminuta Famis Causa*, si gravissimum fuerint, tollent in totum & abolebant Famem.

11. *Depravata Fames*, que in genere *Pica*, in Gravidis *Malacia* vocatur, mares quidem rarius, Fœminas verò frequentius dixerare solet; & maximè vel ante Menstruum fluxum, vel ipsis suppressis; unde sunt ferè simul *Cachecticæ*.

12. Appetuntur autem in Pica vel Alimenta minus apta & insueta, vel res pro alimentis non habitæ, quales sunt Creta, Carbones, Cineres, Lacca, Pix, Lutum, Cespites, Panni attriti, Corium & nescio quid non.

13. Huc

13. Huc referuntur Aromata, quæ conimenta quidem sunt, vel medicamenta, non item alimenta.

14. Enim verò *Depravata*, inque *Fœminas* sàvientis *Famis Causa* ut plurimum ex *suppressis* deducenda *menstruis*; Ab illis namq; circa uterum stagnantibus, ideoque plus minus corruptis, postea sanguini universo deuo permistis, eundemque inficientibus tota ipsius Massa vitiatur & depravatur: A qua cut Cachexia universalis producitur, ita & aliva, Succus Pancreaticus, cæterique in corpore humores generantur vitiosi & unatum plerisque & quandoque omnibus Functionibus Fames quoque depravatur.

15. Similem undecunque tandem ortam anguinis, ac cæterorum humorum corruptionem & depravationem in Viris, ut & Mulieribus quandoque, locum habuisse, quoties Picalaborant, omnino censendum quemadmodum iidem Viri Suffocationis Mulieribus quidem magis familiaris, & quod ab Utero crederetur originem trahere, Uterinæ dictæ, Sensem & affectum aliquando patiuntur, sed & iisdem planè, quibus fœminæ, curantur medicamentis; quo circa ob rationes inferius Cap. 22, dicendas.

Suffocationem hanc non hysterica<sup>m</sup>, sed hy-  
pochondriacam putamus vocandam.

16. Curabitur Fames Aucta, exhibendo  
ea, quæ Acidum Succum in corpore tem-  
perant, infringunt ac emendant, ejusdemque  
augmentum præveniunt.

17. Potentissimè Succum acidum infrin-  
gunt Salia lixiva, tum fixa, rura volatilia;  
ut & alia alterutro abundantia, Corallia,  
Margaritæ, Oeuli Cancrorum, Creta, La-  
pis hæmatites, Succinum, Chalybis limatu-  
ra, & similia.

18. Eundem Succum acidum obtundunt  
Pinguis & Oleosa omnia.

19. Succum acidum temperat quoque Spœ-  
ritus volatilis ex Vino, aliisve paratus, tam  
purior, quam modis variis factus aroma-  
ticus.

20. Succum denique acidum diluant &  
enervant Aquea quævis copiose usurpata.

21. Quod si pro re nata plura conjun-  
gantur, plus efficient. Exempli loco sunto  
sequentia, ubi prius monuero Acidii Succi  
augmentum ac provenium præveniri præcipue  
abstinendo ab usu acidorum.

22. Cui proinde Pulveris forma præ aliis  
placet, in ejus gratiam

24. Corall. rub. præp.

Margarit. pr. an. 3 j.

Creta alba, 3 ss.

Sacchari alb. 3 iij.

M. f. Pulvis, in 6. doses dividendus,  
& bis in die tribus saltem, quatuorve post  
Cibum assumptum horis ex vini potentio-  
ris cochleari assumendum.

23. Cui forma liquida magis arridet, capi-  
at subinde sequentis misturæ cochleare unū.

24. Ag. menth. 3 ij.

Cochlear.

Tinctura Cinamonii, cum spiritu Vino  
rectificato per infusionem parata, an.

Unciam ss.

Syr. absinthii, 3 j. M.

24. Vel

25. Olei macis stillat.

granor. Juniper. an. Scrup. j.

M. in vitro.

Hujus Olei Gutras ij. vel iiij. sumat Eger a-  
liquoties in die ex Vini malvatici, alteriusve  
generosi, aut præmissa mistura cochleari.

25. Utatur quoque fame aucta pressus  
Jasculus tum pinguioribus, tum ad gelatinæ  
consistentiam proximè accendentibus, nul-  
lo que acido conditis.

26. Nulla

26. Nulla Purgantia præscribo in Fame  
aucta, quoniam nulla sunt mihi hactenus  
nota, quæ humores acidos educant blandè;  
sumque præterea edocitus per experientiam  
multiplicem irritari quidem, non item nisi  
cum summis tormentibus, & noxa majore,  
quæm fructu evacuari acidos incorpore humores & imprimis à Medicis de suorum  
grotorum dolore ac molestia parum solici-  
tis, aut bardis, aut saltem hujus rei ignarisi.

27. Fames sensim Diminuta vel Absoluta cu-  
rabitur medicamentis humorem Pituitosum  
viscidum corridentibus ac educentibus.

28. Corrigunt ac incidendo emendant  
humores pituitosos viscidos tum *Acida*, tum  
*salse* fixo, quæm volatili prædicta, &  
*Aromatica* omnia.

29. Correctum quodammodo Pituito-  
sum, viscidumque humorem simul redun-  
dantem evacuanti *Colocynthis*, *Turpetum*, *Her-  
modactyli*, *Mercurius* tam præcipitatus, quæm  
sublimatus & corrosivus, & dulcis, &c.

30. Tyronibus exempli loco sunto For-  
mulæ sequentes.

*24. Aq. mentha*, 3 ij.

*cinamom.* 3 S.

*Syr. fæniculi*, 3 j.

*Spir.*

*Spir. salis q. s. ad gratam aciditatem*  
*M.*

*Vel 24. salis tart. vitriol.* 3 S.

*Crem. tari.* 3 j.

*Sacchari Cand. alb.* 3 ij.

*M. f. pulv. in 3. doses divid.*

Accipiat semel aut bis in die ex Vino  
Iuenano, aut præcedenti mistura: Cui, si  
bet, poterit loco Spiritus Salis addi *Elix-  
is proprietatis* 3 S. & per intervalla co-  
chleatum assumi.

31. Qui ab Acidis offenduntur, sequenti  
tantur mistura per vices & cochleatum u-  
surpanda.

*24. Aq. mentha.*

*fænic. an.* 3 ij.

*vita Matthioli*, vel alterius cajus via

*Aromat.* 3 vj.

*Ol. macis fl. gr.* iiij.

*Syr. menth.* 3 j. M.

32. Qui Vino medicato defectantur, se-  
quenti aut simili utantur formula;

*24. Rad. enul. camp.*

*acori, an.* 3 ij.

*Fol. salvia,*

*majoran.*

*rut. bortens, an.* Man. j.

*sem.*

*sem. fœnic. dulcis.* 3 ij.

*Cort. arant. sicc.* 3 j.

*Concisa & crasse contusa insuantur sacculo,  
cui in cantharum immisso affundatur  
vin. album ad 3 xx.*

Postquam per noctem steterit in cella exhiberi poterit ad *Vne.* iij. iv. vel v. aut manè stomacho jejuno, aut inter prandendum, ac cœnandum, prout unicuique magis placebit, ac conducere observabitur. Poteſt quoque tamdiu recens vinum in usurpatu lo- cum affundi, quandiu vis aromatica prodit ex pupula.

33. Ubi purgandum erit, tunc

*M. f. pilul. fastid. maj.* 3 B.

*cochiar. Scrup. j.*

*Extr. Catholic. Scrup. B.*

*Ol. garyophyll. Gutt. ij.*

*M. f. pilul. N. 15. deauranda, aut glycyrrh.*

*Cinnamomei pulvere confergenda.*

Harum Pilularum v. vel plures accipiat Æger, prout facilius, aut difficilis se purga- ri notaverit.

34. Quod si quis volet Chymica simul addi, & quidem Pilularum forma, tunc

*M. Gum. ammon. vel Opopanax. &c. cum  
acetomund. & infiſſ. 3 B.*

*Troch.*

*Troch. albandal,*

*Mercur. sublim. dulc. an. Scrup. j.*

*M. f. pilul. N. 15. deauranda.*

Exhibeantur itidem Ægro quinque vel plures.

35. Quod si Apozematis forma Ægro præferatur, nec ab amaris multum abhor- dat, sequens erit satis conveniens.

*M. Rad. glycyrrb. ras.* 3 B.

*apii,* 3 j.

*ras. ligni gnajaci,* 3 iij.

*bacc. lauri,*

*sem. anisi, an.* 3 ij.

*Pulpe Colocynth.* 3 B.

*Coq. s. a. ex aq. plus.*

*Incolat.* 3 xxx. dissolv.

*Syr. ros. sol. cum senna,*

*diacnici, an.* 3 iB.

*salis tart. vitriol. Scrup. ij.*

*Tinctur. Cinam.* 3 j.

*M.*

Hujus Decocti unc. iij. iv. vel v. assumat. Eger semel aut bis in die, quo tum corri- gantur, tum simul educantur per epicrasin humores Pituitosi & viscidi.

36. Abstineat interim Æger ab Usu *Alt-*

*mentorum* Pinguium & viscidiorum.

*Aere* utatur fereno & calidiore simul ac sicciori-

*arte*

arte saltem ita parato. Augeat *vigilias*, si somnus fuerit longior vel profundior. *Animus* esto ad hilaritatem compositus. *Corporis motus*, *exercitumque* esto moderatum. *Alvi defectio* & *Vrina excretio* assumptis indies, si commodè fieri possit, respondeat.

37. Fames confestim à Bile pinguiore Di-  
minuta curabitur, emendando illam Bilem, aut  
eandem, si copia simul redundaverit, edan-  
cendo vel sursum, vel deorsum.

38. Bile huic emendanda conducit præ cæ-  
teris omnibus Elixir proprietatis, ad guttas v.  
vel vij. ex vino, aut convenienti mistura as-  
sumptum & imprimis paulò ante assumen-  
dum cibum.

39. Qui acidiora minus ferre possunt, e-  
jus loco usurpent *Spiritum Salis dulcem*, cum  
*Vini rectificato* spiritu aliquot cohobatio-  
nibus paratum.

40. Eandem Bilem emendat *Absinthium*,  
& ab ipso denominatum *Vinum Absinthites*.  
Cujus loco aliæ plantæ aromaticæ similiter  
infundi possunt in Vino & utiliter inter  
prandendum ac cœnandum mediocri quan-  
titate assumi. Tales autem plantæ sunt *Cal-  
amintha montana*, *Majorana*, *Rosmarinus*, *Ru-  
ta hortensis*, *Hyssopus*, *Thymus*, *Salvia*, &c.

41. Bi-

41. Bilem per Vomitum educunt commo-  
dissimè varia ex *Antimonio* parata medica-  
menta, *Crocus Metallorum* dictus, *Vitrum*  
& ex hoc præparata *Sapa vomitoria*, *Oxysac-  
charum*, vel *Oxymel Vomitorium*, *Mercurius*  
*Vita*, &c.

42. Eandem Bilem per *Alvum* evacuant  
*Rhabarbarum*, *Scammonium*, *Tamarindi*,  
&c.

43. Præparatur ex tempore atque opti-  
me *Scammonium*, si conveniente dosi ad  
*Granæ* xij. vel xv. pro *Ægrorum* xstate, aut ad  
purgationem sustinendam majore aut mi-  
nore aptitudine; si, inquam, *Scammonium* in  
mortario teratur & tantillū *Aqua* conveni-  
entis, *Melissæ* puta, *Cichorei*, *Acetosæ* aut si-  
milis affundatur, & lacteus liquor terendo  
electus lente effundatur, atque aqua nova  
vis reliqua similiter eliciatur; remanentibus  
in fundo fecibus nigricantibus: hinc præ-  
dicto liquori *Aqua* *Cinamomi*, vel *Fœniculi*, alteriusve aromatici 3 ij. & *Syrupi* ros-  
solutivi, aut similis itidem 3 ij. aut iij. ad-  
dantur; sicque *Haustulus* gratissimus & gris  
exhibeatur. Qui ut facilius operetur,  
bonum erit dimidia post haustuli assump-  
tionem hora *Ægro Cremoris Tartari* Scrup-  
ulum j.

22 FR. DE LE BOE, SYLVII  
pulum j. vel Drachmam 3. ex juscule propinare.

44. Possunt etiam ex Scammonio parari & ad Usum servari Tabella gratissimæ, quæ

ꝝ. Crystallor. Tartar. 3 iij.

Diagrediit, 3 iij.

Ol. Cinamom. Gutt. vj.

Sacchar. alb. in Aq. rosacea dissolue.

3 viij.

M. f. s. a. Tabella.

Hæ Tabellæ Infantibus, Puerisque, & aliis Delicatulis dari possunt convenientissimè : cum earum Dosis summa sit à 3 iij. ad 3 3. Infantibus ad 3 3. vel 3. j. & Adolescentibus ad 3 ij. exhiberi queunt cum regimine.

45. Qui vano ac præpostero terrore perculsi à blandissimi ac tutissimi, potentis quamvis, Scammonii & Scammoniatorum usu abhorrent, suisve Ægris hæc tenus mentuunt, Rhabarbaro utantur, & quidem modo sequenti.

ꝝ. Rhabarb. electi & rasi, 3 ij.

Tartar. crudi & optim. 3 3.

Aq. Cichorei, q. f.

Infund. per noctem in Cinerum, vel

Aq. Dulcis Balneo tepido,

Cola-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 23  
Colatura mediocriter expressa adde Syr.  
ros. fol. vel  
de cichor. cum rheo, 3 3.

Aq. cinamom. 3 ij. vel,  
quod nauseabundum Rhabarbari odorem  
potentissimè ac felicissimè corrigit & tol-  
lit, flatusque dissipat,

Olei Anisi, Gutt. ij. vel iij.

M. f. Haustus.

46. Ad Bilis redundantis evacuationem  
qui Electuatio uti malet, illi commenda-  
mus Cholagogum, sive Diaprunum nostrum  
in Nosocomii Academici usum ante aliquot  
annos à Nobis præscriptum, ac sepiissimè  
cum Ægrotorum commodo tum ibi, tum  
alibi ab aliis Medicis æquè ac Nobis usur-  
patum; quod vel idcirco commendabile  
magis, quod parva licet quantitate assump-  
tū satis potenter agat & blande. Cujus pro-  
inde formulam hic omnibus co[m]unicamus.

Electuarium Cholagogum, sive  
Diaprunum Sylvii.

ꝝ. Pulp. prunor. acido. dulc. 3 x.

Crem. Tartar.

Scammin. opt. an. 3 ij.

Rhabarb. electi, 3 x.

Cinam. acutis, 3 3.

Santali

Santali Citrini 3 ij.

Sacchari clarificati, 3 xvij.

M.f.s.a. Electuarium.

Dosis à 3 iij. ad 3 ss.

Dissolvi potest quantitate sufficiente Aquæ convenientis, atque sic exhiberi.

47. Cum pro appetitæ rei diversitate diversissima existat Depravata Fames, in genere duntaxat proponetur hîc à Nôbis Ejusdem Curatio, quæ consistet in Sanguinis, cæterorumque Humorum purificatione ac emendatione, qua restituta sponte evanescet Pica.

48. Comperi autem hactenus præ aliis medicamentis omnibus conducere in hoc affectu *Salia volatilia*; quæ cum varia occurrant, illa seligenda, à quibus plus utilitatis Ægris contingere accurata observatione notabimus. Quocirca mutanda sunt subinde medicamenta, & imprimis, ubi nos iis parum proficere videmus.

49. Tanto autem utiliora sunt Salia volatilia, quod lèntè atque blandè menses quoque moveant, quorum suppressorum causa Picam frequentissimè produci notum.

50. Optima verò salibus volatilibus utendis ratio est, si ad plures, paucioresve guttas, pro ut debiliora sunt vel potentiora,

bis,

bis, terve aut sèpiùs in die assumantur ex Vino vel alio liquore conveniente, ac præfertim inter prandendum, ac cœnandum, quo Alimentis juncta impediant eorundem corruptionem à vitiosâ saliva expectandam, quin Salivam sensim emendent, sive Alimentorum Fermentationem simul lœsam paulatim restituant.

51. Juvat etiam in hoc Affectu molesto Sudores, quandoque blandè movere: Cavendum autem, ne tegumentis obruantur Ægri; quin satius nullum, quam coactum prodire sudorem; postquam humores vitiosos emendant, corriguntque Sudorisera, licet ipsos non expellant. Præfero autem semper liquida & spirituosa crassioribus, licet *Antimonialia*, ut ut sicca, sint hîc optimâ, *Antimonium puta diaphoreticum*, *Berardicum Minerale*, &c.

52. Pro humorum autem vitiosorum simul aliquando redundantium varietate, institui possunt utiliter per alvum, vomitive *Purgationes*; de quibus jam ex parte actum, & agetur adhuc in sequentibus.

## C A P. III.

## De Alimentorum Fastidio.

1. Non tantum vel parum, vel nihil, vel nimium, vel mira & absurdā Āgri appetunt; verum nonnunquam pleraque aut quādam saltem accerta fastidunt & aversantur Alimenta.

2. Hoc Fastidium & Ciborum & Potum quorundam non Āgros duntaxat corripit, sed nonnunquam cæterum Sanos.

3. Ubi & hoc notandum, Omnes magis ferè fastidire actū calida vel tepida, & odore suo Olfactum simul potentius afficiunt, quam frigida, ideoque Odoratum minus moventia.

4. Fastidium autem omne auf nativum est, aut adventitium.

5. Nativum sequitur plerumque, si non semper, Animi Affectum potentem Matri Fætum utero gerentis, & similia vel præsentia, & in sensus externos incurrentia, vel absentia, s̄epius tamen in memoriam revocata, & nunc ob humores vitiosos in corpore existentes, nunc ob præjudicia undecunque hausta pro ingratis judicata fastidentis & aversantis.

6. Ad-

6. Adventitium post nativitatem Fastidium in Sanis excitatur, aut ex Præjudicio, Alimenta ista pro immundis, ingratiss, aut noxiis habente; aut ex iisdem Alimentis, aut similibus n̄mīa copia, præsertim ad naufragium usque, vomitumve usurpatis; vel ex iisdem non satis mente paratis, oblatissive: quæ si surgente fame, aliave necessitate cogente assumpta fuerint, eorundem fastidium pariunt, ac contra similia grande relinquunt præjudicium; quod aliquando quidem iterum tandem tollitur, aliquando ad vitæ finem permanet.

7. In Āgris excitatur similiter ac frequentius quorundam vel plerorumque Alimentorum Fastidium, & imprimis, quoties calentia, tepidave ipsis offeruntur: ab illorum enim odore Āgris facile ingratu Nausea fere simul excitata promovet & auget ipsum eorum fastidium.

8. Nec uniusmodi tantum, sed aliquando omnis generis & saporis Alimenta, ipsaque adeo consueta & alias desiderata solent Āgri multi fastidire; quin non Cibos duntaxat, verum non raro etiam Potus omnes, vinum, Cerevisiam & ipsam subinde Aquam.

9. Hoc Alimentorum Fastidium tam frequens

B. 2

quens

quens est *Ægris Symptoma*, ut adversa valetudinis manifestum sit quandoq; signum, ac præsertim in Pueris, ægritudinem instantem aut urgentem fastidio illo testantibus.

10. Consideratione dignum est, non tantum Carnes, atque Juscula, pinguis præsertim *Ægris fastidire*, sed tam frequenter omnia & dulcia, & acido-dulcia; non item nisi ratiūs, *magis acida*.

11. Eousque autem assurgit quandoque, viresque in *Ægris sumit* quorundam Ciborum, Potuumve Fastidium, ut sublato jam morbo aliquandiu, & quandoque diu, uno quandoque semper ipsis adhæreat; dum in aliis mox, brevi saltem idem tollitur ac evanescit.

12. *Ægrotorum verò Fastidia* pendent ut plurimum & i. à *vitiis balilibus* in tenui Intestino vitiata propter vitiosos simul vel seorsim *Bilem, Pituitam, Succumque Pancreticum* Effervescentia productis, atque ad Ventriculum & Os assurgentibus, famem notabiliter minuentibus, sicut verò plus minus depravantibus, & ad factam Alimento- rum mentionem, aut conspectum, imprimis olfactum, gustumve Nauscam plerumq; simul moventibus.

13. Pen-

13. Pendent eadem aliquando & 2. à molestia semel aut saepius similiū Alimento- rum assumptionem secuta, hincque forma- to præjudicio pertinaci de simili molestia, si amplius assumuntur, redditura; unde non nul- lis ex sola ingratorum vel noxiōrum Ali- mentorum memoria Nausea, hinc & Vo- mitus excitari solet.

14. Meritò Bili, Succo Pancreatico, & Pituita in tenui Intestino confluentibus, atque vitiatis, ac proinde vitiōse effervescenti- bus adscribitur illud *Ægrotorum fastidi- um*; cum illis emendatis aut evacuatis tol- latur, cureturque max in plurimis.

15. Prout autem alias hic, alias ille hu- mor peccat, ita & hujus vel illius Saporis A- limenta præ aliis fastidiunt *Ægri*: qui, ubi plures simul notabiliter peccant, omnis ge- neric alimenta penèaversantur.

16. Quisnam verò humor & quomodo peccet, conjuncta ostendit Symptomata ex secutura aliorum Affectionum tractatione petenda.

17. *Sanorum Fastidium curabitur*, libe- rando mentem omni præjudicio; aut sensim assuēcendo usui Alimento- rum:

rum : quod aliquando frustra , aliquando cum successu tentatum.

18. Eodem plane modo curandum *Ægrotorum Fastidium* à præjudicio ortum.

19. Ubi autem ab *Humorum visio* præsenti ortum habet id præjudicium , Curatio sequetur , si humores peccantes corrigantur , vel expurgentur .

20. Corrigentur Humores peccantes medicamentis partim jam in superioribus propositis , partim in sequentibus adhuc propoundendis .

21. Expurgabuntur per Vomitum Humores tum fluxiles , tum sponte sursum vergentes ; & quidem Vomotoriis jammemoratis , authincinde memorandis .

22. Expurgabuntur per Alvum iidem Humores , nullam sursum viam affectantes ; & valde vifcidi , & quidem medicamentis jam præscriptis & amplius præscribendis .

#### CAP. IV.

##### *De Alimentorum Assumptione læsa.*

1. Non sufficit homini Alimenta Esculentæ , Potulentaque appetere , nisi eadem

eadem Ore assumat , solidiora masticando comminuat , & inde per *Gulam* in *Ventriculum* deglutiat .

2. Læduntur multis modis hæ Functiones , & i. quidem *Liquidorum Assumptio* suæ perfici solita , ubi illa plus minus deficit .

3. Accidit autem illud , quando *Ægri* Os vel aperire , vel claudere : *Labia* saltem convenienter vel conjungere , vel disjungere ; *Lingua* vero satis exerere , vel contorquere non possunt .

4. Os aperire non possunt *Ægri* , quando ipsum permanet conclusum in *Temporalium Musculorum Convulsione* .

5. Os claudere non possunt iidem , quando illud perpetuo hiat in *Maxilla inferioris Luxatione* , aut *Musculorum temporalium Paralyse* , vel *Vulnera transverso* .

6. *Labia* convenienter ac sufficienter conjungere non possunt *Ægri* , quando illa desunt , vel *Paralysi* laborant aut *Vulnera grandi hiant* .

7. *Labia* decenter disjungere non possunt iidem , quando ipsa itidem desunt , aut *convulsa* *Cynico spasmo* tenentur .

8. Utrumque imperfectè contingit , quando in alterutro latere *Paralysis* vel *Convulsio* adest :

adest: unde in affecto latere nullavel nimia  
sit oris contractio, utraque vitiosa & noxia,  
in *Oris Tortura* dicta.

9. Læditur idem Suctus in *Labiorum Co-*  
*alitu*, viam Alimentis intercludente.

10. Ciborum solidiorum *Masticatio* læ-  
ditur, quando *Maxilla inferior* à superiore  
*abduci*, aut ad eandem adduci nequit.

11. Prius contingit à *Musculi Temporalis*  
*Convulsione*, in *Spasmo Trismodi*to; poste-  
rius ab ejusdem *Paralyse*, vel *solvia continu-  
itate transverse*; utrumque in *Maxilla luxa-  
tione*.

12. Læditur eadem *Masticatio Dentiuum*  
hinc inde *deficientium*, vel alias superne ac  
inferne non satis sibi adaptatorum vel *Stupore*.  
*Dolore*, *Carie*, aliave corruptione laborantium  
vicio.

13. *Lingua* convenienter exeri vel con-  
torqueri nequit, quoties *Paralyse*, aut *Convul-  
sione*, aut *Vulnere*, aut *Fræno brevioris* laborat.

14. De *Paralyse*, *Convulsione*, *Dolore* ac si-  
milibus agetur in *Secundo Libro*, unde peti  
poterunt, quæ affectui præsentiam amplius e-  
lucidando & curando erunt necessaria.

## CAP. V.

*De Alimentorum Deglutitione  
laesa.*

1. **C**ibum, Potumve, aut utrumque ali-  
quando minime, aliquando non ni-  
scum difficultate deglutire possunt ægri.

2. Inserviunt naturaliter *Deglutitioni* &  
*Lingua*, Cibos præsertim ad fauces protru-  
dens, & *Oesophagus* eosdem ac Potum admis-  
sum detrudens.

3. Requiritur in hunc finem tum *Lingua*  
*mobilis*, tum *Oesophagus explicabilis* ac com-  
plicabilis, ut & ejusdem *Canalis* & quæ ac su-  
perius *Ventriculi Orificium patens*, nec impe-  
ditum.

4. Læditur *Alimentorum protrusio* ad  
fauces, quoties *Lingua* vel *Paralyse*, vel *Con-  
vulsione*, vel *Vulnere*, vel *Vlcere*, vel *Dolore* la-  
borat, de quibus Affectibus omnibus agen-  
dum alibi.

5. Læditur & Aboletur *Alimentorum De-  
trusio per Cylam*, sive *Deglutitio*, quando vel

I. *Oesophagus* est *Obstrutus* à re solida ipsius  
canalem implente, *Carne* puta nunc in ipso  
læso excrescente, nunc per ingluviem, aut  
infortunium devorata & in ipso firmiter

harente, aliquando *Cartilagine, Osse, Nucleo,*  
*&c.* ibi morante. vel 2. *compresso* est à *Tu-*  
*more vicino*, sicut fieri solet in *Angina* vel 3.  
*Coactus* est post sui *excoriationem*.

6. *Cum difficultate Deglutint Aegri*, 1.  
*quando leves duntaxat existunt, necdum ex-*  
*tremæ modo memorata noxa*, atque ex parte  
*tantum Oesophagi Canalem claudunt*. 2.  
*quando Paralyti, Excoriatione aut Exulocra-*  
*tione laborat Oesophagus.* 3. *quando Hali-*  
*rus, Rustusque acerbi & austri vel copiosi sal-*  
*temè Ventriculo assurgentis existunt & quan-*  
*doque repellunt Alimenta deglutienda.*

7. *Impeditur aliquando, nec nisi cum diffe-*  
*cultate ac dolore absolvitur Alimentorum*  
*Deglutitio*, quando *superius Ventriculi Oris-*  
*cium vel Inflammatum*, vel *Excoriatum*, vel  
*Vulceratum*, vel *Carnea excrescentia plus minus*  
*est obsecsum*.

8. *De Affectibus autem plerisque modo*  
*memoratis, & Deglutitionem laudentibus*  
*agetur inferius, unde peti poterunt, que*  
*hic desiderantur ad ulteriorem ipsorum tum*  
*notitiam, tum curationem.*

## C A P. V I.

*De Alimentorum in Ventriculo Reten-*  
*tione lœsa.*

1. **N**on sufficit assumi Ore; ac deglutiri  
 per Oesophagum *Alimenta*, nisi ea-  
 dem convenienti tempore morentur ac retine-  
 antur in *Ventriculo*, & quidem tam diu, do-  
 nec ibidem sufficienter fuerint fermen-  
 tata.

2. *Hæc requisita Alimentorum in Ven-*  
*triculo Mora & Retentio lœditur*, quando  
 vel mox, ubi sunt admissa, vel *citius saltē*,  
*quam decebat*, expelluntur iterum, idque aut  
*suxum per Os & Vomitum*, aut *deorsum per In-*  
*testina & Alvum in Affectu Lienteria dicto*.

3. *Hæc alterutra deorsum, vel sursum*  
*facta Alimentorum exturbatio nunc Ventri-*  
*cule*, nunc *Alimentorum ipsorum*, nunc *vitiōsi*  
*alicius Humoris* *Ventriculum continuò* aut  
 post assumpta demum *Alimenta irritantis*  
*culpa contingere solet.*

4. *Ventriculi culpa eveniet hoc malum*,  
*quoties ille Inflammatus, Exulceratus, Exco-*  
*riatus ve nihil admittere potest*, quin mox  
 inde irritetur ad sui contractionem violen-  
 tam, contentorumque exonerationem,

5. *Alimentorum, aliorumve simul Assumptorum culpa idem accidet, si acria fuerint & ad sui excretionem ventriculum morden- do irritaverint.*

6. *Aliorum in Corpore prius existentium Humorum vitio idem continget, si acrimonia sua Ventriculum ad perpetuam Nauseam, Vomitumque aut contractionem deorsum tendentem, omniumque proinde admisso- rum Depulsionem incitaverint.*

7. Tales Humores sunt sibiūs *Bilioſi ſalni*, quandoque *Pancreatici Acidiores*, & *acri- monia volatili prædicti*, ac in ſe mutuo agen- tes, ad Ventriculum assurgentes, Halitus ſaltem acres eò mittentes, atque ipsum lan- cinantes, mordentesque.

8. Aliquando *Humores acido-falsi & acres à Capite ad faves*, hinc & *Ventriculum dela- buntur*, ipsumque ad ſui contractionem, ad- missorumque expulsionem cogunt.

9. *De Inflammatione atque Exulteratione quavis suo agetur loco.*

10. Ab *Alimentis acribus* si hoc malum contingat, vel *blandiora*, ſimulque *lenientia erunt postmodum usurpanda*; vel ipsorum ſaltem *acrimonia prius erit temperanda & corrigenda.*

11. In

II. In hunc finem conducunt *Oleofa plu- ra, Oleum ipsum, Lac quadvis, Vaccinum, O- villum, Caprinum, &c. Inſcula Carnium, præ- ſertim pingua; Emulſiones ex variis ſemini- bus parandæ, Amygdalis dulcibus præſertim.*

12. *Acrimonia Acida temperabitur præterea dulcibus, Saccharo, Melle, Paſſulis majori- bus; & quandoque Spirituosis, vel aliis, quæ acidum concentrant, nec tamen alimentis no- cent, qualia ſunt Corallia, Margarita &c. Quia multa longiore coctura ſenſim dul- cefcunt, & aciditatem ſuam plus minus a- mittunt.*

13. *Acrimonia lixiva & aromatica, qualis in pipere, garyophyllis, eruca, & ſunilibus occurrit, tum memoratis Oleofis & dulcibus temperatur; tutius tamen ab iisdem in to- tam, vel maxima ex parte abſtinetur.*

14. *Acrimoniam falfam, qualis in ſale marino & fossilī, & ſalitis plerisque, mirè corrigit Calx viva ex uſtis ſilicibus vel con- chis parata, nulli medico prudenti amplius metuenda, ſed lixivii forma in plurimis Af- fectionibus feliciffime uſurpanda.*

15. *Quemadmodum Alimenta & Con- dimenta, ita Humores vitiosi & Acres corrigen- tur Oleofis ac Spirituosis, & ſubinde ſuis Con- trariis,*

A 7

trariis, sed prius temperatis, iam memoriatis, & in sequentibus adhuc memorandis.

16. Iidem humores acriores, prius tamen plus minus correcti ac temperati, quoties simul redundant, segnissive aut difficilius se corrigi ac restituuntur, Evacuandi sunt per medicamenta superius praescripta & inferius praescribenda.

17. Imprimis tum ad urgentem humorum acrimoniam temperandam, tum ad sensum Ventriculi obtundendum, molestamque ipsius contractionem sedandam, conducit Opium & quodvis ab Opio denominatum medicamentum, Theriaca, Mithridatum, Diascordium, Philonium Romanum, Laudanum Opiatum, &c. si quantitate parva sepius usurpetur, additis ceteris humores maxime peccantes blande temperantibus medicamentis, quorum formulæ passim exstant in hoc opusculo.

18. De Vomitu, atq; Lienteria, in quibus semper simul luditur Ventriculi, & quandoq; ac forsam perpetuò Intestinorum Excretio sive Expulsio, ex professo agemus in sequentibus.

## CAP. VII.

## De Alimentorum Fermentatione in Ventriculo lesa.

1. **Q**uam vulgo Chylificationem vocant, malumus Fermentationis nomine appellare Mutationem assumptis Alimentis in Ventriculo secundum naturam contingentem.

2. Hujus Alimentorum Fermentationis lesæ primariæ species sunt 1. *Aboluta*, vel *Diminuta*; 2. *Aucta*; 3. *Depravata*: quibus cognitis tum illa, quæ *segnis*, tum illa, quæ *citius* absolvitur, deducetur facile.

3. *Aboluta* censetur Alimentorum Fermentatio, quando ipsa, sufficienti tempore in Ventriculo retenta licet, *cruda* tamen, *nes immutata* vel sursum, vel deorsum iterum excernuntur: quemadmodum *Diminuta*, quando eadem tunc *aliquantum* quidem, *minus tamen*, quam decebat, prodeunt *immutata*: Unde nihil vel parum nutrimenti, roborisq; ab assumptis Alimentis accedit *Ægro*.

4. *Aucta* verò dicenda Alimentorum Fermentatio, quando *citius*, quam decebat, absolvitur ipsa; unde si consueto & naturali tempore moram nechterent in Ventriculo Ali-

Alimenta, nimium immutarentur; ut ne sic quidem convenientem Corpori præberent Nutrimenti materiam; quemadmodum panis massa solito nimium, vel diutius fermentata exhibet panem acidiorum, minusq; ideò laudabilem. In mediocritate consistit namque omne bonum, in extremis malum.

5. Ubi notandum, non valde noxiā esse homini Auctam Alimentorum Fermentationem, nisi perseveret diutiū; quoniam ut plurimum Alimenta sufficienter fermentata moram in Ventriculo longam non faciunt, verum mox ad Intestina propelluntur, ac ibidem in utilem Chylum, atque alvinas fœces secernuntur, &c.

6. Ubi autem aliquandiu perennat Fermentatio aucta, nimium appetitur Alimentum, & quando cuncta optimè cedunt, sensim *Plethora*, hinc & *Habitus Athleticus* consequitur, qui, nisi solvatur in tempore, in quantum periculum homines conjiciat, ex *Hippocrate*, cui Experientia suffragatur, notum.

7. *Depravatur* Alimentorum Fermentatio, quando eadem ita immutantur in Ventriculo, ut conveniens corpori tam continent, quam contento nutrimentum non

præbeant, sed noxiū: unde infinita prodeunt mala; postquam *Vitia primæ Concoctionis* non corriguntur facile in secunda; quod semper verum de *Cocitione Depravata*.

8. Inter Depravatæ Alimentorum Fermentationis species varias duæ vulgo numerantur primariæ, *Cruditatis* nomine nra, *Nidoreosæ puta, & Acide.*

9. *Aboletur*, aut *diminuitur* Alimentorum Fermentatio, nunc ipsorum *Alimentorum*, nunc *Fermenti culpa*, nunc propter *Habores vitirosos* ad Ventriculum delatos.

10. *Alimentorum vitio* id accedit, quando ipsa vel *quantitate nimia* ingeruntur, vel *qualitate sua vitiosa* Fermentationem plus, minusve impediunt aut sistunt.

11. Qualitas Alimentorum vitiosa consistit frequenter in eorundem *Pinguine* exuberante; quandoque in *Spiritu volatili* præposto, nimiumque assumpto; quandoque in *Sale lixivo*, vel *fixo*, vel *volatili copiosius* itidem usurpato: uno verbo in iis, que *Spiritum acidum*, ejusque operationem potenter frangunt: unde incidi atque ab invicem sufficienter segregari nequeunt partes Alimentorum viscidiores: tantum potest ubique

ubique plurium rerum ad eundem effectum producendum requisitatum & concurren-  
tium certa proportio & harmonia. Quo fa-  
cit quoque *Potus* quivis, præsertim *Aqueus*  
copiosius ingurgitatus, & tum Fermentum  
diluens, abluensque, tum Cibos obruens ac  
in sui Fermentatione impediens.

12. *Fermenti culpa d: minuitur, vel aboletur*  
*Alimentorum Fermentatio*, tum propter  
ipsius *Defectum*, tum propter ipsius *Ineritiam*.

13. *Deficit* Ventriculi *Fermentum*, quan-  
do non satis generatur, in *Salivæ defectu*, con-  
tinuave expunctione; vel alio defertur, per con-  
tinuam potationem, ob quam ad Intestina  
propellitur.

14. *Iners* existit hoc *Fermentum*, quia  
justo *Pinguinus*, *Viscidius*, vel *Aquosius* pro-  
ducitur, ob *Salivam similem*, ex *Alimentis*  
*consimilibus* diutius usurpati ortam; &  
quandoque ab *Aëris externi astu*, aut *vehementi Corporis*, *Animive exercitio* *Spiritus Ani-*  
*mals* exhaustiente deducendam, & impri-  
mis, ubi *Alimentis* *Spiritu volatili* abundan-  
tibus non reficiuntur, reparanturve con-  
sumpti ac deficientes in corpore *Spiritus ani-*  
*mals*, ad Fermentationem *Alimentorum*  
promovendam summè utiles.

15. Ubi

15. Ubi plures Causæ simul concurrunt,  
gravius læditur *Alimentorum* prædicta Fer-  
mentatio, & vice versa.

16. Eandem Fermentationem *Diminuere*  
ac quandoque *Abolere* possunt quædam cum  
aut pro *Alimentis*, Medicamentisve mālè  
usurpata, & quoniam vel ipsum *Fermentum*  
enervant, vel *Alimenta* Fermentationi inepta  
reddunt, hactenus pro *Venenis* habenda;  
qualia sunt omnia, quæ figendi vi excellenti  
sunt prædicta.

17. *Alimentorum Fermentationem Dimi-*  
*nueri*, ac subinde *Abolere* possunt *Humores*  
*vitiōsi*, & *Biliosi* præsertim, *oleositate peccantes*,  
ad *Ventriculum* assurgeentes, atque aut *Fer-*  
*mentum* ipsum corrupentes ac enervant, aut  
se *Alimentis* imminicendo ipsorum fermenta-  
tionem turbantes, *impedientes*, *sistentes*.

18. Augetur contra *Alimentorum Fermen-*  
*tatio*, vel 1. *Fermenti solito & acidioris & vo-*  
*latilioris* culpa: vel 2. *Alimentorum* pro *assu-*  
*mentis constitutione naturali* *facilius fer-*  
*mentiabilium* diutine usurpatorum vitio: vel  
3. *Humorum aciditate volatili* *præditorum* &  
ad *Ventriculum* vel à *Capite delabentium*, vel  
à *Pancreate* *assurgentium* causa

19. *Fermentum & Saliva*, ut &  *Succus*  
*Pancreas*.

*Pancreaticus*, atque *Humores à Capite decidentes Aciditatem suam volatiliem auctam debent imprimis Alimentis volatili acidi præditis, copiosius ac diutius assumptis, ut & condimentis similibus, *Vinoque*, aliive potuigenero ac spirituoso, subacido tamen, quale *Mosellatum ac Rhenanum Vinum*, aliquandiu copia non nimis excedente licet usurpati.*

20. Idem promovere possunt ex parte *Mæror solitus*, non tamen nimis gravis; ut & *Aër serenus & subtilis*, non verò multum æstuofus aut rigidus, ad Borealis tamen naturam quodammodo vergens.

21. *Depravatur Alimentorum Fermentatio in Nidoro sam Cruditatem à Bile atriore & nimis volatili ad Ventriculum assurgente, atque Fermentationem non tantum impeditente, at insuper alterante ac corruptente. Unde ruetus excitantur, qui Ventriculum distendant, vel mordeant, & nunc ova frixa, nunc pisces fœtententes, nunc alia redolentes attollantur.*

22. Quoties autem *Ventriculi Distentio* concurrit, aut difficiliter erumpunt isti *Ruetus*, toties *Pituitam viscidam simul peccare certum.*

23. *Acidam Cruditatem producunt Hu-*  
*mores*

*mores Acidi, & imprimis Succus Pancreaticus vel redundantia, vel aciditatis intensione peccantes, & ad Ventriculum delati; unde non tantum præcipitatur Alimentorum Solutio ac Fermentatio, sed eadem insuper vitiatur & corruptitur, elevatis eadem opera *Ruetibus acidis & nonnunquam valde molestis.**

24. Nec mirum aut novum, eandem causam pro sui majore aut minore copia, vel intensiore aut remissiore qualitate Functionem aliquam nunc secundum quantitatem, nunc secundum qualitatem plus minus alterare, atque mutare, imò laderet.

25. *Curabitur Abolita vel Diminuta Alimentorum Fermentatio propter ipsorum nimiam copiam ingestam sola sèpè inedia, sive patciore alimento aliquandiu usurpato.*

26. Idem citius obtinebitur usurpando medicamenta Fermentationem promoven-tia, qualia imprimis sunt *Acida & Salina lividivosa per spiritum volatiliem alterata & plus minus volatilisata*. Huc spectant *Spiritus Salis cohobatione iterata cum Vini spiritu dulcis factus, Salt tartari itidē cum vini spiritu volatili redditus, Sal succini, Vrina, Cornu Cervi; Ipsumque Sal armoniacum crudum, ejusque spiritus sive sal volatile, &c.*

17. Hæc

27. Hæc enim omnia *Cibos ac Humores crassos, viscidosque* in corpore repertos incidunt, & crudos ad Fermentationem deducunt, sicque corpori utiles reddunt.

28. Usurpantur autem ista omnia comodissimè, si quantitate uniuscujusq; Constitutioni ac Ætati conveniente assumantur ex Vino, aliove Liquore apto inter prandendum ac cœnandum. Possunt tamen extra illud tempus non incommodè quoque in usum revocari, & imprimis, quando *Punica viscosa* scatet corpus.

29. *Pinguia* corridentur à *Spiritu acido dulci* potentius, à *Sale volatili* debilius & segnius.

30. Ubi à *Spiritus Vini usum nimio*, adeoq; abusu potius oritur non tantum Appetitus prostratio, sed insuper Dimiduta & quandoque Abolita Alimentorum Fermentatio, juvat plurimum *Spiritus acidus dulcis* redditus quantitate parva, sæpiusque assumitus; ut & *Elixir proprietatis* ritè paratum.

31. Idem præstabit hoc medicamentum, ubi *Sale volatili*, vel fixo nimis abundantibus *Alimentis* aliquis fuerit usus diutius; unde *Spiritus Acidus* in variis humoribus existens, atq; omnino necessarius nimium infringitur & iners redditur.

32. Abo-

32. *Abolita*, *Diminutave Alimentorum Fermentatio* ab ingurgitatione *Potus copiosi* & imprimis *Aquei, Cerevisiæ* puta tenuioris, aut similis profecta curabitur, minuendo indies Potū talis quantitatē, atque ipsius loco usurpando parce *vinum satis generosum*, aliudve Potum satis potentem, atque Spiritu volatili præstantem.

33. Ubi ob *Fermenti defectum diminuitur*, vel aboleatur dicta *Fermentatio*, idem una cum *Saliva deficiente* augendum, parando & subinde exhibendo Misturam ex *Sale volatili pauciore* & *Spiritu acido dulci copiosiore* simul junctis.

34. Sic à continua *Sputatione* *paulatim descendum*. Hæc enim malum morem ac consuetudinem consequitur plerumque. Quin bonum est *Linguam in Ore quietiorem* continere, cum ejus agitatione multa copiosoris Salivæ effusio promoveatur.

35. Quin etiam *perpetua*, *præmaturave Potatione* abstinendum; Fieri enim nequit, ut Medicus Sanos præstet homines in Diæta continuò peccantes.

36. *Fermentum iners*, tum *pinguius*, tum *viscidius*, tum *aqosius* ob *Salivam similem* redintegrabitur modo memorata mistura, utpote singu-

singulis hisce Indicationibus satisfacente. Quod citius obtinebitur, si abstineat præterea Æger ab *Alimentis* similibus, ac eorum loco usurpaverit, quæ sunt boni, copiosiq; nutrimenti, & facilis Fermentationis; si fugiat *Aërem* Nubilosum, aut Æstuantem; si moderatum instituat *Corporis*, *Animique* exercitium; si *Somno* fruatur mediocri.

36. Ubi à rebus Fermentum figentibus & aciditatem ejus concentrantibus, vel *Alimenta* assumpta ad fermentationem inepta reddentibus; *Creta puta*, *Cineribus*, *Calce*, *Corallis*, &c. in *Pica* perperam usurpati diminuitur vel aboletur ista Fermentatio, *Acidus* utendum, & quidem blandioribus ac temperatis, perseverandumq; aliquandiu in eorundem Usu, ac præsertim paulo ante Ciborum assumptionem: quin non raro inter prædictum, cœnandumque convenient *Salta* volatilia mediocri quantitate ex *Vino* minus generoso sumpta, cum non tantum *Alimentorum* Fermentationem promoveant, verum Fixorum quoque, Fixatorumque naturam sensim immutent ac emendent. Cavendum interim sedulo ab ulteriori Noxiiorum abusu.

38. Dixi utendum *Acidis* blandioribus ac Temper-

*Temperatis*; quæ Regula semper ac ubique observari debet in Medicina ritè facienda; tum quoniam temperati sunt omnes in corpore nostro secundum naturam existentes humores tum quoniam à minus temperatis continuò Effervescentiæ in nobis excitantur vehementiores, adeoque noxiæ: vix enim accidet, quin tunc halitus eleventur similacres & mordicantes, à quibus nil boni, quin mali plurimum venit expectandum. Satius proinde lentius ac tutius procedere, quam nimis festinando in noxæ alicujus periculum Ægrum conjicere.

39. Quoties à *Bile* pinguiore ad Ventriculum afflidente *Diminuitur* vel *Aboletur* *Alimentorum* Fermentatio, toties eadem corrigenda *Spiritu Salu dulci*; vel, si quantitate simili peccate deprehendatur, evananda per *Chologoga* blanda, vel *Vomitoria* levia, ex *Antimonio* præsertim parata, qualia attigimus jam in superioribus.

40. Autæ propter Fermentum nimis acidum & volatile *Alimentorum* Fermentatio curabitur exhibendo ea, quæ Aciditatem illam infringant & blande figant, *Corallia*, *Margaritas*, *Oculos Cancri*, *Chalybis limaturam*, *Cretam* & similia.

41. Ubi notandum, decantata & mire laudata ex *Corallis*, *Margaritis* ac *Sunilibus* per tartari præsæcum oleum parata quorundam *Magisteria* non respondere Auctorum suorum promissis, postquam præparatione tali fracta est, si non in totum abolita, eorum acidum temperandi, figendi ac concentrandi Vis: Satius proinde iisdem in pollinem duntaxat redactis, quam ita corruptis magis, quam præparatis uti.

42. *Aucta* propter *Alimenta* facilius fermentabilia continuò usurpata eorundem Fermentatio curabitur, exhibendo *Alimenta* magis crassa, viscida, & fermentationis difficulter, *Panem* puta ex farina & furfuribus patatum, nec prius fermentatum; *Carnes* bulbulas sale conditas, aut fumo insuper induratæ, &c.

43. Orta verò post perseverantem aliquandiu *Alimentorum* Fermentationem *Auctam Plethora*, hoc est, *Sanguinis optimi Abundantia*, hancque consequens *Habitus Corporis Athleticus* curatur citò, tutoque per *Sanguinis missionem*, semel, aut sèpius pro re nata institutam: quæ si negligatur, aut diutius differatur, non raro in præsens *Suffocationis* periculi conjiciuntur *Aegri*; à quo prius

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 51  
prius non liberantur, quam educto per Venam sectam Sanguine Respiratio reddatur liberior, sicque mors alias instans avertatur.

44. *Humorum acidorum* & volatili acri monia preditorum, vel à capite sensim per gualm defluentium, vel ab *Intestinis* ad Ventriculum asurgentium vitio *Aucta Alimento rum Fermentatio* curabitur, exhibendo per vices sicut jam dictum, medicamenta omnem in corpore aciditatem paulatim temperantia, infringentia & blande figentia, abstinentendo à Poto, Ciboque acidiore, acidisve condito; studendo *Hilaritati*; vitando Aerem valde serenum & acriorem.

45. *Cruditas Nidorosa* curabitur, emendando Billem per sèpius laudatum *Spiritum Salis dulcem*, aliumve simili modo præparatum: vel, si copia simul peccaverit aucta, ipsam educendo aut per *Os* & *vomitoria*, aut per *secessum* & *purgantia Cholagogæ* jam memorata.

46. Ubi notandum in principio usurpanda esse ista *ista Evacuantia dosiparva*, ne Bilis per se valdè fluxilis ac quodammodo turgens furorem concipiatur & *Choleram* *morbum*, *Diarrhoeam* saltem producat graveam, ideoque periculosam.

47. Nisi enim constet Humores Pituitos & viscidos simul redundare in corpore, semper in Bilio expurgatione tunc est minore dosis uti cholagogis, & quidem ob Superpurgationis metum.

48. Adde quod, licet nihil forte evacuent purgantia minore dosi exhibita, eadem iterari queunt, & aliis post aliquothoras ita idem quantitate parva denuo assumptis praecedentium operatio promoveri: quod idem, ubi nulla urget necessitas, sequentiam die fieri potest, postquam Purgantia medicamenta non tantum villoso humores evanuandi, sed eosdem quoque alterandi ac mendandi, & ad deductionem commodam preparandas vim habent.

49. Hoc autem Præceptum sedulo commendamus Medicis junioribus atq; Tyronibus, quoniam sic agendo non tantum nullam creabunt Ægris suis noxam, sed cuivis reddentur tali prudentia magis commendabiles: quod unice faciendum à quovis lucrum honestum bene agendo quærente.

50. Ubi verò Bili Cruditatem Nidorosam dignenti conjuncta est Putta viscosa, Spiritum Salis dulcem ipsius alterationi ac incisioni conducentem Purgantia erunt ad jungenda

jungenda Phlegmagenta, & quidem utraque dosi aliquantò majore: quoniam retardatur, & perditur à Pituita viscidiora quorumvis Purgantium operatio, quæ proinde quantitate ipsorum aucta promoveri debet.

51. Possunt in hunc finem convenientissimè Pilularum forma præscribi Purgantia, quippe quibus Gummi solvendæ, incidentæque Pituitæ viscidæ p̄ræ aliis medicamentis omnibus aptissima, nec in liquore ullo facile solubilia possunt facile admisceri, atque una, eademq; opera Humores peccantes tum alterari, tum educi.

52. Inserviet autem huic scopo Pilularum frequens, aut similis Formula; quæ

*Gum. Ammon. vel Galbani &c.*

*cum aceto præp. 3 ℥.*

*Mastich. el. 3 j.*

*Troch. Alband.*

*Resin. Scamm. an. Gran. xxv.*

*M. f. pil. N. xxv.*

*Deaurentur.*

Accipiat Æger v. aut vij. mane stomacho jejuno, & superbibat post horam juculum.

53. *Acida Cruditas curabitur exhibendo medicamenta sæpius jam memorata & Acidum*

dum Spiritum temperantia vel concentrantia : sedulo cavendo à Purgantibus antequam temperati fuerint Humores Acid: & ad Seri naturam deducti, quos tunc demum redundantes per Hydragoga educi nil obstat.

54. Serosos autem ; Acidosque humores contemperatos educunt inter alia multa *Machoacanne*, atque *Ialappa* radix, *Sambuci ac Ebuli* partes pleraque, *Gummi Gottes*, *Elaverium*, &c.

55. Inter composita commendare ausim *Electuarium* ante aliquot annos itidem in Nosocomii Academicci Usum à Me excogitatum, atque sàpissimè cum Ægorum commodo usurpatum ; Cujus Descriptionem in Juniorum gratiam hìc addam.

### *Electuarium Hydragogum Sylvii.*

2. Baccarum Iuniperi in aq. coctar. expressarum, & ad pulpa consistentiam redactarum,

Pulpa Tamarind. an. 3 iv.

Rad. Ialappa, 3 ii.

Scammon. elect. 3 j.

Cinamom. acuti,

Sem. foenic. dulcis, an. 3 ij

Sacchari Clarific. 3 x.

M. f. s. a. *Electuarium.*

Hujus

Hujus quoque Dosis est in adultis à 3 iiij. ad 3 ss. Blandum, efficax, nec ingratum existit medicamentum. Potest Aqua conveniente, Petroselini, Fœniculi, aliave dissolvi, & Potionis forma exhiberi, aut per se assumiac deglutiri.

56. Ad Fermentum iners corrigendum, & Humores pectoros viscidos simul emendandos *Vinum medicatum* præparari ac usurpari poterit formæ sequenti.

2. Rad. enul. camp.

galanga. an. 3 ij.

fol. menthe crispa,

calaminth. mont. an. Man. ss.

sem. anisi,

Cinamom. acut. an. 3 ij.

Nucia Moschat. 3 j.

Concisa & crasse Contusa includantur Saceulo, cui in vase Vitreo, Lapideo, & iliove solidò affundatur

Vini albi Gallici, vel

Rhenani (prout hoc vel illud melius ferre potest Æger)

q. l. exempligratia, Lib. iij.

Stet per horas xij. vel plures in loco frigido, ut vis plantarum Aromaticæ insinueretur Vino : Cujus tam in Prandio, quam

in Cœna bibat Äger haustum, addendo in quovis haustu vel

*Spir. Salis dulcis*, Gutt. x.

vel *Elixiris proprii*, Gutt. v.

Ubi penè consumptum est Vinum, alind affundi potest, donec desinat fieri Aromaticum.

Si Cui *Absinthites* magis placet, addi poterit *Summ. Absinth.* Man. B. & uti dictum, usurpari.

### CAP. VIII.

#### De Alimentorum Expulsione ad Intestina Læsa.

1. Assumpta Ore Alimenta, eademque sufficienti tempore in Ventriculo retenta, fermentataque paulatim per Pylorum, hoc est, inferius Ventriculi Oticium dorsum protrudi solent ad Intestina.

2. In hunc finem per fibras suas circulares Ventriculus sese contrahendo cavitatem suam coarctare solet, atque contenta deorsum expellere.

3. Hæc Alimentorum Expulsio præter Naturam vel *Abolitur*, *Diminuitur* saltem ac tentias, sanguisque fit; vel *Præcipitatur* & citius,

citius, quamdecebat, perficitur; vel via præposta ac inconvenientia absolvitur.

4. *Abolita*, vel potius *Diminuta* dunata censenda ista *Expulsio*, quando lentius procedit ipsa & imperfectè, unde bona Alimentorum pars diutius restitutæ Ventriculo, ipsumque gravitatis sensu premit.

5. Non puto enim *Aboleri* posse hanc *Expulsionem*, quin brevi pereat Äger; postquam non semel à Me, Aliisque accuratis Naturæ Operum Scrutatoribus observati sunt hi *Partium Cavitatem* formantium & Contenta quædam deferentium *Motus Contractionis*, *Naturales* mihi vocati, ad plures horas Externo Sensui notabiles, adeoque superstites, Abolito licet atque in totum cessante omni Musculorum *Motu Animali* & Voluntario dicto, quinimo jam mortuo Bruto vel Homine.

6. Citius, quam decebat perficitur, præcipitaturque eadem Alimentorum *Expulsio* è Ventriculo, si mox vel paulo post ipsorum assumptionem eorundem inchoetur, absolutaturque *Expulsio*, vel saltem in Ventriculo non retineantur, quandiu decebat, &c. ut debite, sufficienterque alterentur ac fermententur, requirebatur.

7. *Prepostera via tentatur & absolvitur, adeoque Depravatur illa Expulso, quando non deorsum ad Intestina per Pylorum, sed sursum ad Os per Gulam expelluntur iterum & Ventriculo Alimenta, & Vomitus excitatur.*

8. *Aboletur, vel potius Diminuitur Alimentorum Expulso è Ventriculo, tum ipso-rum Alimentorum, tum Ventriculi culpa.*

9. *Alimentorum vitio id accidit confe-  
stim, quoties copia nimia fuere ingestā, unde ad immensum explicatus Ventriculus segni-  
us, difficiliusque ad sui complicationem re-  
dit, atque interim molestum Ponderis &  
Gravitatis sensum patitur.*

10. *Ventriculi culpa lente ac perseveran-  
ter accidit hæc Diminuta Expulso, quando  
Ventriculus vel flaccidus est factus secundum  
membranosam suam substantiam, ex nimio  
ac diuturno Aquosorum, Aqua puræ, atque  
imprimis algidæ, Cerevisie, ApoZematum val-  
dè humectantium, refrigerantiumque, &c.  
usu; vel imbecillis est redditus secundum suas  
fibras, ob potum valde frigidum, aut medica-  
menta stupefacientia, & spiritibus animalibus  
aditum ad Ventriculum præcludentia, vel ipsos  
ibidem inspissantia; coagulantere, vel alias  
inertes, ac inutilles prestantia.*

11. *Citius, quām decebat, contingit Ali-  
mentorū Expulso è Ventriculo propter Irri-  
tationem, nunc Ventriculi ipsius, nunc Alimen-  
torum, nunc aliorum Humorum ad Ventri-  
culum delatorum culpa ortam.*

12. *Accidit hæc Irritatio Ventriculi culpa,  
quando is vel Inflammatus, vel Excoriatus,  
vel Exulceratus existit, unde à quovis Ali-  
mento, licet maximè temperato & blando,  
atque quantitate mediocri, vel parva usur-  
pato, irritatur mox ad sui contractionem,  
contentorūque suorum expulsionem.*

13. *Accidit hæc eadem Irritatio Alimento-  
rum vitio, quando ipsa vel acris sunt, vel a-  
cribus saltem condita.*

14. *Evenit deniq; ista Irritatio Ventriculi  
aliorum Humorum culpa, quando vel ab Capite  
delabuntur & deglutiuntur, vel ab Intestinis af-  
surgunt Fermentatione Alim. etiam durante  
Humores, Halitus saltē acres ad Ventric. eun-  
demq; acrimonia sua mordent, incitantque  
ad sui complicationem, atque contentorum:  
Alim. Expulsionē aut sursum, aut deorsum.*

15. *De Vomitu, sive Depravata Conten-  
torum in Ventriculo Expulsione sursum per  
Os facta, cum plura circa ipsum occurrante  
consideranda, sequenti agemus capite.*

19. Curabitur Abolita, Diminutave Alimentorum Expulso ad Intestina, 1. Promovendo ipsorum in Ventriculo existentium protrusionem ac descendum, usurpando aliquoties & cochleatim Oleum Amygdalarum dulcium vel Olivarum; cuius ope tum Alimenta reddentur magis fluida, tum Pylorus facilius, ampliusque explicabitur ad exitum ipsis praebendum.

17. 2. Si Ventriculum valde gravent, angantque, Vires autem male sic affecto satis constent, excitando quandoque Vomitum, immisso in fauces digito, pennave oleo madida, & comprimendo simul abdomen, quo facilius refundantur, & sursum propellantur assumpta, liquidiora praesertim ac Potentia: Esculentorum siquidem, cum sola difficultius Vomitu excerni possint, Solutionem ac Fermentationem satius erit 3. Spirituosis & sale Volatili abundantibus, five Aromaticis festinare, quo postmodum pro renata deorsum, veletiam sursum propellantur.

18. 4. Cavendo sedulo ab ulteriori multorum Alimentorum ingurgitatione.

19. 5. Roborando Ventriculum Flaccidum, Aromaticis cum Vino generoso, ejusve Spiritu mixtis.

20. 6. Abstinendo à multum Aqueis, actu prælertim frigidis vel algentibus; & horum loco usurpando Spirituosum & paucum potum, Vinum Hispanicum puta, Canariense, aliudve potens.

21. 7. Restaurando Spiritus Animales inertes aut stupefactos per Vinum Medicatum, ejusve Spiritum Plantis aromaticis imbutum fæpius, & quantitate parva usurpatum.

22. Ventriculi Inflammationis, Excoriationis &c. Cura liquebit ex Affectuum istorum Tractatione generali postmodum tradenda.

23. Alimenta nimis acria vitanda, temperanda sunt saltem; atque ipsorum loco suavibus & blandis utendum.

24. Humorum acrum Cura ex parte data est in superioribus, & patebit amplius ex sequentibus.

## C A P. IX.

### De Nausea, Eructatione, ac Vomitu.

1. IN perfecta Sanitate, statuque naturali è Ventriculo nil plane sursum per Oesophagum propelli solet; adeo ut, quicquid

hac via assurgit, Labefactatæ Valetudinis certum præbeat indicium, sive ipsa Alimenta, sive alia quædam *Haltus*, *Flatus*, *Vaporis*, aut *Liquoris* fluidioris, crassiorisve forma ascendant & per Os expellantur.

2. Ubi *Flatus*, *Haltus* ve *Sonori* specie quid sursum erumpit, *Ructus* id propriè dicitur, & illa *Excretio*, *Ructatio*; quemadmodum, ubi *Alimenta* vel *Humores* quivis sursum è *Ventriculo* propelluntur, *Vomitus*.

3. Vomitum semper, *Ructationem* subinde præcedere solet *Nausea*, sive propensio minor vel major ad Vomitum, licet irritus sit nonnunquam ille vomendi conatus.

4. *Flatus* quidem propter materiæ suæ visciditatem adhærent magis *Ventriculo*, & difficilius excluduntur, unde sæpe numero comitatur ipsos *Ventriculi Inflatio* & distensio molesta; quæ cessat, levaturve eru-  
statis *Flatibus*. *Haltus* verò & *Vapores* facilius erumpunt è *Ventriculo*, nec nisi raro *Sonitum* edunt notabilem, ast *sibilum* dumtaxat, dum sæpe satis sonori existunt *Ructus*, sonumque pro materiæ suæ visciditate majore vel minore efficiunt magis vel minus fortis.

5. Habent autem *Ructus* ortum, vel 1. ex ipsis *Alimentis*, aliisve assumptis flatulentis, *Castaneis* puta, *Pisis*, *Fabis*, *Rapis*, *Raphani*, &c. vel 2. ex *Humore Pituitoso* & *Viscido*, tum in *Ventriculo* hærente & ab *Assumptis Aromaticis* in *Flatus* rarefacto; tum in tenui *Intestino* reperto & à *Bile* itidem in *Flatus* diducto & ad *Ventriculum* propulsso.

6. *Bilem*, utpote sale volatili & oleoso constantein, internam esse *Flatum Efficien-tem Causam* confirmat tum omne *Sal volatile*, ac præfertim *oleosum*, tum omnis *Plantarum* pars discutiendis *flatibus* apta, *Semen imprimis*, à quovis *Pituitam viscidam* in *Ventriculo* aut *Intestinis* habente usurpatum, & in principio quidem *flatus* excitans vel augens, tandem autem iterum dissipans.

7. Eorundem *Flatum Materialem Cau-sam* esse *Humorem Pituitosum* & quidem *Vi-scidum* patet tum ex *Causis* ipsorum *Antecep- dentibus*, *Alimentis* consimilibus, *Lacte dulci*, *Piscibus*, ac præfertim *marinis*, *Animali-um extremis*, *pedibus* puta *gelatinam viscidam* continentibus, &c. tum ex ipsa eorum *Cura* per solam *pituitosi* & *viscidi humoris*.

correctionem ac educationem tuto, feliciterque absolvit solita.

8. Quemadmodum in Ructu Flatus tantum, ita in Vomitu vel Alimenta, eaq; nunc cruda, nunc magis, aut minus fermentata; vel Humores multifatii, Aquosi, Serosi, Pituitosi, Biliose, Atrabilarii, &c. Tenues Crassive; Albi, Flavi, Virides, Cœrulei, Atri, &c. Insipidi, Amari, Acidi, Acerbi, Dulces, quandoque misti; Fætentes, aut Inodori; Acres, blandive: Aliquando Sanguis, vel etiam Pus: Quin & quandoque Alvi fæces ad Ventriculum remeantes per Gulam & Os nunc facilius, nunc difficilius effunduntur.

9. Sequitur autem Vomitus omnis Ventriculum aut primario, aut secundario affectum, cum inverso ejusdem Motu peristaltico à parte inferiore sursum.

10. Primario est affectus Ventriculus, quando in ipso tantum existit Vomitionis & inversi ejusdem Motus peristaltici Causa; uti Secundario, quando ab aliis partibus prius affectis trahitur in Consensum Ventriculus, irritaturque ad Motus sui peristaltici inversionem; sive hoc fiat inverso itidem aut in totum, aut ex parte saltem motu Intestinorum peristaltico; sive hoc accidat agitato uehementer

menter ac sursum in Tussi gravi una cum Abdominis musculis Diaphragmate.

11. Afficitur ad Vomendum primario Ventriculus, 1. quando Inflammatus, Excoriatus aut Exulceratus est; tunc enim à quovis Alimento excitatur facile ad quamvis suam Contractionem violentam, ipsamque adeo motus sui inversionem. 2. quando Alimenta assumuntur copia, & imprimis qualitate sua Ventriculo gravia & molesta, ideoq; ipsum ad præternaturalem sui contractio- nem, contentorumque adeoque exclusio- nem urgenter. 3. quando Humores acres à Capite in Ventriculum delabuntur, ipsumq; circa orificium inferius rodendo & mordican- do ad perversam sui contractionem, vomitu- tumque incitant & tantum non cogunt.

12. Ab inverso in totum Motu Intestinorum peristaltico in consensum trahitur & ad Vomitum adigitur Ventriculus in Ileo dicto Af- fectu gravissimo, in quo aliquando etiam injecta Enemata iterum per Os excludun- tur.

13. Ab codem Motu ex parte tantum in- verso excitantur Vomitus frequenter tum in Cholera dicto Morbo; tum in quavis alia vi- tiosa Humorum in tenui Intestino Effervescen- tiuum

tium propulsione sursum; tum in impedito Factum alveinarum descensu, huncq; consequente eundem regressu & ascensi.

14. In vehementi Tussi, validaque Diaphragmatis conquassatione, accedente potenti Musculorum Abdominis contractione Vomitum saepius contingere notissimum; quod putamus fieri propter coniunctam tunc viscerum omnium in Abdomine contentorum compressionem sursum thoracem versus factam, & ipsum Ventriculum cum contentis maxime angentem, atque ad Motus naturalis in versionem urgenter.

15. Ventriculi Inflammationis, Excoriationis, Exulcerationisque Generatio & Curatio petenda ex Generali Affectionum illarum Tractatione suo loco tradenda.

16. Vomitus ab Assumptis excitatus illo-  
rum exclusione facta sedatur plerumque  
sponte, usurpati saltem paucis tum Aroma-  
ticis, tum Opiatis compescitur, & sic Cura-  
tur. Ex.gr.

*24. Aq. menthae, 3 ij.*

*Tinct. Cinamom. 3 ij.*

*Land. Opiat. Gran. ij.*

*Syr. Menthe, 3 B.*

*M.*

Acci-

Accipiat per intervalla brevia Cochleare j. Eger, ac brevices habit Vomitus.

17. Humores acres à Capite in Ventriculum delapsi, inde removendi purgantibus saepius minoratis; corrigendive alterantibus & acrimoniam noxiā temperantibus.

18. Idem in Capite subsistentes, aut ibideū contemporandi, aut per nares, aliasve vias conuenientissimas etiam universales expurgando medicamentis non semel nominatis.

19. De ceteris Affectionibus Ventricu-  
lum in Consensu trahentibus agetur in-  
ferius.

20. Vomitus Cruentus à Sanguine ex Ven-  
triculi, Intestinorum ve-  
Vasis ruptis, erosive  
esfluente ortus curabitur, conglutinatis de-  
nuo Vasib; per Misturam sequentem, in aliis  
quoque Sanguinis excretionibus utilem.

*24. Aq. plantaginis, 3 ij.*

*Cinamomi, 3 vj.*

*Aceti stillatitii, 3 B.*

*Corall. rub. præp. 3 B.*

*Sanguinis Draconis, 3 B.*

*Land. Opiat. Gran. ij.*

*Syr Myrtini, 3 j. M.*

Hæc Mistura cochleatim saepius assumpta curabit plerasque Vasorum rupturas, & supra

supra multorum expectationem Sanguinis effluxum brevi tolleret.

21. *Collectus autem in Ventriculo Sanguis sponte fere, suppresso ejus effluxu & vomitu, deponitur per alvum.* Quod si metus sit à coagulato nimium Sanguine, addipotenter predictæ *Mistura Oculorum Cancri*, 3*β.* ut & *Antimonii Diaphor.* 3*j.* atque utidetur usurpari.

22. *Puris Vomitus cum sequatur fere Inflammationem Pancreatis, alteriusve Partis vicinæ, aut Ulcus saltē notablem indecūsq; ortum curabitur in totum curato prius Affectu primario, quod ex sequentibus petendum, atque interim *Mistura*, quæ tum *Antimonium Diaphoreticum*, tum *Oculos Cancri* continebit, utendum s̄p̄ius; quin commodum erit subinde *Balsami sulphuris antisati* *Guttam unam ex quovis Liquore assumere*, tum ad *Pus temperandum*, tum ad Partem primariò affectam contra noxam ulteriore muniendam, imo sanandam.*

23. *Flatum Generatio ac Eruktione curabitur, 1. vitando Alimenta pituitosa & flatulentia dicta. 2. Incidendo, ac postea Educendo Pituitam viscidam in corpore existentem. 3. Temperando Bilem, si fuerit Acrior.*

4. Dis-

4. *Discutiendo Flatus jam genitos & molestos.*

24. *Incidunt Pituitam Viscidam tum Acida, tum Aromatica omnia & Sale Volatili prædicta, s̄p̄ius memorata.*

25. *Eandem educunt Phlegmagoga hinc inde in Opusculo descripta.*

26. *Bilem acriorem in hoc casu præ aliis omnibus temperat optimè *Spiritus Salis Nutri*, ad duas, tresve Guttas ex mistura convenienti, potive ordinario assumptus.*

27. *Flatus Discutunt Aromatica pleraque, ex quibus Olea possunt distillari, Semina præsertim. Flores ac Cortues; Palmam interim cunctis præripit *Spiritus Nutri*, omnibus modis utilis, tum & Pituitam & Bilem corrigit. Flatusque in sui generatione impedit, & genitos dissipat.*

28. *Ad Flatus verò tam in Ventriculo, quam Intestinis hærentes, molestosq; compescendos, discutiendo que conduceat *Mistura* sequens exemplaris loco Tyronibus servitura.*

27. *Aq. Menthæ.*

*Fæniculi, an. 3 ij.*  
*Spir. Vinirectificati, vel*  
*Aqua vita Mattheoli, vel*

*Spiri-*

*Spiritus Carminat. nostri, 3 j.*

*Spir. Nitri opt. Gutt. xx.*

*Land. Opiat. Gran. iiij.*

*Ol. Macis stillat. Gutt. ij.*

*Syr. Menthe, 3 iß. M.*

Hæc Mistura cochleatim sèpius, rariusve  
prout Dolores ac Tensiones magis, vel mi-  
nus urgunt, assūmatur.

29. Quoniam *Spiritus Carminativi nostri*  
mentionem hic fecimus, ejusdem Descriptionem Junioribus Medicis haud inviti  
communicabimus, postquam ipsius Vires  
summas cum magno Ægrorum nostrorum  
commodo multis iam annis sèpius sumus  
experti.

*Spiritus Carminativus Sylvii.*

24. Rad. Angelicae, 3 j.

*Imperatoria,*

*Galange, an. 3 iß.*

*Fol. Rorismarin.*

*Majorane,*

*Ruta hortens.*

*Basiliconis,*

*Summ. Centaur. min. an. Man. 5.*

*Baccar. Lauri, 3 iiij.*

*Sem. Angelica,*

*Levisticus,*

*Anisi, an. 3 5.*

*Zinziberis,*

*Nucis moschat.*

*Macis, an. 3 iß.*

*Cinamom. 3 vj.*

*Garyophyllor.*

*Cort. Arantior. an. 3 j.*

*Concisis & crasse Contusis affunde*

*Spiritus Vini Malvatici, vel*

*Hispanici, 3 xl.*

Digerantur per biduum in M. B.

Hinc ad siccitatem distillentur. Quicquid  
ascenderit Magnati iterum affundatur, per  
biduum digeratur, mox tres partes quartæ  
distillentur.

Servetur Spiritus distillatus ad usum.

30. Qui volet affundat residuo *Spiritus*  
*Vini vulgaris, sed rectificati Uncias xx.* atque  
post bidui digestionem iterum distillet,  
quandiu prodibit satis potens Spiritus, qui  
seorsim servetur, tanquam imbecillior prio-  
re, magnarum tamen ad discutiendos flatus  
virium, si, quemadmodum hic factum, con-  
venientibus Mixturis jungatur, aut addito  
Saccharo in Aqua Rosacea vel Fœniculi  
dissoluto edulcoretur ad gratiam, usurpe-  
turque purior & potentior.

## C A P. X.

De Chyli à Fæcibus alvinis Secretione  
laſa.

**I.** Q Uemadmodum quævis Alimenta Fermentatione in Ventriculo perfici solita non indigent, Potus nempe aut Aquæ, aut Spirituosi, aut prius satis fermentati; sed viscida præsestum, partesque arteriæ connexas habentia, qualia sunt Cibi plerique solidiores imprimis, & inter ipsos Panis quoque parum vel nihil fermentatus; Ita eorundem Alimentorum Partes nutriendo corpori utilles nunc sponte, facilius saltem, nunc difficultius, nec nisi alterius beneficio secedunt à ceteris bene multis, ex Cibis maximam partem oriundis, qua tanquam corpori reficiendo inutiles post aliquam in crassis Intestinis moram exceedunt utrum per alium.

**2.** Alimentis ergò in Ventriculo Fermentatis, mox ad Intestina propulsis admiscen- tur ibidem quatuor ut plurimum transversis subPyloro digitis & Bili & Succus Pancreaticus, & Saliva quoque continuò deglutita, exiguamque in Ventriculo lano, Alimentisque vacuo moram nectens, quin confessim

ad

ad Intestina properans, & unà cum prænomi- minatis Humoribus, si terminis *Helmonianis* impunè uti liceat, *Triumviratum* in Hu- mani Corporis Oeconomia valde notabi- lem instituentes.

**3.** His autem tribus ritè constitutis ob- servatur admisionem istam consequi *Pars liquidioris* & albicans *Secessus à Parte crassiore*, & pro Alimentorum, Medicamen- torumve sumul usurpatorum diversitate di- versum calorem, consistentiamque nanci- scente.

**4.** Pars tenuior, fluidior & albicans nobis per excellentiam *Chyle* nomine insignita per Intestinorum Crustam Spongiosam, hinc & Lacteas Venas, Ductumque Thoracicum pergit ad Cor, ut Sanguinis formam subeat; dum crassior, tenacior & diversicolor Alimen- torum pars detruditur ad Intestina Crassio- ria in quibus *Alvinarum Facum* nomen, for- manque sortitur.

**5.** Bili verò in *Secessu* illo promovendo primas tribusnus, quatenus *Sale suo volatilis* & oleoso blande incidit partes Alimentorum Viscidiores, liberatque ab ipsis Fluidiores, quin has facit magis fluidas, imò fluentes.

**6.** *Saliva* autem adscribimus, quod ma-  
gis,

D

gis, magisque Alimentorum Fermentatio-  
nem promovendo, eorundemque viscidii-  
tatem minuendo ad Secessum desideratum  
singulas reddat aptiores.

7. Denique *Pancreaticum Succum* existi-  
mamus *Spiritu suo subacido eandem Alimen-*  
*torum Visciditatem pertinaciorem* potentius  
*solvere*, atque simul partes ipsorum *maxime*  
*Viscidas cogendo Fluidioribus una confluendi*,  
*mox & perfluendi occasionem præbere.*

8. Requiruntur autem ad beneficium  
tantum humano Alimento præstandum *Liq-*  
*uores hi tertii suo & quidem convenienti*  
*huic operi modo, graduque temperati.* 19

9. Primaria quidem *Bilem* constituens  
pars censetur mihi *Sal lixivius*, tam per vola-  
tilem *Spiritum*, quam per *Oleum temperatus*.

10. *Succum* verò *Pancreaticum* con-  
tuens Pars primaria videtur mihi *Acidus*  
*Spiritus spiritu volatile præsertim tempera-*  
*tus.*

11. *Saliva pars* potissimalicet *Aqua me-*  
*ritò statuatur, non est tamen illa, quæ Chyli*  
*Secessum maxime promovet, ast Contempe-*  
*ratus in ipsa per *Spiritum Volatilem* tum *Spi-*  
*ritus Acidus*, tum *Sal lixivius*.*

12. Quamvis enim plura in Singulorum  
præfa-

præfatorum Liquorum constitutione con-  
currere putem, potissimas tamen in præsen-  
ti Secessu absolvendo partes judico modo  
memoratas.

13. Quoties proinde *Humorum horum*  
*trium Unus, vel Duo, vel Omnes male sunt con-*  
*sunt, toties vicioſa continget Chyle à Fœci-*  
*bis alvinis Secretio* : quæ itidem *Alimento-*  
*rum perperam fermentatorum vitium conse-*  
*qui potest.*

14. Observatur verò dicta *Secretio* lædi-  
1. quando *Natura* fit, & Alimenta fermen-  
tatalicet, & ad pulsis consistentiam, for-  
manque deducta propelluntur sensim per  
alyum albentia, nec ulla *Bilis* slavedine tin-  
cta, concurrente tunc brevi Universi Cor-  
ponis Tabe, Viriumque omnium prostra-  
tionem notabili, & quidem in *Cœlaci* vulgo  
dicti *Affectus* priori specie, quam distinc-  
tionis caula *Itericum Alv Fluxum* nomi-  
nari posse Lib. hujus Cap. 13. diceimus.

15. Læditur eadem *Secretio* 2. quando  
parior fit & *Diminuta*, gradutantum à mo-  
do memorata specie differens : in qua Fœ-  
ces Alvinæ pulsis consistentiam quidem ser-  
vant, plus minus tamen tinctæ prodeunt,

accidente tardius Corporis Contabescen-  
tia, Viriumque Languore.

16. Læditur eadem Secretio 3: quando  
inutilia quoque ac idem noxia ex parte Alimen-  
torum facienda secreta una cum Chylo per-  
gunt ad Sanguinem: quam speciem si quis  
*Auctam, Depravatamve vocaverit*, parum  
interesse puto, dummodo ita de ipsa re  
conset, ut exinde Cura convenienti insi-  
tui queat.

17. Aboletur Chyli à Fœcibus alvinis Se-  
cretio, vel ipsorum Alimentorum Assumentis  
constitutioni peculiari incongruentium,  
aliasve virtutis Fermentatorum, vel laudato-  
rum Humorum Bilis, Sacrae Pancreatici,  
aut Salivæ culpa.

18. Incongruentia, vel potenter fastidita  
Alimenta, uti non fermentabuntur facile; ita  
nec in partes utiles ac inutiles se postea secerni  
patientur.

19. Alimenta etiam optima, & unicuique  
alias convenientia & gratissima, si quacunq;  
alia de causa permanserint cruda, nec proin-  
de ad suarum partium Secessum Fermenta-  
tione debita præparata fuerint, frustra expe-  
dabitur Chyli Secretio à Fœcibus alvinis.

20. Ex Alimentis debiti fermentatio, quam-

vis Partes maxime volatiles ac Spirituosa, una  
cum Aqueis sponte forsitan secedant à ceteris  
possintque transcolari in Laetæas Venas, O-  
leosæ tamen, Salinæ, Acide, Terreæ, aliæque  
corpori alendo istidem utiles ac necessaria ul-  
teriore indigent ac nova præparatione ante-  
quam Viscidioribus, Austerioribus, aliisque ad  
corpus benè nutriendum minus apti valedi-  
cere possint.

21. Hanc Secretionem frustra desiderabis,  
quoties aut int̄s fuerit Sal Bilis volatile, aut  
ipsa non deferetur ad Intestina Bilis; quorum  
alterutrum locum habet in Morbo Regio, sive  
Ictero, in quo idcirco albicanter, nec tincta  
prodire solent Alvi excrements.

22. Iners fit Sal Bilis volatile, ob assumpta  
diutius & copiosius Alimenta multum viscida  
vel simul pinguis, quin & quandoque Spi-  
rituosa, ipsumque adcō Vini spiritum; cuius  
abusum non infreuerter excipit æque  
Morbus regius, quam Ascites Hydrops.  
Quod citius & potentius fieri, si Medicamen-  
ta, vel potius Venena Volatilem Bilis Salem  
infringentia fuerint introsumpta, vel forin-  
secus admissa.

23. Non defertur ad Intestina Bilis, propter  
obstructum vel à Bile in Calculos, crustamve  
calcu-

*calculosam concrescente, vel à Putuita viscidâ  
Ductum Bilarium Intestinalm.*

24. *Putuita ista Viscida vel ipsi potuit esse  
Bili admista, & Ductui sensim magis ma-  
gisque adhærens tandem ipsum in totum  
obstruere; vel una cum Succo Pancreatico  
delata in utrinque Ductus Biliarii & Pancrea-  
tici concurso concrescere, atque Bili præser-  
tim, ad ipsam nempe incidentam minus po-  
tentia, exitum præcludere; vel in tenui Inte-  
stino existens, idem Orificium opprire, atque  
Bili saltem exitum negare.*

25. Nunquam Ego è Solo *Succo Pancrea-  
ticu*, vel *Saliva vitiatis Abolita* posse puto hanc  
*Chyli Secretionem*; quamvis corundem  
*Visciditate ac Inertia* promoveri posse judi-  
cem illum *Defectum*, atque *Diminutio* ali-  
quando *Secretionem*.

26. *Visciditas* verò ac *Inertia* *Succi Pan-  
creatici*, ut & *Salivæ* expectanda est a mili-  
mo & protracto Uso *Alimentorum Viscido-  
rum*, ac imprimis *Marinorum Piscium*, ipsi-  
usque *Panis* non satis pisti, vel fermentati,  
vel cocti, rerumque aliarum valde *pingui-  
um, &c.*

27. *Diminuta* quoque Partium Alimen-  
ti utilium ab inutilibus *Secretioris Causa fre-  
quentior*

*est ipsa Bilia parciar vel Inertior ad  
tenue Intestinum descendens, ob Causas  
modo memoratas, sed leviores.*

28. *Secretionis* verò *Depravata, Autæve  
Causas* qui prædictis contrarias dixerit, non  
facile falleatur. Nam i. *Alimenta* uniuscu-  
jusque constitutioni *maxime convenientia*,  
& avidius expedita præ aliis facilis, citius-  
que, si mo amplius fermentabuntur, ac pro-  
inde solito plus de suo tribuent Chylo.

29. Eadem interim si fuerint *Succi plane  
laudabilis*, vix aliquam corpori afferent no-  
xiam, nisi metuantur inde forsitan *Plethora* &  
*Habitus Athleticus*.

30. Eadem si fuerint *Succi minus laudabi-  
lis* facile *Cachexiam* inducent, nec tum con-  
venienter nutritur *Corpus continens*, aut  
reficiuntur *Vires*, quas in contentis maxi-  
mam partem consistere putamus. Hinc fieri  
existimamus, quod aliquando reperiantur  
nonnulli, qui & appetunt, & digerunt *Ali-  
menta* multa, minusque laudabilia, interim  
sensim contabescunt & deficiunt, aut *Ca-  
chectici* fiunt.

31. 2. *Alimenta modo medio se habentia*,  
hoc est, non minus excrementias, quam  
nutritias partes continentia & aut *minori*

quantitate, parcisve assumpta, aut Condimenti, Medicamentive alicuius simul usurpati ope potentius fermentata tum facilius, tum copiosius proment partes suas Liquidas, etiam excrementitias, una cum Chylo Cor versus transcolandas, transferendasque hinc & Nutritioni quovis modo vitiandæ occasionem daturas.

32. 3. *Bilis naturali acrior* plus solvet ac elicit ex Alimentis probè licet fermentatis, quam decebat; unde Chylum quoque minus laudabilem futurum quis non videt?

33. 4. *Salivam* sive ex ipsa ortam *Pituitam*, *Succumve Pancreaticum* catenus hoc malum producere posse putem, quatenus Spiritu Volatili abundantes Alimenta in Ventriculo abunde fermentata ulteriis, ad coquenim fermentant, tum per Intestina feruntur; atque sic ad inutiles quoque ac noxias partes una cum laudabili Chylo secernendas, & in lacteas deducendas ansam præbent.

34. Major autem hic noxa expectanda, quando vel *Bilis*, vel *Saliva*, *Succusve Pancreaticus* tantum peccant; minor, quando simul

simul peccant, quoniam tunc se mutuò ferè temperant.

35. Curabitur *Abolita Chyli Secretio* vel iporum *Alimentorum*, vel *Fermentationis* culpa orta, eorundem *Emendatione*, de quibus actum supra.

36. Curabitur eadem ob *Bilis inertiam* producta, usurpando sæpius *Sal volatile acris*, undecunque tandem paratum, vel *Plantas aromaticas aciores*, *Cochleariam*, *Nasturtium*, *Sinapi*, *Raphanum rusticum*, &c. Quibus & visciditas *Bilis* corrigetur, & Sali crimonia sua restaurabitur.

37. Curabitur eadem ob *Bilem ad Intestinum delatam*. 1. Solvendo *Bilem* in *Calculos concretam*, per *Succum Graminis*, & imprimis per *Nitrum Spiritum Calculos* quosvis *Solventem*, &c. 2. Incidendo *Pituitam*, *Obstructionem* in *Ductu Bilario Intestinali* facientem, per modo dicta, & quævis alia sæpius laudata, tum *Acida*, tum *Sale Fixo*, vel *Volatili prædia*, sive pura, sive simul mixta; qualia sunt *Salt tartari vitriolatum*, *Sal armaticum*, &c.

38. Desistendum autem ab ulteriori usu *Alimentorum viscidorum*, quin *Condimenti* loco usurpanda frequenter modo memo-

rata *Argmatica*, *Snapi*, *Raphanus rusticanus* & similia, quo sensum corrigatur ubi vis oecurrentis *Pituita viscida*.

39. Idem non minus feliciter præstant *Salia Volatilia* inter prandendum ac cœnandum ex Vino, aliove potu aliquandiu assumpta, sicut non semel dictum.

40. *Curabitur eadem ratione*, iisdemq; mediis, & quidem facilius *Diminuta Chylus* & *Cretio*.

41. *Curabitur tandem*, *Aucta*, *Depravata* Alimentorum Secretio, 1. *Assumenda Alimenta Fermentationis* aliquantò difficilioris; copia saltem solito majore, si fuerint *Fermentationis* facilis; atq; tunc abstinentia seductio à *Condimentis Fermentationem promoventibus*; qui potius usurpando quædam ipsam *impedientibus*, *Coralia*, *Cretam*, &c.

42. *Bilis acrior temperabitur* potentius quovis *Acido*, & imprimis *Austo*, *Omphacio* puta, *Berberorum*, *Granatorum*ve *Succo*, &c. Ut & *Viscidus*, tum *Alimentis*, *Piscibus*, marinis præsertim; tum *Medicamentis*, *Amigdalæ dulcibus*, ipsarumque adeò *Emulsione*, &c.

43. *Saliva, Succiuve Pancreaticus* *Spiritu volatili abundans*, & haetenus hic peccans emen-

temdabitur abstinentia à copioso saltem usu *Potus generosi* & *Spiritu volatili turbulentis*, substituendo in ejus locum magis *Aqueum* & *Subiusterum*, nî aliud quid hoc vetet.

## C A P. XI.

*De Vitiosa Bilis, & Succi Pancreatici una cum Pituita continuo excitata in tenui Intestino Effervescentia.*

1. **N**on tantum, quando è *Ventriculo* ad *Intestina* propelluntur *Alimenta fermentata*, *Confluent quoque intenne Intestinum Bilis & Succus Pancreaticus*; verum *continuo*, adeoque illo etiam tempore, quo nullum assumptum, vel ad *Intestina* deductum est *Alimentum*, eo feruntur, ac necessario ibidem proper partium suarum dispositionem *subcontrariam* in *Concursu suo Effervescentiam* excitant, in Sanitatis quidem statu, hoc est, quandiu bene dispositus, temperatusque est uterque, *blandam* & *Naturæ amicam*; ubi vero alteruter, aut uterque intemperatus est, & actior, *vitiosam* & *noxiam*.

2. Quoniam verò secundum Naturam semper observatur *Pituita* in tenui Intestino consistens à *Saliva* continuo deglutita originem suam dicens, cuius quoque nomine mutationem aliquam patiatur prædicta *Effervescentia*: censem in illo binorum horumce Humorum Confluxu dissolvi *Pituita* Intestini tenuis parietibus adhaerentis partem Fluidiorem, eandemque cum maxima *Bilis*, *Succo*, *Pancreatici* concrecentium partem junctam penetrare in Lacteas Venas usque ad Cor; dum pars ejusdem *Pituita* tenacior & viscidior cum aliqua reliquorum Humorum parte itidem viscidiore pergit sensim ad Intestinum crassum, ibidemque *Alvinis Fæcibus* admista easdem viscidiores facit & flaviores.

3. Hic ex *Bile*, *Succo Pancreatico*, & *Pituita Salivaria* ortus Humor Triumviralis, & cum *Lympha* properans ad Cor, videtur mihi Consistentiam & Coagulationem Sanguini largiri naturalem; quemadmodum eidem variis modis visitato tribuendam puto plerumque visitatam quomodo cunque naturalem *Sanguinis Consistentiam*.

4. Effervescentiam idcirco illo Ternorum istorum Humorum confluxu excitari arbitror,

tror, qnod non tantum ex variis Affectibus homini praeter naturam obvenientibus concludi putem *Acidum esse Pancreatis Succum*, sed illud ipsum *Ingeniosissimi Anatomici*, *Regneri de Graaf*, Discipuli mei Chariissimi, industria evictum sit abundantissime; uti patet ex ejusdem de *Succi Pancreatici Natura & Uso Dissertatione*, Anno superiore in hac Academia sub meo præsidio publice disputata.

5. Talem namque, hoc est, quovis modo vel gradu *acidum Pancreatis Succum* impossibile est commisceri cum *Bile*, *Amara* & *Sale volatili* abundante, quin mox excitetur inde *Effervescentia*, infinitis ex Chymia & aliiinde petendis exemplis confirmanda.

6. Hanc Effervescentiam prospera valedicuntur in tempore admodum blandam esse vel inde patet, quod nullus sit ejus Sanis sensus; qui tamen in Ægris tam saepē tam est manifestus & atrox, ac per lancinationes, distensiones, tormina, frigora, æstus, ebullitiones &c. tum in regione lumbari, tum in sinistro hypochondrio, tum in universo quandoque ab domine se prodens.

7. Multifariè verò *vitiosa* existit prædicta *Effervescentia*. I. ratione *Bilis acrioris & Salinae*.

line; unde Sitim s̄apius augeri, atque Diarrhoeam plerumque originem trahere arbitror.

8. 2. Ratione *Bilis* naturali *Pinguioris*, unde *Ardorem* in *regione lumbaris* tantum, aut in *universo* præterea *corpo* produci existimo.

9. 3. Ratione *Succi Pancreatici Acidioris & acrioris*; unde cæteris paribus *Frigus* excitati puto plerumque in nominata *Lumborum regione*, ac postmodum in *universum* distribui *corpus*; quod manifestum est in omni penè *Intermitentium Februm principio*.

10. 4. Ratione *Succi Pancreatici Austero & Acerbi*, cui adscribo tum *filum Hali-*  
*tum Hypochondriacam Suffocationem pro-*  
*ducentium, tum Dolorum Intestina mirificor-*  
*quentium ac contorquentium ortum.*

11. 5. Ratione *Pituitæ Viscidioris*, ex qua generari solent *Flatus* similes, ac *Intestina*, *Ventriculumque*, aliasve subinde partes distendentes. imprimis quando concurrit *Bilis acris*; alias enim *Sanguis* producitur *tenax*, *Viscidusque*, *Melancholici* nomine notus.

12. Ubi & *Bilis*, & *Succus Pancreaticus* simul

simul peccant *acrimonia propria*, Dolores extitantur in tenui *Intestino acrocissimi*, & non raro ipsis copulantur vel *Cholera morbus*, vel *Dysenteria*, &c. ac semper fere *inordinata Febris*: de quibus omnibus suo agemus loco.

13. Ubi præterea *Pituita* existit valde *Viscida*, vel alias *vittiosa*, ibi *Affectionis*, *Suffocationis*, aut *Melancholie Hypochondriaca*, *Scorbuti*, *Colica*, aliorumque *Affectuum affinum* & quidem graviorum generatio indies se prodit, & vero nunc hac, nunc illa, s̄apientusque mutabili forma.

14. De *Affectionibus* certe *innumeris* penè *vittiosa terrorum horumque Humorum* in tenui *Intestino confluentium Effervescentia ortis* agetur per universam ferè *praxin Medicam*, postquam ab illa dependent *plurique*.

15. Producuntur enim non tantum ex ilia miscella vitiata *Humores noxi*, quin non rarò *Flatus*, *Halius*, vel *Vapores pravi*, plurima homini damna afferentes.

16. Interest proinde, ut quis Medicus pro re nata scrutetur ac investiget sedulo trium horumque *Humorum naturam*. & qualitates tum *naturales* ac *temperatas*, tum

tum præternaturales atque à temperie pro-  
pria recedentes, noxasque homini infinitas  
causantes.

17. Effectus sane & Affectus ex vitiosa  
illa Effervescentia procedentes notissimi  
sunt & quotidiani, quamvis eorundem ra-  
tio & generatio magnam partem nos adhuc  
lateat.

18. *Bilis acer* sequitur i. *Alimenta acrio-*  
*ra*, acribus saltē & valde aromaticis con-  
dita. 2. *Aërem astivum*, vel quavis aliā de  
causa astivantem. 3. *Corporis Motum vehe-*  
*mentiorem*. 4. *Vigilias nimias*. 5. *Iram &*  
*Curas frequentiores*. 6. *Atum adstrictio-*  
*rem*.

19. *Bilis pinguior* debetur imprimis *Ali-*  
*mentis similibus* copiosius assumptis, *Oleo,*  
*Butyro, &c.* ut & *Medicamentis*, aut *Medi-*  
*camentosis Aromaticis* valde *Oleosis sapius*,  
diutiusve usurpati, *Oleis stillatiis*, ut & *Vini*  
*Spiritui*, cum *oleosis* præsertim parato, *Ani-*  
*sato puta, &c.*

20. *Succi Pancreatici Aciditas* excedens ori-  
tur i. ex *Alimentis, Condimentis aut Medicamen-*  
*tis similibus*, abundantius, *sapiusve* aut  
diutius usurpati. 2. ab *Hyberno, frigidore*  
*saltē & aperiore Aère*. 3. à *Mēta ac Mærore*  
quo-

quovis Animique *Solicitudine* gravi. 4. à *Vī-*  
*giōis perseverantibus, Spiritusque Animales*  
*consumentibus*, ac per consequens quo-  
rumvis humorum acrimoniam intendentib-  
us. 5. à *vehementi, continuatoque Corporis Motu*, eosdem *Spiritus exhaustente*. 6.  
ab *Alvo adstricta*.

21. *Succi Pancreatici Austeritas* oritur præ-  
fertim ex *Alimentis*, vel *Condimentis* potius,  
*Medicamentisve similibus*, ac *immaturis Fru-*  
*tilibus* perperam usurpati, *Pomis, Pyris, Me-*  
*spiliis, Castaneis, Olivis, Omphacio, &c.* ut & à  
*Mærore gravi* ac diutius perseverante, im-  
primis cum *Solicitudine* juncto.

22. *Rituita Viscidior* originem suam de-  
bet i. *Alimentis similibus, Piscibus marinis*  
*præsertim*. 2. *Aëri humido, nebuloso & uli-*  
*ginozo*. 3. *Vite desidi*, ac *sine Curi*, ac-  
cedente *Somnō mulio*. 4. *Corporis quieti* ac fe-  
gnitici. 5. *Animo Meticuloso & ignavo*. 6.  
*Tarda plerorumque Excrementorum Ex-*  
*cretions*.

23. *Curabitur omnis memorati Triumvi-*  
*ratus Effervescentia vitiosa, Corrigendo, Ex-*  
*purgandove Cansam ipsius Internam & Vitan-*  
*do, Emendandove externam*: considerando  
sedulo,

90 TR. DE LE DOE, SILVII  
sedulo, an una duntaxat an plures simul peccent.

24. Quæ *Bilem Acriorem* corrigant, proposuimus cap. 1. §. 11. & seq. Quæ eandem *Euscuent*, cap. 2. §. 41. & seq.

25. *Bilem* justo *Pinguorem* corrigemus, & abstinentia ab *usu Pinguiorum*, & usurpando frequentius *Acida*, sed *temperatoria*, imprimis ad *Alimentorum condituras*, *Succum* nempe *Citri*, *Arantiorum*, *Granatorum acidorum*, *Berberorum*, *Ribesorum*, *Omphacium*; vel admiscendo eorum aliquid cum *Potu ordinario*, ac præcipue *Spiritu Salis* vel *Nitri dulcem*, &c.

26. Quæ *Succum Pancreaticum Acidiorum* infringant, temperent quæ peti possunt ex Libri hujus Cap. 2. §. 17. & seq.

27. Eundem *Ansteriorum* præ aliis omnibus corrigere compéri haec tenus *Spiritum Salis Armoniaci*, omnemque alium *Salem Volutem*, ac præsertim *Oleosum*, quovis tempore ex *Vino*, aliōve *Liquore convenienti* sanguinis usurpatum.

28. Eundem *Corredum ac Temperatum* evacuamus commode *Hydragogis*, de quibus egimus Cap. 7. §. 53. & seq.

29. *Pituitam Viscidam emendant plura,*

PRAXEOS MEDICÆ LIE. I. 91  
ra, de quibus actum à nobis Cap. 2. §. 28. & seq.

30. Eandem *Evacuant Phlegmagoga*, quæ ibidem §. 29. 33. & seq. notavimus.

31. *Externas Causas* facilius vetat Medicus, quamvitæ *Æger*; monendus tamen à Medico, ne in Sc postea devolvat continua-  
ti peccati culpam.

32. Quæ autem in totum vitari non pos-  
sunt *Res non naturales*, non satis naturali-  
ter occurrentes, quantum fieri poterit, cor-  
rigantur. *Amenta præsertim per Condimen-  
ta convenientia*, & noxam ipsorum emen-  
dantia, non semel hic & alibi memo-  
rata.

33. Tēr, si estuet, *Aqua pura*, *Plantis* refrigerantibus dictis, earundemve Deco-  
ctis, *Aceto*, & similibus temperetur; *Humidus* autem ac *Nebulosus*, *Igne lucido*, *Plan-  
tis*, *Aromaticis* corrigatur.

34. Vigilia funto pro cuiusvis constitu-  
tione moderata.

35. Sic *Corporis Motus* esto med. ocris.

36. *Animus* autem esto ab omni *Affectu* gravi liber; liberetur saltē ab ipso, quan-  
tum licet: quod nunquam *Medicamentis*, semper obtinetur *Rationum* undecunque con-

conquistarum viac pondere : quibus proinde, tanquam Instrumentis labefactatae Hominis Valetudini restaurandæ non tantum utilibus, sed planè necessariis, non minus utitur Medicus prudens ac peritus , quam Theologus, Iurisconsultus, vel Orator.

37. *Alvus*, quantum commodè licet, servetur aut prestatur *Laxa*, tum *Alimentis* uniuscujusque constitutioni peculiati maxime convenientibus, tum quandoque Medicamentis *Laxantibus* dictis, *Prunis*, *Passulis minoribus*, *Cremore Tartari*, *Syrupo Rosarum solutivo*, & similibus.

38. Potest quoque *Alvus Salvi*, tum solicitando ipsam per *Suppositorium excocto Melle atque Sale marino*, gemmeo preparatum, aut ex *Aluminis rupeis frustulo in longum conciso concinnatum & Oleo aliquo illatum*; tum per *Clysterem Emollientem ac subinde Flatus discutientem injectum*; *Cujus formula est* sequens, aut similis.

*Z. rad. altheæ, 3 ij.*

*fol. malva,*

*summ. melilot. an. Manip. j.*

*Coq. in aq. hordei,*

*In colatur. 3 viij. dissolv.*

*Elect. Diacatholici, vel*

*Diapruni solut. vel  
Bened. laxat. 3 j.*

*Ol. rosati, vel  
Lilior. alb. 3 ß.*

*M. f. Enema, quovis tempore in-  
jiciendum, ac per hora dimidium,  
aut circiter in corpore tenendum.*

## C A P. XII.

*De Contentorum per Intestina Propul-  
sione, atque Expulsione lesa, & in  
specie de Alvo adstri-  
cta.*

1. *E*T *Almenia in Ventriculo præparata*, & *Saliva continuo deglutita*, hinc per *Ventriculum ad Intestina delata*, & *Bilis ex suo Folliculo per Ductum Bilarium Intestinalem*, & *Succus Pancreaticus per proprium Ductum ad Intestina properans*, & *Miscella ex hisce omnibus exurgens*, *ulterius propelli debent per longam Intestinorum fi-*  
*stulam, donec, transmissis ubique per La-*  
*ctea Vasa utrique corpori nutriendo utili-*  
*bus partibus, Inutilles ac Fæcum Alvinarum no-*  
*mine notæ tandem expellantur, excernantur*  
*que per Annum.*

2. Hæc variorum tam secundum, quam præter naturam *Intestinis Contentorum Propulsio atque Expulsio* variis lœdi solet modis; dum vel 1. *Segnius*, parcusve accidit; vel 2. *Citius*, *sepius*, copiosusve contingit; vel 3. cum dolore ac irruentibus absolvitur; vel 4. via non debita perficitur.

3. *Segnius*, parcusve accidit in *Alvo* minus adstrictiore.

4. *Citius*, *sepius*, copiosusve contingit, quovis *Alvi Fluxu*.

5. Cum dolore absolvitur in *Ventriculo* *Torminibus*, *Colica*, *Dysenteria*, *Tenesmo*, &c.

6. Via non debita perficitur in *Cholera* 19 *morbo*, *Ileo*, aliisque *Vomitionibus* ab *Intestinis* causatis, ut & in *Vulneribus* ac per tunicas penetrantibus *Intestinorum Alceribus*.

7. Ad *Alvum adstrictorem*, de qua hoc agemus Capite, revocamus tam *Segniorem Contentorum Propulsionem*, quam rariorem, & parciorem ipsorum per Anum *Expulsionem*.

8. *Segnius* procedit *Contentorum Propulsio*, hinc & rarius eorundem *Expulsio* per *Intestina*, quando secundo, tertio, quarto demum die, tardiusve adhuc deponuntur

*Alvi*

*Alyi Excrementa*, quæ quotidie semel saltem excerni oportet.

10. Evenit autem id, quoniam sunt *Contenta* & propulsæ *Viscidiora*, vel magis *Indurata*, *Exsiccatae*.

10. *Visciditatem* suam debent *Contenta Rebus non naturalibus* capite proxime præcedente narratis.

11. *Duritiem* autem, tunc *Alimentis similibus*, *Ossis*, & *Cartilaginosis*, tum *Flatibus austerioris*, *Consistentiam* firmiorem conciliantibus.

12. *Siccitatem* habent *Contenta* propter *Chylium* copiosus elicitum, & quandoq; propter *Potum Paucorem* cum *Pane* multo usurpatum.

13. Parcius prodeunt *Alvi Excrementa*, quia eorum pars aliqua secreta est ac in *Læcas Venas* propulsæ una cum *Chylo*, de quo vitio actum Cap. 10. vel alia & indecenti via excluduntur, tam in *Vomitu* præternaturali ab *Intestinis* ortum habente, quam in *Vulnero*, aut *Vlceræ Intestinorum* notabili.

14. Pleraque ad hujus *Affectus Curationem* facientia proposita sunt in superioribus, præsertim quæ *Visciditati humorum flatumque emendanda* convenient.

15. Excrementis præterea induratis emolliendis, ac viscidioribus diffundendis plurimum confert *Clyster ex Latte Vacino* tepido & paucō Melle paratus, injectus, & aliquandiu retentus. sic enim non tantum emollita excrementsa educuntur, sed *flatus* quoque ad exitum facilem alliciuntur, ad subsidentiam saltem disponuntur.

16. Potest quoque *Clyster* superiori Capite præscriptus ad laxandam alvum subinde infundi; aut *Suppositorium* conveniens immitti, quale ibidem notavimus ex *Alumine crudo*, quod præfero cæteris omnibus.

• C A P. XIII.

*De Alvi Fluxu*

1. Quoties citius, ac præsertim sapientius, *Qua copiosus*, quam solebat & decebat, contingit *Contentorum per Intestina Propulsio*, atque *Expulsio*, toties *Alvi Fluxu* labrare dicitur homo.

2. Distinguitur autem *Alvi Fluxus* in species diversas, & imprimis ratione *Excreti* diversi. Nam 1. excernuntur aliquando ipsa *Alimenta*, *Cibus*, *Potusque, cruda*, nec mutata, sed qualia fuerunt, si non assumpta ore, deglu-

deglutita saltem per gulam, in Affectu *Lienteria* dicto.

3. 2. Excernuntur aliquando eadem *Alimenta*, fermentata quidem ac debite immutata in *Ventriculo non tamen Secreta*, & in *Chylum*, *Fæcesque Alvinas separata* in ipsis *Intestinis*, verū *pultacea* adhuc & albicanaria, qualia sæpenumero excernere solent *Isterici*; unde non inepte hunc *Alvi Fluxum Istericum* appellari posse autem, alteram nempe *Affectionis Cœliaca* dictæ speciem.

4. 3. Excernuntur aliquando *Alimenta* tum fermentata, tum in *Chylum*, *Fæcesque alvinas secretæ*, sed simul adhuc confusa, in altera *Cœliaca Affectionis* specie; quam *Chylum alvi Fluxum*, distinctionis majoris ergo, nominare quid vetat?

5. 4. Excernuntur aliquando sæpe, aut copiose, non quidem *Alimenta*, sed *Humores Aquei & Bilioſi*, in *Diarrhœa* sive *Alvi Fluxu Bilioſo* inde dicto.

6. 5. Excernuntur aliquando frequenter ac copiose *Humores Pituitosi*, sed *crassi*, & viscidi in *Diarrhœa Pituitosa* inde dicta; aliquando tenues ac *Serosi*, nunc blandiores, nunc acriores, in *Serosa* ideo dicenda,

7. 6. Excernuntur aliquando *Pinguis & Oleosa* Excrements, in *Alvi Fluxu Pingui seu Vnguinofo* inde nominando.

8. 7. Excernitur aliquando *Sanguis purior*, in *dejectione cruenta*, ad quam referendum puto *Hemorrhoidum Fluxum*: aliquando *Liquor carnium lotura similis*, in *Fluxu Hepatico* dicto.

9. 8. Excernitur aliquando *Pta & Materia Purulenta*, vel *Santosa*, in quavis *Dejectione Purulenta* dicta, & *Dysenteria* familiari, ad quam *Tenesmus* ex parte saltem videtur referendus, ex parte ad *Pituitosam dejectionem*: postquam *perpetua* est *defensio*, *deficiendique Conatus*, cum *Excretione paucâ tum mucosa, tum purulenta*.

10. Cum in *Lienteria* & non mutata, & paulò postquam fuere assumpta, excludi solent *Alimenta*, *Ventriculi* ad *admissorum expulsionem* mox assurgentis *culpa* eam contingere appetet; de quo Affectu, ejusque Causis ac Curatione actum est supra Cap. 6.

11. Cum in *Alvi Fluxu Ictericio* *Alimenta* excludantur satis Fermentata, manifestum fit, procedere ipsum à *Chyli*, *Alvina*-rumque *Fæcum Secretionis Defectu*, & quidem ob

*ob Bilis vel absentiam, vel inertiam de quibus egimus jam supra Cap. 10.*

12. Cum in *Chyloso Alvi Fluxu* una cum *Alvi Fœcibus* prodeat plus minus *Chylus*, *Alimentorum Fermentatione*, Partiumque *Utilium ac Inutilium Secretione integris, laesa erit Chyli per Spongiosam Intestinorum Crustam in Laetcas Venas Transcolatio*, de qua inferius agemus Cap. 16.

13. Cum in *Diarrhoea Biliosa* *Humores Biliosi & Aquosi*, sive *Serosi* effundantur, tunc *Bilem Salis* sui ratione *Acriorem, Fluviorem*, *Pituitam vero Salivarem, Succum Pancreaticum Aquosorem* ac itidem *Fluviorem esse tam ex ipsis Excretis, quam Situm comite patet.*

14. *Diarrhoea Pituitosa* pro *Causa* prima agnoscit *Alimenta Viscida*, multumque *Pituita Viscida* promentia; pro secunda *Aerem Frigidum & Asperum*, *Pituitam in Sanguine tum Augentem, tum Coagulantem, tum in Cerebro, Cerebrive Glandulis præternaturam Secernentem*: unde *Catarrhorum Pituitosorum ortus*, à quibus ad *Fauces delabentibus* ac *deglutitis hæc Diarrhoea* sapientur.

15. Facit quoque ad *Pituitam in corpore* E 2 *Cum*

*Cumulandam Somnus multus, Corporis torpidas Quies, Ingenium Hebes, Aër pluviosus, vel alias Humidus, &c.*

16. Diarrhoea Serosa debetur frequenter *Succo Pancreatico Seroso*, subinde *Saliva simili*, rarius *Humoribus Aqueis ac Serosis à Cerebro* versus *Fauces distillantibus ac deglutitis*.

17. *Succus Pancreaticus*, ipsaque *Saliva redduntur Aquosores & blandi propter copiam Potus Aquei assumpti*; accidente subinde *Aëre Humido*; aut deficiente *Urina, Sudorisve consuet Excretione*.

18. Idem siunt *Serosi & Aceres*, sive *Salini*, ex usu copioso tum *Aqueorum*, tum *Salitorum*, à quibus non tantum *Tenuiores ac Fluidiores*, verum *Acriores quoque & Salini existunt*.

19. Secernitur præter Naturam Pittuitatum *Viscida*, tum *Aqua vel Serosa in Cerebro*, ejusve *Glandulis*, semper forsan præcedente quidem undecunque universi *Corporis, & Capitis* præsertim *Calore, ac Soluto simul, de ductoque copiosius ad Cerebrum Humore Pitufo* quālicunque in Corpore vel *Sanguine tunc existente, ast mox subsequente Frigore Aëris*, ac penetrante simul per poros magis apertos

apertos *Aura subtili & coagulante Humorem præditum in Variis Cerebri partibus*: unde sive contingat in *Vasis Lymphaticis Obstru-ctio*, ac post *distensionem nimiam eorundem Ruptio*, hinc & *Contenti Effusio*; sive aliter secedat à *Sanguine Humor Pitufo*, *Catharri* saltē nomine ruere solet nunc in *Nares*, nunc in *Fauces*, ac inde vel in *Aesperam Arteriam*, vel in *Oesophagum*; per quem in *Ventriculum*, ac *Intestina delatus* huic *Serosa Diarrhoea* matrem subministrare videtur.

20. *Pinguis & Oleofus*, sive *Vnguinosus Alvi Fluxus* sequitur fere *nimum Pinguius Alimentorum Vsum vel Abusum*.

21. *Alvi Fluxus Cruentus* debetur semper *Vasi alicui Venoso vel Arterioso in Tenui vel Crasso Intestino*, rarius in *Ventriculo vel parte alia præter naturam rupto, secto, vel alio quovis modo aperio & ad Intestina contentum Sanguinem emittente*.

22. De *Vasorum quorumvis Apertione multiplice, Causis Variis, & Curatione diversa suo agetur loco*.

23. *Hæmorrhoidum Fluxus*, quibusdam non multum *Ægris familiaris, vel Criticus existit, & ipsos levare solet*; aliquando

*Symptomaticus* est, ac *Ægros* multum debilitat.

24. *Fluxum Hepaticum*, si aliis unquam, mihi, quod sciam, nunquam visum, à copioso sero Sanguini admisto & Vasa simul relaxante reputo deducendum.

25. *Serosus* fit *Sanguis* à Potu nimio tum *Aqueorum*, *Aqua*, *Cerevisia*, &c. tum ipsius *Spiritus Vini*, à quo tandem Partium omnium firmitas infirmatur & tonus pene tollitur.

26. Cum & *Pus* & *Sanies* ex *Sanguinis corruptione* ortum habeat & quidem post *Inflammationem* in *Apostemate*, aut undecunq; orto *Vicere* tam profundiore, quam superficiario, sive *Exulceratione*; tale quid locum habere oportet, quoties *Purulenta* vel *Sanosa* observatur *Dejectio*. Sed de his Affectionibus agetur in genere inferius.

27. *Tenesmus Mucosa*, *Purulenta*q; constans *Dejectione*, *Humorem Viscidum Pittitiosum*, simulque *Acrem Acidum* circa podicem adhaerentem, atque ibide *Vicus molestum* rodendo excitantem agnoscit.

28. *Durrhæa Biliosa curabitur* i. Corrigendo *Bilis Acrimoniam Salinam* medicamentis Cap. I. §. II. & seq. traditis. Seligenda verò,

verò, propter *Fluiditatem* ipsius simul *austram*, quæ *Austeritate* blanda sunt prædita, *Cydonia* tum *Mala*, tum *Pyra*, pro *Ægri* paleto vel *Syrupi*, vel *Mivæ*, vel *Carnis*, vel alia forma parata. Huc spectant *Poma* *punicæ*, *Berberorum Fructus*, *Uva* *immatura*, *Omphacium* ve, *Plantago*, *Portulaca*, &c. *Buli* ac *Ferrapingues* atque *Sigillata* omnes.

29. 2. *Corrigendo Pittita Salivaris*, *Succus* ve *Pancreatici Aquositatem* nimiam, tum *Alimentis* solidioribus ac minime *Aquosis*, tum *Medicamentis* eandem aut *Imbibentibus*, aut *Evacuantibus*.

30. *Imbibunt humiditatem aqueam* præ *aliis multiscreta*, *cornu cervi*, & quodvis *aliud Osustum*, ac per se in *pulverem* redactum, parvaque quantitate subinde usurpatum, &c.

31. *Evacuant humiditatem aqueam* tum *hydragoga* per *Alvum*; tum *sudorifera* & *diuretica* per sudores aut urinas, inter quæ laudo valde *Decocta* ex *Radicibus Chinae*, *Sarsaparille*, *Petasitis*, *Contrayerva* &c. *Lignis Guajaci*, *Sassafras*, *Iuniperi*, *Quercus*, *Buxi* &c. parata.

32. *Pluribus indicationibus* satisficit *Rhabarbarum* *tostum*, & ad *Drachmam* j. vel E. 4. circi-

circiter exhibitum; postquam non tantum una cum Bile evacuat benigne Aquas hic redundantes, sed blanda sua austерitate laxiorum alvum mox adstringit.

33. Post correctam, & copia nimia simul peccantem Bilem blande vacuatam, una cum Sero Aquoso, usurpari quoque possunt *Diascordium*, *Theriaca*, *Hyacinthorum*. *Confectio*, & similia, quoad Temperiem naturalem *Bilis*, redigatur, & Intestina dejectione frequenti debilitata recreentur, roboren- turque.

34. In Tyronum gratiam sequentes ad- demus formulas.

*24. Rhei tosti.* 3 ij.

*Nucis moschat.* 3 ʒ.

*M.f. pulvis.*

Accipiat Ägermanè ex coquleari velvi- ni, vel juscui.

35. Quando multo Sero simul scatet sati- guis,

*24. Rhabarb. tosti,*

*Rad. Ialapp. an.* 3 j.

*Cinamom. acut.* Gran. vij.

*M.f. Pulvis*, vel

*Cum Conserv. Ros. pallid. q.s.*

*F. Bolus, manes sumendus.*

36. Post factam evacuationem talem, cir- cævesperam utatur per intervalla Äger co- chleari uno sequentis *Mistura*, quæ

*24. Diascord. Fracast.* 3 i. b.

*Conf. Hyacinthor.* 3 j.

*Syr. Myrtini,* 3 j.

*Aq. Cinamom.* 3 ʒ. b.

*plantagin.* 3 ij. b.

*M.*

37. Quoties totus *Sanguis Sero* scatet, tunc operæ premium erit decocto sequenti aut similis per *Vrinas* vel *Sudores* ipsum edu- cere ac minuere.

*24. rad. apis.*

*petafilid. an.* 3 ʒ.

*Rafar. ligni Iuniperi,*

*Sem. miltii, an.* 3 iiij.

*Coq. f. a. ex ag. pura,*

*In Colat.* 3 xxx. dissolv.

*Syr. s. rad.* 3 iv.

*Spir. Salis dulcis,* 3 j.

*M.*

Capiat bis, terve in die haustum, si non abhorreat Äger, calentem, & imprimis summo manœ in lecto, unde prodibit facilius Sudor, si minus, Urina copiosior, sicq; pedetentim consumetur *Sanguinis Serum*,

E 5

omnes-

omnesque *Humores* reddentur puriores ac meliores.

38. In *Diarrhoea Pituitosa curatione*, non tantum *Dieta* vitiosa in laudabilem, & subcontrariam mutanda; verum Medicamentis quoque Cap. 2. propositis corrigenda pituita viscidiō; eademque postea per *sudorifera* & *diuretica* modo memorata & descripta vel similia expellenda foras per *cuntis* poros aut *urethram*, avertendaque ex parte a *Ventriculo* & *Intestinis*.

39. *Diarrhoea Serosa* curabitur, abstinendo ab ulteriori potu nimio aquaeorum; assumendo subinde, quæ aquas imbibant, cornu cervi ustum, cretam, &c. aut per *sudores urinas* de expellant modo dicta.

40. Nihil autem vetat, nullo alio vetante, *Hydragogo* assumpto. Evacuari quandoque magnam redundantis *Seri* partem per *Alvum*.

41. Quoties in *Serosa Diarrhoea* undecunque prodiens *salsum* & *mordax* existit *Serum*, toties corrigendum idem *pilula* de *cynoglossa*, de *Styrace*, aut similibus.

42. Quoties à præcedente *Gravedine* ortum habuit *Serosa Diarrhoea*; toties *Cerebro* facienda quoque *Medicina*, *roborando*, *restituendo*

*tuendogne* in pristinam integritatem *Glandulas* semper tunc male affectas; quod citò, tutoque, nec injucunde fit *Suffiu* solo & solius *Succinū*, *Orepatulo* & *Naribus* s̄pius ac sensim excepto; quo s̄pē numero una vice usurpato *Gravedinem* satis gravem curravi mox in suo principio, ne ultra noctem duraret. Huic *Succino*, cui composita placenta magis, ad pompam nempe facientia, plura possunt addi, *Mastiche*, *Thys*, *Belzozon*, *Styrax*, &c. & inde *Palvis* pro *Suffitu* parari, atque idem paulatim prunis inspergi atque capite pallio, aliove operimento ampio tecto, ut minus ejus fumi pereat, uti iam dictum, ore, naribusque excipi.

43. *Alvi Fluxus Oleosus* & *Pinguis* sponte ac sensim cessabit, cessante pinguium qualiumcunque abusu: quamvis usurpari quoq; possint, quæ pinguedinem nimiam absorbeant, vel corrigan *cornu cervi ustum*, *creta*, *coralia*, *cineres cardui benedicti*, *Absinthii*, *Genista*, aut eorundem *Lixivium* cum vino paratum, vel *sal fixus* ex iisdem cineribus elixatus ac elicitus.

44. *Alvi Fluxus Cruentus* curabitur, si ab humore acri vasa rodente ortum habue-

rit, Corrigendo, temperandoque *Humorem acrem*, ac *Consolidando Vas erosum*.

45. *Humorem Acrem*, ac semper fortè *Acidum* quæ corrigant, petenda ex Cap. 2. *Mistura* verò *erosa vasa consolidans*, omnemque *Sanguinis effluxum mire cohicens* habetur Cap. 9. §. 20. quam junioribus Medicis sæpius cum optimo successu expertas si deliter commendo.

46. *Hæmorrhoidum Fluxus*, quandiu cum *Ægri levamine* sit, estque *Criticus*, tandem observandus, nec sistendus; *Ibi* verò nimius existit, ac *Symptomatus*, *Ægrumque infirmans*, tunc lente laudata modo *Mistura*, sūnilive alio medicamento cohendens.

47. Si *copiosum Serum* possit *Sanguinem* ita diluere, ut ex *Vasis* ab ipso sūnilive relata sit partem ipsius aliquam secum ad *Intestina* ducat, & *Lotura Carnium sūnilera Fluxum*, vulgo *Hepaticum* dictum producat, curabis tum *Sudoriferi* & *Diureticis Serum* alia via à corpore propellentibus, tum *Roborantibus Austeris Laxatorum Vasorum* noxam resarcientibus; de quibus hoc ipso capite jama-  
ctum: & ante omnia cavendo imposterum à nimio *Aqueorum Potu*.

48. *Partium tonus ac robur naturale ob Spirium Vini abusum deficiens* difficulter *restauratur*, nec facile nisi usurpatis cum exacta Diæta, vix unquam iterum ab ebriosis hominibus exspectanda, *Spirituosis subasteris*, qualia sunt inter *naturalia*, *Vina* potentia simul & cum nigredine grata subaustra; inter *Artificialia* verò plura ex *Vino generoso* atque *Cydoniis* vel *Punicis malis*, vel *Myris baccais*, aliisve similibus parata.

49. *Puxulentus*, vel *Saniosus Alvi Fluxus* curabitur, *Curato Apostemate*, aut *Vicere* qualunque ubique existente, ac illum producente.

50. Præterea, quæ postea de *Inflammatione*, ipsamque sublequentे *Apostemate* atq; *Vloere* dicemus in genere, pauca hīc affremus, quæ in specie *Intestini* affectis conducunt.

51. Quoties igitur in *Crassis Intestinis* existit *Vicus*, atque ad locum affectum pertinere possunt *Enemata*, toties valde proderit sequens, quod diutissime in corpore servetur, sæpiusque, si res desideraverit, novum injiciatur.

52. *Lactis Bubuli recentis*, & *silubet*, prins: *Chalybeati*, 3 viii.

*Terebinthina Venet.* in Ovi Vitello diffuso.  
lut. 3 fl.

*Mellis rosati,* 3 j.  
*M. f. Enema.*

Tali Enemate, & quidem unico, circa initia; adeoque mature injecto, curavit non semel Dysenteriam cum puris dejectione junctam.

52. In Tenuibus Intestinis quando habet Vclus, sequens Apozema Vulnerarium conferret, si saepius in die assumatur ad aliquot Uncias.

24. *Rad. Consol. Sarracenic.* 3 fl.

*Fol. Pyrol.*

*Alchimill. an.* Man. j.

*Hedera terestr.* Man. ij.

*Sanicul. Maris,*

*Summ. Hyperic. an.* Man. fl.

*Rasur. Cornu Cervi,* 3 ii.

*Coq. s. a. ex Aq. Ferrat.*

*In Colat.* 3 xxv. dissolv.

*Syr. de Althea Fernel.*

*Botryos, an.* 3 iB.

*Tinct. cinamom. cum Vini rectific.*

*spiritu extractt.* 3 fl. M.

53. Utilis erit in eodem casu Mixtura sequens, cochleatim saepius assumenda:

24. Aq.

24. *Aq. Plantagin.* 3 ij.  
*Cinamom.*

*Aceti stillat. an.* 3 fl.

*Diascord. Fracast.* 3 ij.

*Ocul. cancer. pulveris.* 3 fl.

*Antimon. Diaphoret.* 3 j.

*Syr. Rosar. rubr.* 3 j.

M.

54. Cui conditi forma est gratior, is hæc vel simili utatur, quæ

24. *Conf. rosf. rubr.* 3 ij.

*Diascord. Fracast.* 3 ij.

*Conf. Hyacinthor.* 3 j.

*Cornu serviusti & pulveris.* 3 fl.

*Syr. Myrtini, q. s.*

*M. f. Conditum.*

De hoc Condito assumat Æger aliquoties in die ad Nucis moschatæ quantitatem.

55. Ad Vclus tam mandandum, quam consolidandum præ aliis omnibus forsan serviet Balsamus Sulphuris vel Anisatus gratior, vel cum Succini Oleo paratus potentior, ad Guttas duas, tresve cum dicta Mixtura, vel Decocto aliquoties in die sumendus.

56. In Dysenteria, existente in corpore Humorum acrum magna copia, conveniet mox

mox in principio Rhabarbarum tostum cum Laudani Opiati Grano uno exhibitum; & ubi necessitas urserit, denuo iterandum. Addi quoque potest Theriaca, vel Diaſcordium, quando ex præjudicio aliqui abhorrent aut Ægris suis metuunt ab uſu Laudani, toties à nobis ob laudandos effectus laudati medicamenti.

56. Nec abs refuerit eodem, quo affumptum fuit Rhabarbarum, die ſupralaudatum ex Latte Bubulo, aliisque paratum in jucere Clyſma, cuius beneficio & Uicuſ abſtergetur, & Tormina demulcentur, & Uicerat partis consolidatio promovetur.

58. Tenemus, in Ano residens, curabitur præfertim applicando, intrudendoque Podici Medicamenta Humorem tum acido-acrem, tum Viscidum corrigentia, hinc Uicuſ abſtergens, denique idem consolidans: In quem finem vix Balsamo Sulphuris æquè præstans occurret remedium, ſi cum Terebinthina Veneta Spiruſu Oleoſo, vel Succini, Anisive Oleo rite fuerit paratum, ac per ſe ſolum, vel aliis admiftum Podici applicetur.

## C A P. XIV.

## De Variis Inteftinorum Doloribus.

1. **Q**uamvis inter Functionum Animalium Laſtiones in Secundo Libro tractandas, de Dolore in Genere ſimus acturi; non potinimur tamen ſicco pede ipſorum trac̄tationem ſpecialem hīc pertransire, quoniam præceteris Corporis humani partibus Continentibus omnibus Inteftina non tantum atrocifimis, verum omnis forsan Generis Doloribus affligi ſolent; adeo ut nullibi opportunius, quam hīc eorum species omnes obſervari, ideoque explicari poſſe videantur.

2. Differuntur hi Dolores omnes 1. ratione Inteftinorum affectorum, dum aliaſ Tenuia, aliaſ iis urgentut Crassa. 2. ratione Modis quo Ægros affligunt afficiuntque Dolores varii: Aliaſ enim cum Ardoris, aliaſ cum Frigoris Sensu id accidit; aliaſ Dolores ſunt in eodem loco Fixi, partemque affectionem Perteribrantes quaſi, aliaſ Vagi & cum Lancinationibus per intervalla ut plurimum repetentibus Pungentes, ſive eandem, tunc partem.

partem identidem afficiant, sive diversas petant: alias *dissidentes* sunt, & sola *Intestina*, vel *Abdomen* simul expandentes; alias *roden-tes*, aut *urentes* observantur; alias cum *Lacerationis*, vel *Contorsionis*, vel *Contusionis*, vel *Gravitationis*, vel *Pulsationis*, vel alio quovis *molesto sensu* *Ægrosangunt*.

3. Quoties *Intestini Tenuis* pars superior ac *Ventriculo proxima dextra Lumborum regioni* superstrata, *Mesenteriq*, substrata *dolorem* patitur, toties à loco affecto *Lumbaris* nominatur.

4. In eodem autem loco ferè omnes *dolorum species* pati solent *Ægri*, nunc cum *calore magno ardente*, alias cum *frigore gravi* *Algacentem*; nunc *Fixum* & *Lumbos* quasi *Perterebrantem*, alias *repetentibus* subinde *Lancinationibus vagis* *pungentem*; nunc eosdem *Lumbos dissidentem*, aut *confundentem*, aut *Gravitatis Sensu* tantum *premenientem*, aut *urentem*, aut *rodentem*, aut *lacerantem*, aut *cum pulsatione continua*, *interruptave*, iterumque subinde redeunte *molestum*, aut *quovis* *alio yix* *Ægris*, Medicisve *expli-cabili modo* mire *torquentem* ac *contor-quentem*.

5. *Intestini Tenuis* pars huius proxima, & in

in *Hypochondrio Sinistro* à *Lumbis*, *Mesenterio* que *liberius exurgens* & *assurgens* *Lancinationibus* frequenter, ac *Distensionibus* cum *no-tabilitac permanente* quandoque *duritie affli-gitur*; quamvis tunc *Lieni* fere, licet per-  
peram, illud *Malum* & *Dolor* vulgo ad-scribatur, & à Medicis nonnullis præjudi-  
cio inveterato vel maligno excæcatis mor-dicus præter omnem rationem solidam,  
quin contra quotidianam & manifestam,  
ex variorum quippe cadaverum sc̄ctione  
multiplici petitam. Experientiam eadem  
Sententia etiam nunc teneatur. Medicos  
ex conscientia, utut errante, idem ju-dicantes ac dicentes minime cupio hīc no-tatos, at præfactos duntaxat, & mali-tiosos.

6. *Dolorem* autem istum, si nomen quovis præjudicio vacuum illi foret à me imponen-dum, appellarem Ego à loco affecto *Hypo-chondriacum*, addita speciei urgentis, no-menclatura, & cognominando ipsum aut *lancinantem*, aut *dissidentem*, & sic porro.

7. Qui reliquam *Intestini Tenuis partem* oc-cupat *Dolor*, *Iliacu* ab *Intestino* *lleo* vocato  
insigniri sole, observaturq; itidem varius.

8. In *Crassi Intestini* parte postrema,

*Intestini Recti nomine nota, excitatur satis frequenter Dolor Ardens & Pulsans, simulq; non raro *Lancinans*, & quidem in *Hamorrhoidibus Cœcis* tunc dictis ac *Inflammatis*; quemadmodum *Rodens* atque ad perpetuo *desidendum* irritans, in *Tenesmo*: de quo Capite proxime præcedente actum: aliquando cum majore, minoreve *Pruritu Mordicans* & valde molestus.*

9. In *reliqua Intestini Crassi* parte, *Coli* nomine gaudente, qui vis *Dolor* excitatus, *Colicus* vocatur.

10. *Distinguuntur ab invicem Colicus & Iliacus Dolores* imprimis secundum *Intestinum utriusque Situm*.

11. Utique *Colum Intestinum à dextro Inguine* incipiens circa dextrum Rēnem astigit versus *Hepar*, & inde ut plurimum quidem sub costarum notharum cartilaginibus transversim fertur ad sinistrum hypochondrium, cuius magnam partem occupat, mox ad sinistrum resem contortus pergit porro ad inguem sinistrum, ubi *Sigmoidea forma inversa* satis amplè contortum devolvitur ad *Os Sacrum*, ut in *Rectum Intestinum* abeat & desinat: Unde in *Abdominis ambitu ac circumferentia modo designata exoriens Dolor,*

verè *Colicus* dicendus; quamvis non nulli eum tantum hoc beant nomine, qui partem Abdominis superiorem, anterioremq; Cinguli modo angit & torquet, in scii, aut immemores, quam sape usque ad Umbilicum, & quandoque usque ad Vesicam insigni affractu per medium Abdomen volvatur *Colon*.

12. *Tenuer autem Intestinum*, mox ubi in hypochondrio sinistro emergens à Centro Mesenterii (sub quo in Lumbari regione ipsum latere diximus) magis, magisque recedit, eidem licet annexum, hinc inde circa regionem umbilicalem contorquetur, sicq; in *Abdominis meditullio* pene coactum ibidem *Iliacos* sustinet Dolores, plurimum itidem inter se variantes.

13. *Afficiuntur autem in omni Dolore Intestina vel in Tunicis, Membranis ve suis Internis, secundum suam Cavitatem, vel in Externis, secundum suam Superficiem.*

14. *Causa Internæ Dolorum Internorum Intestina* quævis afficientium quærendæ sunt in ipsorum Contentis, nunc in consistente adhuc forma permanentibus, nunc in *Halitus*, *Flatusve* prius mutatis.

15. Externas & simul immediatas, sive proximas dolorum intestinis obortorum causas, v. g. *Acus*, *Gladius*, &c. hic non spectamus, sed illas duntaxat, quæ intra corpus admissæ, pro internis haberi possunt ac debent, quatenus *contentis* se admiscent, atque tunc una cum ipsis à se plus minus sœpe corruptis dolores, aliaque pariunt.

16. Ut autem singulis Dolorum speciebus causas suas assignemus, existimamus  
1. Dolorem Ardentem habere ut plurimum Ortum à Bile Pinguore cum *Succo Pancreatico Acidore* potenter, ac vitiose Effervescente: sicut notum Spiritum Vitrioli Oleo Terebinthinæ affusum Effervescentiam excitare cum ingenti Calore & Ardore coniunctam.

17. Aliquando eundem Ardentem Dolorem produci putamus Sanguine aut in Vasis Intestinorum Capillaribus Stagnante, aut illsdem post distensionem tumidam ruptis Effuso, & Inflammationem pariente, accedente tunc manifesta circa partem affectam Pulsatione; cuius ratione distinguitur à præcedente specie.

18. 2. *Algentem*, Frigoreque gravi molestum Dolorem putamus Originem suam tra-

here

here à *Succo Pancreatico* valde Acidò & Acri cum Bile minus pinguis, vel paucæ, vel pituita: sis humoribus simul obruta Effervescente; sicut observamus Spiritum Vitrioli Sali Volatili cuius non tamen Oleoso, affusum Effervescentiam excitare cum notabili Algore ac Frigore copulatam.

19. *Spiritus Acidis operationem in frigore producendo muleum à pituita promoveri* docet ipsa Doctorum æquè ac Imperitorum omnium Mägistra Experiencia.

20. *Estus* quidem à prædicta Effervescentia vitiosa pendens imprimis ac ferentium in *Regione Lumbari* sentitur, ubi confluxus est Bilis & Succi Pancreatici: *Frigus* autem non raro in *loco inde remoto* tantum, vel primario urget; quando nimis multa pituita, eaque viscidæ obducta est pars Intestini superior; quæ munit quidem contra molesti Frigoris Sensum Partem, quæ tegit, nō frangit autē aut impedit actionem Succi Pancreatici per se Frigus parientis; enervat vero & obtundit Oleositatem & Acrimoniam Bilis, cui tanquam primariæ causæ Calor debetur, quoties Pituita hæc ad Bilis exitum occurrit copiosa vel viscidæ.

21. Prout

21. Prout igitur Intestinum tenuem magis vel minus copiosa, viscidave Pituita est obductum, ita in loco prædictorum Humorum, Bilis, Succique Pancreatici, Confluxu remotiore, aut propinquiore Calor, Frigusve ex ipsorum Effervescentia vitiosa obortum sentitur.

22. 3. Dolorem partem quasi Pertebrantem ac Fixum adscribo Succo Pancreatico multum Acri, Viscidaque Pituitam in isto, & Vitrea Pituita nomine tunc noto: Pertebratione in autem Acrimoniam Acidam, Fixitate in vero Visciditati comiti assigno;

23. 4. Ubi non tantum Aciditatem acerimam habet Succus Pancreaticus, verum Austeritatem quoque, tunc mirus accedit Con torsionis Sensus in parte affecta, qualis non raro in Colico urget actorquet.

24. 5. A Copiosa, Viscidaque Pituita praeceteris Humoribus peccante Dolor cum gravitatis sensu excitari solet,

25. 6. Ab eadem Pituita Viscida in Flatus rarefacta & Intestina sola vel una cum Abdomine distendente Dolor Distendens oritur.

26. Flatibus iisdem nunc in Ipsorum Intestinorum cavitate permanentibus ac conclusis, nunc extra eadem quoque in Abdominis

minis cavum penetrantibus, ibidemque Peritonæum expandentibus ortum suum debet Typanites.

27. Flatum Materialis quidem causa est pituita viscida, efficiens autem Bilis, tum Acrimonia Salina, tum Oleostata volatili peccans: quod præter alia probant quævis Olea aromaticæ, ex Seminibus præsertim elicita Guttis aliquot assumpta, & pituitam viscidam in Ventriculo vel Intestinis repertam mox in Flatus solventia, eodemque porro etiam discutientia.

28. 7. A Succo Pancreatico Acidiori in vitiosa lui cum Bile Effervescentia dominium habente excitati Halitus Acres atque Intestinum hinc inde pungentes in iisdem Dolores producunt Lacinantes & Vagos.

29. 8. A Bile Acrimonia Salina peccante, atque cum Succo Pancreatico Humorem salsum rodentem constituentे Dolorem obscure urentem ac rodentem gigni autumo; quod vel Coryza confirmat, in qua Humor Acidosus à Cerebro per Nares distillans similem Rodentem Dolorem causari solet.

30. Ab eadem Bile acreiore, atque Salsum Humorem constituentे, tandemque ad Annun delata Dolor Pruriginosus excitatur,

Ægris multis valde molestus : qualem *A. scarides* quoque nonnunquam in podice hærentes producunt.

31. 9. *Contundens Dolor* videtur mihi ortū ducere à pituita multa cum *Succo Acido paucō juncta.*

32. 10. *Lacerans & partem affectam sine ardore rodens dolor* debetur *Succo Acido puriori*, nec à Bile aut Pituita temperata vel fracto.

33. Prout enim causæ jam memoratae pūriores ac solitariæ magis, aut cum aliis modis variis junctæ ac plus minus ab illis temperatæ occurrunt, ita aliquam in doloribus dictis pariunt diversitatem, verbis vix satis explicabilem.

34. *Curabitur 1. Dolor Ardens, Bilem Pinguorem temperando per Acidas, & imprimis per Spiritum Nutri ; addendo simul Aqueam, ut & Spirituosa, quin & Suboleosa, ac præferim Opiata, & quidem varia forma eadem usurpando.* Exempli loco sunto sequentes Formulæ.

*2. Aq. Cichorei,*

*Acetosa, an. 3 iij.*

*Syr. Diacodii, vel*

*Papav. alb. 3 j.*

*Spir.*

*Spir. Nutri, Gutt. viij. M.*

Capiat Æger hanc Misturam tribus vel quatuor vicibus post aliquot horarum intervallum.

35. Cui Emulsionis forma gratior est, sequenti aut simili utatur.

*2. Hordei mundat. ad crepaturam cocti,*

*Unc. iß.*

*Sem. papav. albi, 3 iij.*

*Cucumer.*

*Melonum, an. 3 iij.*

*Cumejusdem Hordei decocto*

*E. Emulsio ad 3 xv.*

*addendo Lulapirosat., 3 j. M.*

Si libet addatur Lapid. Prunell. 3 ſ. Hanc Emulsionem ad Uncias duas, tresve usurpet per intervalla Æger.

36. Ubi Dolor magis urget, aut his blandis non cedit, sequens paretur Mixture.

*2. Aq. Fumaria, 3 iij.*

*Fœniculi, vel*

*Cinamomi, 3 ſ.*

*Aceti stillatit. 3 vj.*

*Spir. Nutri, Gutt. vj.*

*Land. Opiat. Gran.-iij.*

*Syr. Violac. simp. 3 iß. M.*

*F 2*

*Sz-*

Sæpius sumat Æger cochleare unum hujus Misturæ donec tum Æstus, tum dolor minuatur, vel paulatim somnus obrepatur.

37. Si *Copra* quoque *Bilis* peccare obseruetur, eandem blando purgante *educit*, nil vetat, in quem finem conductet *conditum* sequens valde gratum, simul alterans.

4. *Pulpa Tamarind.* 3 ij.

*Conf. Rosar. pallid.* 3 x.

*Elect. è Succo Rosar.* 3 j.

5. *Salis Tartar. Vitriolat.* 3 j.

M.f. *Conditum.*

Hujus accipiat Æger ad Nucis moschatae quantitatem, aut aliquanto plus, pro cuiusque Ægri constitutione diversa, & quidem aut eundo cubitum hora una post cœnam mediocrem, aut manè stomacho jejunio. Potest quoque dissolvi convenienter Liquore, atque Haustruli forma usurpari. Poterit etiam *Electuarium nostrum Cholagogum* supra cap. 2. §. 46. descriptum, sicut ibi dictum, in usum revocari.

38. *Inflammationis Generationem ac Curationem* pluribus persequemur cap. 40. hujus Libri.

39. Curabitur 2. *Algens* ac cum molesto frigore urgens dolor, temperando *Succi Pan-*

*creatrici Aciditatem nimis Acrem, sale lixivio tam fixo, quam volatili, adeoque ipso Spiritu volatili, ut & Oleofis, & Aqueis: quorum plura si fuerint simul mixta, plus quoq; præstabunt.*

40. Conducet proinde *Spiritus Vini Aromaticus* quivis, utpote Sale quoque Volatili & Oleoso præditus; ut & *Aqua Theriaca* quævis, cum Vini Spiritu parata, quippe quæ ab *Opio* ipso egregiam vitiosum Succum temperandi vim obtinuit. Huc quoque faciunt *Coralia, Margarita, Oculi Caneri, Antimonium Diaphoreticum, &c.* Quæ omnia plus præstabunt, si ad sudorem corpus componatur, & adhuc plus, si actu sudor blande propellatur.

41. In hunc finem sequens formula præscribi poterit.

4. *Aq. Foeniculi,*

*Theriac. simpl. an.* 3 β.

*Salis Absinthii.* 3 j.

*Ocul. Cancr.* 3 β.

*Syr. Card. bened.* 3 β.

M. f. *Haustrulus*, una vice assendumus: Cui, si dolor valde urgeat, addi poterit *Laud. Opiat. Gran. j.* & eodem assumpto vel Foco assideat, vel in Lecto aptè

rectus se contineat Æger sudorem præstolaturus.

42. Cui Sudare molestum, is sequentis Mixture cochleare unum subinde assumat, docet am dolor, quām frigus remiserint, aut cessarint.

*2. Ag. Mentha, 3 ij.*

*Vita Mattiol. vel*

*Tinctor. Cinamom- 3 ss.*

*Land. opiat. Gran. ij.*

*Ol. Garyophyllor. Gutt. iiij.*

*Syr. 5. Rad. 3 j. M.*

43. Inter Evacuantia nulla hic conveniunt Doloribus urgentibus, nisi Sudorifera jam laudata, vel Diuretica. Vomitorii vero, nisi sponte & satis facile procedente Vomitione, abstinentur, atque tunc quoque addenda semper, quæ Acidum temporent, Juscula puta Pinguia & similia. Sic nec Rurgentia per Alvum exhibenda, nisi temperato prius humore Acido, aut concurrente simili Bile & Pituita copiosa, non tamen valde Viscida.

44. Quæ autem tunc conducunt Medicamenta, notata sunt ex parte supra, Cap. 7. §. 54. & 55.

45. Curabitur 3. Dolor Pertercbrans, Fi-  
xusq;

xusq;, corrigendo, temperandoque tum Acri-  
montiam Succi Pancreatici Acidam, tum Visci-  
ditatem Pituitæ comitem: quod imprimis  
præstant Gummi Aromaticæ, Galbanum, Sa-  
gapenum, Balsum, Ammoniacum, Opopanax,  
Masticæ, Myrrha, &c. ut & Sal volatile quod-  
vis, at imprimis Oleo sum. Quinimò quò  
quid Sale volatili, sed Oleoso magis abun-  
dabit, eo potentius ac efficacius Pituitam  
Vitream diccam, Humorem pessimum cor-  
riget. Unde Oleum Cornu Cervi non minus  
potens, quām ingratum est in hoc Affectu  
remedium.

46. Conveniet quoque in rebelli ac du-  
plicato hoc Humore debellando. Balsamus  
Sulphuris & Anisatus, & Succinatus, & Iuni-  
perinus, & cum quovis alio Oleo aromatico  
paratus.

47. Conducet etiam in hoc opere absolu-  
vendo Spiritus Vini Aromaticus quivis, plus  
minus compositus, addito, si lubet, Oleo A-  
romatico, ipsoque aliquando Opio, vel Lan-  
dano Opiato, & aliis.

48. Mixture sequens cochleatum sa-  
pius usurpata multum proderit.

*2. Ag. mentha,  
fæniculi, an. 3 j.*

*Cochlearia.*

*Vita Matthioli*, vel

*Cujusvis Arom. an.* 3 fl.

*Ol. Macis stillat.* Gutt. iv.

*Laud. Opiat.* Gran. iij.

*Syr. Fæniculi*, 3 j. M.

49. Si cui Decocti forma magis placeat,  
sequens parari poterit, & ad Uncias tres aut  
plures aliquoties in die assumi.

4. *Cort. rad. Levisticæ*, 3 ij.

*Ligni Guajac.* 3 fl.

*Raf. Ligni ejusdem*, 3 iiij.

*Sassafras*, 3 j.

*Bacc. Lauri*, 3 fl.

*Sem. Sileris montan.*

*fæneul. dulc. an.* 3 iiij.

*Coq. s. a. ex Aq. Pura,*

*In Colat.* 3 xl. dissolv.

*Syr. Bizantini*, 3 iv.

*Spir. Vini rectificat.* 3 ij. M.

Si quis volet hoc decoctum simul blandè  
Purgans Humorem prius ex parte corre-  
ctum, incoquatur illi *Pulpa Colocynthid.*  
Drach. j.

50. Ad ejusdem *Pituita Vitrea* ex parte  
correctæ ulteriore correctionem, atq; blan-  
dam educationem utiles erunt sequentes pilulæ.

4. *Gum-*

24. *Gummi Galbani cum aceto squillitico*  
prep. 3 ij.

*Vitrioli Mariæ ad Albedinem igne blan-*  
*dole lente calcinatis,*

*Mastich. elekt.* an. 3 j.

*Castorei opt.*

*Myrrhæ rub.* an. Gran. xv.

*Croci Orient.* 3 fl.

*Trochiscor. Albandal*, 3 j.-

*Resina Lalapp.*

*Scammonii*, an. 3 j.

*Ol. Cort. Citri*, Gutt. vij.

*M. f. P. N. L.*

*Deauranda*, aut *Glycyrrhiza pulvere Re-*  
*spergenda.*

Harum Pilularum tres, pluresve sumat  
subinde post cœnam cubitum iturus Äger,  
aut manestomacho vacuo quinque, vel tot,  
quot desiderabuntur, ut lente ac benigne vi-  
tiosi humores expellantur.

51. *Curabitur* 4. cum *Contorsionis Sensu*  
*conunctus dolor*, & à *Succi Pancreatici Au-*  
*steritate* ejusdem Aciditati copulata ortus  
exhibendo saepius *Spiritum salis Armoniaci*,  
utpote in *Austeritate* corrigenda multiplici  
usu comprobatum remedium, & quidem ad  
*Guttas*, iiij. iv. plutesve, aut in *Vino*, aut

potius in convenienti Mistura, non semel  
in hoc Libello præscripta.

52. Conducet hic quoque *Tinctura Castorei*, itidem ex vino ad paucas Guttas usurpanda, vel potius alicui *Misturæ cochleatim* assumendæ addenda; sic Ex. gr.

*2. Aq. pulegia, 3 ij.  
foeniculi, 3 j.*

*Tinctura Castorei, 3 iii.*

*Laud. opiat. Gran. ij.*

*Syr. menthae, 3 vij. M.*

53. Curabitur 5. Cum Gravitatis sensu molestus dolor à copiosa, & viscidaque pituita oriundus, per Medicamenta ipsam tum Corrigentia & Incidentia, tum paulatum Evacuatio Cap. 2. §. 28. & seq. memorata.

54. Curabitur 6. Distendens, & à Flatibus excitatus dolor, tum corrigendo pituitam viscidam, & bilem acriorem; tum blande ac successive evacuando utramque copia simul peccantem; tum discutiendo Flatus, aut cohíbendo, impediendoque ipsorum productionem.

55. Præterea, quæ hinc inde in hoc & aliquot superioribus Capitibus ad utrinque *Humoris peccantis Correctionem ac Educationem protulimus*, hic quædam externa in hoc

hoc Affectu commode usurpanda subjungemus.

56. Pituita igitur viscida solvenda, quin & Flatibus ex ipsa ortis Discutiendis conductent apprimè *Unguentum Martiatum* & *Altheæ compositum*, &c. additis *Oleis Chamamelino, Liliorum alborum, Laurino, &c.* si Abdomen, & imprimis pars ejus superior illis inungatur. Ex. gr.

*2. Vnguent. Althæ comp.  
Ol. lilio. alb. an. 3 B.*

*de Lateribus, Philosophorum di-  
cti, 3 j.*

*M.f. Linimentum.*

Hoc Infantum cubitum iturorum abdomen totum si aliquandiu inungatur, mirum quam feliciter Pituita in eorundem ventre contenta dissolvatur, & Flatus inde geniti & Abdomen totum distendentes discutiuntur, atq; universi corporis Contabescientia cum Alvo plerumque laxiore consequens paulatim curetur: quemadmodum id sexcenties sum expertus.

57. Viro annos quinquaginta circiter nato, & tumorem in sinistro hypochondrio, prægrandem, inæqualem, durumque Brachium æquantem, ac dextrorsum secun-

dum frequentissimum Coli situm protensum, atque Lieni ab aliis Medicis adscriptum, habenti una cum aliis Hypochondriacæ Affectionis Symptomatibus ante annos viginti Amstelodami sequens Linimentum ac Emplastrum toti superiori Abdominis regioni applicandum præscripsi, præter Pilulas ex Gummi paratas, non semel in hoc Libello descriptas: quorum ope paulatim emollitus, atque maxima ex parte sublatus est idem Tumor.

**L. Unguent. alth. comp.**

*Ql. capparum, an. 3 j.*

*Philosophor. 3 ij.*

58. Emplastrum, quo feliciter usus est idem, quoniam non semel ipsum in Flatum & Tumorum inde ortorum discussione efficax comperi, in juniorum Medicorum gratiam hic adscribam.

*Emplastrum Carminans Sylvii.*

**L. Gum. Galbani,**

*Bdellii,*

*Ammoniac, an 3 B.*

*Thuris Masculi,*

*Myrrh. rubra, an. 3 ij.*

*Quis Thobais. 3 j.*

*Dissolv.*

*Dissolv. in Aceto Squillino,  
sterisque in spissatis adde  
Cera Citrina,  
Colophonie, an. 3 iii.  
Balsam. Peruviani,  
Ol. Philosophor. an. 3 j.*

*Terra, 3 B.*

*Carvi stillat. 3 B.*

*Terebinth. Venet. q.s.*

*M. f. s. a. Emplastrum.*

Hoc Emplastrum extendendum super a-  
lutam, eamque formatam prius secundum  
Tumoris amplitudinem & figuram charta-  
ei imposita & dissecta observandam.

59. *Flatus* potenter simul & blandè dis-  
cunt præalijs multis *Salia Volatilia*, sed *Oleo-  
sa*. In quorum usu aliquid observavi notatu-  
dignum, produci nempe ab iisdem Flatus,  
quoties in Ventriculo aut Intestinis hæret  
Pituira Viscida, sed Flatus mox eorundem vi-  
dissipabiles ac erumpentes, aliterve dispa-  
rentes; unde arguimus Flatus ex humori-  
bus in corpore vitiosis ortos, & plus minus-  
ve viscidos sensim à dictis Salibus discuti  
posse & aboleri; quod ipsa etiam confirmat  
Experientia.

60. In quorum Saliūm Oleosorum usu

*F 7*

*id*

id quoque notabile, *Pituitam Viscidam* sensim ab iisdem incidi ac emendari, adeo ut quicquid fere ad sui curationem tum *Flatus ipsi*, tum ipsorum Materia desiderabant, id omne præstare possint *Salia hæc Oleosa*.

61. Ad *Bilis Acrimoniam* tunc semper simul plus minus peccantem corrigendam conducit præceteris omnibus *Spiritus Nitri*, *Flatus* simul discutiens, ad subfidendum saltem cogens, novumque ipsorum exortum impediens : de quo, & aliis huc facientibus actum jam supra Cap. 9. §. 26. & seq.

62. Curabitur 7. *Lancinans & Vagis ab Acidis & Acribus Halitibus* originem trahens *Dolor*, temperando illam aciditatem acrem medicamentis *Aromaticis*, & *Sale Volatili Oleoso* præditis, ac præsertim *Opiatis* simul additis, non semel hinc inde in hoc Libello descriptis ; & expellendo blande *Humores & Halitus*, peccantes foras per *Sudorifera*, eosdem simul temperantia ; rarius verò, nec nisi præmissa humorum vitiisorum correctione ac temperatione, usurpati *Purgantibus* per *Alvum*. De quibus omnibus non semel actum in hoc Tratatuolo.

63. Curabitur 8. *Rodens ac urens à Bile Acri Dolor Medicamentis* tum *Acido-austerris*, *Omphacio*, *Granatorum Succo*, &c. tum *Oleofis variis*, *Emulsionsibus* præsertim ex *Hordeo*, *Amygdalis dulcibus*, *seminibus Papaveris albi*, & *similibus* paratis ; ut & *Alimentis Viscidioribus*, *Piscibus* nempe *Matinis*, & quorumvis animalium extremis, plurimum *Gelatinæ* promentibus, *Pedibus*, *Capitibus*, &c.

64. Eadem *Bilis*, quoties quantitate nimia simul peccat, *Cholagogi blandis & sub-acidis* præsertim, *Tamarindis*, *Cassia*, & *similibus* minuenda, educendaque.

65. *Ascarides rodentem in podice dolorem parientes* inde *Vivi*, *Mortuive tollendi*, & ipsorum exortus novus impediendus.

66. *Ascarides necant Amara dulcibus juncta*, *Suppositoria* ex *Aloë*, *Absinthio*, &c. atque *Melle* parata & immissa ; quæ ipsorum remotionem, exclusionemque simul provocant.

67. *Exortum Ascaridum* impediunt *Medicamenta* quosvis *Humores* in corpore vitirosos, ac præcipue *Pituitosos* tum corrigentia, tum *expellentia* passim ac sèpè nominata.

68. Curabitur 9. *Contundens*, ac *Pituita multa*, *Acidoque paucodebitus dolor*, *minuendo Pituitam per Phlegmagoga s̄apieis recensita*; *Temperandoque Acidum per Spirituosa, Oleosa, & Salinatum fixa*, tum *volatilia hinc inde notata*.

69. Curabitur 10. *Lacerans & sine ardore rodens dolor puro*, nec à cæteris fræco. *Acido adscribendus*, Medicamentis Acidum potenter *concentratis*, aut *mitigantibus*, inter quæ primas tenent Opiata. Huc faciunt *Aromatica omnia*, tum *Spirituosa tum Oleosa s̄apieis laudata*.

70. Nec difficile erit ex iis, quæ hic de dolorum variorum ortu ac curatione proutimus, aliorum adhuc magis obscurorum vel complicatorum, nec forsitan hic explicitorum causas veras & curandrationem invenire.

## C A P. X V.

*De Contentorum in Intestinis Vomitione, ac nominatim de Cholera Morbo & Ileo.*

1. *Intestinorum Contenta secundum Naturam quidem aut in Læcteas Venas propelluntur,*

*luntur, quatenus corpori nutriendo sunt utilia; aut per Anum expelluntur, quatenus eidem alendo sunt inutilia: Præter Naturam vero eadem una cum confluentibus humoribus aut excluduntur nimium per Aluum, in Alvi Fluxu inde dicto, de quo Cap. I. a. Etum; aut Motu Intestinorum peristaltico inverso repelluntur sursum in Ventriculum, atque inde consistente forma evomuntur, vel Vaporis, Halitus, Flatusve forma exhalant, excludantur; Aliquando per Intestinorum Vulnera, vel Vloera (de quibus agendum alibi) externantur aut in Abdominis cavitatem, aut extra corpus.*

2. *Flatus ergò erumpunt in Ruptatione, Halitus vero in Oscitatione & Hypochondriaca Suffocatione, in qua non raro Flatus quoq; attolluntur; De quib; ex parte actum cap.*

3. *Affectus, in quo Vapores assurgere observantur, nullus succurrit.*

3. *Vomitus verò ab Intestinis procedens pro Materiæ excretæ varietate differt: Alias enim Alimenta ad Intestina prius depulsa repelluntur: Alias Humores ad Intestina delati, & vel sinceri, purique, Biliosi, Pituitosi, Serosi; vel Amari, Acidi, Austeri, Salsi, Dulces, Insipidi, &c. vel Flavi, Virides, Cærulei, Atri,*

Atri, Albi, Aqueive & Clari, &c. vel varie mixti : Alias *Fæces Alvinae* : Alias *Sanguis*, vel etiam *Pus*, aliave ab Intestinis assurgentia Vomitu excernuntur.

4. Primaria multiplicis hujus Vomitio-  
nis omnis causa est *Motus Intestinorum Peri-  
stalticus inversus* & in suiconsum, simi-  
leumque Motus inversionem Ventriculum  
trahens, imo cogens.

5. *Incipit* frequentius hæc *Motus inversio*  
à loco insertionis utriusque Ductus Bilarii  
& Pancreatici ; ratissime ab ipso Podice ;  
subinde ab hac, vel illa Intestini tenuis par-  
te, Gangræna vel alio Gravi Affectu la-  
borante.

6. A loco insertionis Gemini Ductus  
contingit Motus Intestinorum inversio,  
propter potentem ac violentam Humorum a-  
crium in corpore jam existentium, aut à nu-  
per assumptis corruptorum, irritatorumve  
*Effervescentiam*.

7. Existentes in corpore humores acres  
sunt *Bilis* & *Succus Pancreaticus*, à naturali  
statu recedentes, ut & aliquando *Saliva* vel  
*Acida*, vel *Salsa* deglutita & ad Intestina de-  
ducta.

8. Assumpta præfatos humores corrum-  
pen-

pentia, & ad vitiose effervescendum irritan-  
tia sunt vel *Fructus Horarii*, *Cerasa*, *Pruna*,  
*Melones*, *Mala Persica*, *Vvae*, &c. Ipsumque  
adeo *Mistum* : vel *Medicamenta* quævis *A-  
cria*, & alterutrum dictorum Humorum a-  
criorem reddentia, ut & *Vomitoria* : vel  
*Venena certa*, *Arsenicum*, *Auripigmentum*, &c.  
quo & *Mercurius sublimatus corrosivus* refer-  
ri potest, imo debet, postquam purum,  
nec fractum, minima licet quantitate  
introsumptum omnia turbat & corrumpit.

9. Quoties autem aut sponte ab Humo-  
ribus in corpore præexistentibus, aut ob  
externum erratum in Diæta commissum  
*Humores Biliosi tam sursum*, quam deorsum  
magna vi & copiose, una cum comitibus  
anxietatibus præcordiorum molestis Ex-  
cernuntur, *Cholera Morbus* dici solet iste Af-  
fectus.

10. In *Affectione*, atque *Suffocatione Hypo-  
chondriaca*, ipsoque *Scorbuto* excitantur non-  
nunquam, & quidem Sponte Vomitus Hu-  
morum variorum, Tenuiorum, vel Cras-  
siorum ; Viscidiorum, vel Fluidiorum ; A-  
marorum, vel Acidorum, vel Salsorum, vel  
Austerorum, vel Dulcium, vel Insipidorum ;  
Fla-

Flavorum, vel Viridium, vel Cœruleorum,  
vel Atrorum, vel Alborum, vel Aqueorum  
sive Crystallinorum, vel Variegatorum: ad-  
eò ut admodum difficulter omnes in variis,  
aut iisdem etiam Ægris occurrentes diffe-  
rentiæ numerari, aut in certum ordinem re-  
digi queant.

11. Aliquando *Sanguis* quoque vi sursum  
effunditur ab Intestinis per *Vomuum*: quem  
suspicor Ego, si non semper, ut plurimum.  
Saltem ex *Pancreate* prodire, propter *Vas* ali-  
quod in ipso à *Succo acriore* aperitum; atque  
ipsum, concurrente tunc sumit. Effervescentia  
cum Bile vitiosa, sursum propelli ad Ven-  
triculum, ut evomatur; dum plerumq; pars  
aliqua descendit ad inferiora, ut per Alvum  
excernatur.

12. Curavi ante annos circiter viginti  
Coloniensis Nautæ Viduam ex summo Ani-  
mi Mœrore propter Mariti obitum, si Me-  
moria mea me non fallit, contracto in Dolorem  
Lumborum gravem ac diuturnam, hinc  
& puris vomitum ac dejectionem spontaneos  
prolapsam, & à vocatis Medicis pro incur-  
ibili relictam, Vini tamen Saccharati, calefa-  
ctique per vices assumpti ope paulatim resti-  
tutam; post septennium vero itidem ex  
Mœrore

Mœrore Animi grandi in Dolorem Lum-  
borum similem ac veheinentem deductam.  
Conjectans proinde ex superioris Affectus  
narratione latere in loco affecto *Pus* ex præ-  
via *Inflammatione* productum, ac collectum,  
bis exhibui ei *Vomitorium Antimoniale*, &  
quideim, si recte memini, *Sapam Vomitoriam*:  
Quibus ope excrevit primo die per vomitum  
puris satis bene cocti plus quam Pintam, si-  
ve Uncias viginti, per Alyum verò ejusdem  
bonam quantitatem; uno autem, altero ve-  
die interposito iterati vomitorii beneficio  
denouo puris aliquam, minorem tamen,  
quam prius, partem sursum, deorsumque e-  
vacuavit, atque paucis exhibitis cardiacis &  
putredini resistantibus medicamentis brevi  
perfectæ sanitati est restituta.

13. Ex *Pancreate* *Pus* illud vel idcirco  
produisse putavi, quod illius Situi responde-  
ret locus affectus; quodque non semel post  
mortem in *Pancreate* offenderim *Pus* majo-  
re, minoreve copia collectum, nunquam ve-  
ro in ulla alia parte, à qua via pateret ad In-  
testina.

14. Eadem ratio facit, ut *Sanguinis Vo-*  
*mitum*, non à *Liene*, non ab *Hepate*, non à  
*Mesenterio*, sed à solo *Pancreate*, salvis tamen  
aliorum

- R. DE LE BOE, SYLVII
- 142 aliorum judicio vel observatione, conjecturam censem deducendum.
15. A Podice quoties incipit Motus Intestinorum Peristalticus inverti toties Humorum acerrimum ipsi adhærere autumo, cum solis Lenientibus & acria temperantibus curari soleat. Nunquam enim talis æger mihi occurrit curandus, ut accuratum in ipso Symptomatum omnium instituere potuisse examen, hinc & judicium de singulis ferre solidum.
16. Non infreuenter in hac vel illa Tenuis Intestini parte incipit Motus ipsius Peristalticus inverti, cum in sequente Alvinorum Fæcum Evomitione, ab affecto Intestino, Ileo Medicis vocato, itidem Ileo Practicis dicta.
17. Binashujus mali Causas observavi in demortuorum sectione, alteram quidem Intestini Gangrenam, ipsamque comitantem Intestini corrupti corrugationem, & coarctationem tantam, ut Fœcibus transitus deorsum omnis denegaretur, quinecumdem ad regressum sursum, adeoque per Vomitum egressum miserandum cogarentur.
18. Altera hujus mali Causa post mortem
- PRAXEOS MEDICAE LIB. I. 143
- tem à me deprehensa fuit Intestini tenuis parte quavis coarctati ingressus in partem proximam, sed Flatu solito magis expansam: Unde similiter Alvinis fœcibus transitus ad aluum omnis præcludebatur, consequente mox earundem regressu & ascensu ad Ventriculum, cum miserabili ipsarum Evomitione.
19. Judicavi autem modo dicto illum contigisse Intestini tenuis in partem proximam Ingressum, & quidem nunc partis superioris in proximam inferiorem, nunc inferioris in superiorem; quoniam observaveram sèpius 1. Intestinum tenue variis in locis flatu distentum, atque in partibus proximis tam superioribus, quam inferioribus ad notabilem longitudinem arctissime contractum. 2. Ægros eosdem terminibus pressos corpus suum mirè agitasse ac non raro subito inflexisse. Ista vero inflexione sèpius repetita contingere potuit, ut subinde ob relaxatum in alterutro extremo Intestinum ulterius pressus Flatus locum concedere opposito Intestini adhuc coarctati extrêmo fese in satis sufficienter expansi Intestini cavitatem insinuandi, succedente mox ejusdem Intestini à propulsione Flatu

Flatu liberati coarctatione satis violenta circa partem proximam insinuatam.

20. Quoties autem pars Intestini inferior subit superiorē, toties aut sponte per assumpta Alimenta, aut arte per pilulas plumbeas, aureasve deglutitas curationis spes superest; non item, quando pars Intestini superior ingreditur inferiorem, quoniam sensim ulterius pergit pars conclusa, unde augetur magis magisque angustia, omnisque præcluditur contentis descensus, quo circa necessario, certoque inde venit expectanda Mors.

21. Fit quoque *Intestini Constricti ac Convoluti* mentio frequens apud Practicos, cuius non tantum exemplum post diligenter investigationem reperi nullum, quin vix posse fieri puto, ut nodo quasi complicentur, intracenturque Intestina tenuia.

22. *Alvinarum* interim Fæcum per Vomitum *Excretionis Causa* in praxi haud infrequens occurrit *Hernia Intestinalis* non quidem omnis, sed talis & tanta, ut per foramen angustum excidentia Intestinata tenuia, & Crassa quoque, vel ob propriam molem, vel ob sua contenta perpetuo appellantia, ibidemque morantia, per idem foramen reponit nequeant,

nequeant, ut nec contentis allabentibus transsum deorsum præbere; unde contenta continuo magis, magisque compacta & indurata, interdumque dissolvi nescia Tumorem durum pariunt & insuperabilem, quin Sanguinis refluxum quoq; impeditia Inflammationi, atque mox subsequenti Intestino ruin Grangrena, hinc & Fæcum per os Evomitione apsam præbent.

23. Mala ista omnia non raro augmentur, aut productuntur à Fomentationibus perpetram & nimis calentibus applicatis; ut & à præpostera, fortique Frictione partis tumentis; denique à vi tumentibus Intestinis ad illorum repulsionem illata.

24. Vomitionis hujus multifaria Curatio absolvetur pro cujusque Causæ varietate diversimode.

25. Quoties igitur à vitiosa confluentium Humorum acriorum Effervescentia pendet Intestinorum ad peristaltici sui Motus inversionem Irritatio, toties Humores illi aciores corrigendi sunt ac temperandi, imo sopiendi una cum ipsa eorum Effervescentia.

26. Quæ Humores tum Bilioſos, tum Pancreaticos aciores tenent, non semel proposita sunt in superioribus Medicamenta:

quibus ad Effervescentiam viliosam compescendam, Sensumque Intestinorum ex parte saltem sponendum addenda sunt semper Opiata, itidem non semel nominata.

27. In quorumvis autem Humorum sive Salinorum, sive Acidorum Acrimoniam peccante conduceat Mixtura sequens cochlearium per intervalla brevia usurpanda.

*24. Diascord. Frac. 3 ij.*

*Conf. Hyacinthor. 3 j.*

*Syr. papav. albi, 3 j.*

*Aq. plantag. 3 ij.*

*fæniculi, 3 j. M.*

28. Ubi sedans est hic Vomitus, si redundare videantur prædicti humores, post sufficiemtē ipsorum temperationem, evanescant ac minui poterunt ipsi per alvum, exhibitis Purgantibus vel Cholagogis, vel Hydragogis facilius memoratis.

29. Quod si sedari nequeat Vomitus ob humores copiosos in corpore existentes, atque vifursum exitum affectantes, Vomitorium blandum exhiberi nil vetat, additis subinde, quæ humores simul temperent, nimiumque ipsorum Effervescentiam quodammodo sedent ac compescant, ipsiqui, q[uo]do, necessitate urgente, Opiatis, sed quantitate parva. Ex.gr.

*24. Oxy-*

*24. Oxsacchar. vomitor. 3 ij.  
Land. Opiat. Gran. 3, vel j.  
Aq. mentha q.s.*

*M. f. Haustulus.*

30. Assumptio isto Vomitorio, post bonam humorum peccantium partem sursum, deo sumve excretam, si perseveret adhuc Nautea, vel Vomitus, usurpetur *Mixtura* modo præscripta, vel pro Humoris maximè peccantis diversitate similiter alia.

31. Nam si *Succus Acidus* exuperet, tunc

*24. Aq. mentha,  
fæniculi, an. 3 j.  
vita Matthiol. 3 3.*

*Theriac. veteris, 3 ij.  
vel Land. Opiat. Gran. ij.  
syr. Myrrini, 3 j. M.*

32. Quod si *Acrimonia Bilis* redundet,

*tunc  
24. Aq. plantag.  
portulac. an. 3 j.*

*Spir. Salis dulcis, 3 3.  
Diascord. Frac. 3 i 3.  
vel Land. Opiat. Gran. ij.*

*Syr. portulac. 3 j.  
M.*

33. Quemadmodum Pancreaticus Sucus, sic & Saliva cæterique à Capite delabentes Humores acriores corrigendi, temperandi, ac evacuandi sunt.

34. Quoties ab Horariis ac brevi corrumpi solitis Fructibus Cholera Morbus excitatur, toties Opiatis præstantissimis compescenda nimia Humorum Effervescentia intenui Intestino excitata; in quem hinc pro re nata una ex tribus mox præscriptis Mixturis usurpari poterit, donec sedetur ac compescatur efferus ille Humorum conturbatorum, omniaque in corpore ad internectionem nonnunquam conturbandum Motus.

35. Vomitoria Medicamenta perperam vel nimia quantitate assumpta, & Vomitus immanem producentia solis Opiatis compesci possunt ac devinci. Unde iterum hic commendo laudatas modo Mixturas, vel alias similes, cum facile sit plures tales formare.

36. Inter Venena Vomitus enormes atque ut plurimum lethales producentia tum Arsenicum & Auripigmentum, tum Mercurium sublimatum corrosivum retulimus: quæ omnia propter latentem, manifestamve suam acritatem

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 149  
acrimoniam felicissime temperantur, & ad blandiorem excretionem præparantur, Oleo, Insculis puta pinguibus, Oleo expresso quovis, Læte, Butyro & similibus: inter quæ Lac etiam ab ipsis coagulari solet, rursumque excerni, unde hactenus quoque prodest, quatenus scilicet promptius illi se jungunt Venena ipsum coagulantia, & eo ipso vim suam nocentem amittunt. Tamdiu autem usurpanda sunt pinguis, quandiu dolor, nausea, vel Vomitus permanent.

37. Possunt prætere rea utiliter usurpari Opata sæpius jam menorata & laudata: quippe quæ Acrimoniam omnem non minus temperent, ac Effervescentiam in sequentem compescant, quæ sensum externum sopiant.

38. Affectionis Suffocationisque Hypochondriaca, ut & Scorbuti, cum Affectus sint ex variis, pluribusque complicati, Tractatio & Curatio tradetur commodius inferius.

39. Undecunque Sanguis prodeat, qui Vomitus excluditur, quoniam semper Vas ruptum, apertumque indicat, sequiturque, promptam lassitudinem consolidationem desiderat, sine qua compesci nequit tam noxius vitæ Sanguinis Effluxus. Cui conductet Mi-

stura Cap. 9. §. 20. præscripta, vel alia similis.

40. Quod si *Concretus* putetur, metuatur vein Cavitate Intestinorum *Sanguis*, ad ejusdem solutionem addentur eidem Mistu, & Oculi *Cancri* *Antimonium Diaphoreticum*, *Sperma Ceti*, & similia; uti annotatum ibidem §. 21. Non enim nocebit talia simul usurpare, quamvis nullus restitisset in Fistula Intestinali sanguis.

41. Hæc namque continuo est à prudentibus Præticis observanda Regula Aurea, ut in casibus dubiis ac incertis Medicamenta in usum revocentur, quæ tantum prode se, nullatenus nocere possint. Egris, conficitatiive laborent, sive non laborent Affectionibus.

42. Puris excretio per Vomitum & Dejectionem Alvinam non sistenda, sed blande promovenda, cum sit Humor toto genere præter naturam, hominique omni ex parte noxious; Ejusdem autem *novus ortus*, quantum licet, impediendus, cum ex Sanguine, Ignis nostri Vitalis fomite, partiumq; corporis omnium, tam continentium, quam contentarum pabulo, generetur.

43. Inter omnia, quæ Puris Excretionem moveant, vel promoveant, præfero ac commendo

mendo *Antimonia* *Medicamenta*, quippe quæ observavi sæpè numero habere insuper vim corrigendi noxas corpori à Pure contingentes, quin novam Puris productionem impediendi, postquam non minus Corporis humani, quam *Auri* purificationi servit *Antimonium* rite tam præparatum, quam administratum.

44. Puris continuam ex *Sanguine corrupto* generationem sicut quoque *Balsamus Sulphuris Anisatus*, & aliis quivis, ad guttas duas, tresve aliquoties in die assumptus. à quo Viceris præterea mundatio & consolidatio certa expectanda, & forsitan certior, quam ab ullo alio Medicamento.

45. Conducet in hunc quoq; finem *Antimonium Diaphoreticum*, & quodvis aliud ex *Antimonio paratum Medicamentum alterans*, & imprimis *Balsamus ex ipsis Floribus artificiose confectus*.

46. Inversio per totam Intestinalem fistulam Motu peristaltico, *Insculis* utendum pinguoribus tam per Os assumptis, quam Año applicatis & injectis, quo Acrimonia quævis Humorum quorunvis ubivis existens aut occurrentis demulceatur, atq; molesta Intestinorum Irritatio sedetur.

47. Possunt in eundem finem parari tum  
Fomenta, tum Enemata Emollientia dicta, sae-  
piusque usurpari. Ex. gr.

*U.* Rad. althaeæ, 3 ij.

fol. ejusdem,

malve,

verbasci, an. Manip. ij.

sem. lini,

fænugraci, an. 3 iij.

Decoquantur ex aq. pura;

Colatura tepente foveatur podex;

quin ex ejusdem, 3 viii.

additis Ol. lilio. albor. 3 j.

Butyri recentis, 3 s.

vel Ad pis Gallina, alteriusve convenien-  
tis, 3 iiij.

F. Enema, sepius injiciendum.

48. Ad eandem Irritationem sopiaendam,  
Humoresve Acres temperandos tum externis,  
tum internis medicamentis addi poterunt  
Anodyna, imo Narcotica, & usurparitam E-  
mulsiones, quam Mistura Opiata, & similia  
plura. Ex. gr.

*U.* Hordei mundati ad crepaturam cotti,  
3 iij.

Amygd. dulc. mund.

sem. papav. alb. an. 3 iiij.

Cum aq. decoctionis Hordei

F. Emulso ad 3 xv.

add. Syr. Diacodii, 3 iij.

Aq. fæniculi, vel

Rosacea, 3 j. M.

Assumat per intervalla brevia Äger hau-  
stulum.

49. Cui potentior Mistura minori quan-  
titate assumenta vel acceptior, vel utilior  
censetur, sequenti cochleatim utatur fre-  
quenter.

*U.* Ag. plantaginis, 3 ij.

fæniculi, 3 j.

Conf. hyacinth.

altermes, an. 3 s.

Laud. opiat. Gran. iij.

Syr. papav. alb. 3 j.

M.

50. Quod si quis solidiorem Medicamen-  
ti formam præferat, is sequenti uta-  
tur.

*U.* Diascord. Fracast. vel

Thoriac. recentis, 3 s.

Conf. hyacinth. 3 j.

M. f. Bolus; ad Drachmam di-  
midiam, vel integrum per intervalla devo-  
randus.

G §

et. Qui

51. Qui præter Pilulas nil assumere pos-  
sunt, iis sequentes præscribantur.

*2. Laud. opiat. Gran. iv.  
fiant Pilulae N. viij.*

*Inauranda.*

vel *2. Mass. pilul. de cynogloss. 3j.  
Laud. opiat. Gran. iij.*

*M.f. Pilul. N. x.*

Accipiat subinde alterutrarum Pilularum  
unam Æger, donec Vomitus tantillum com-  
pescatur & somnus aliquis ei obrepat, qui  
observandus: non neglectis extrinsecus ad-  
ministrandis jam memoratis.

52. Pleraque ad Intestinorum Inflammatio-  
nis & Gangræna Curationem necessaria peti-  
poterunt ex generali utriusque Affectus tra-  
etatione suo loco tradenda: licet Gan-  
grænam Intestinorum existimem incurra-  
bilem.

53. Intestini Pars superior intrusa in par-  
tem inferiorem nunquam, meo saltem judi-  
cio, retrocedet; Inferior vero immissa in  
superiorem non ita difficulter repelletur per  
globulos aureos, plumbeosve cum Oleo Amygdal-  
arum dulcium, vel Olivarum deglutitos, aut  
Mercurium crudum ad Unciam unam, vel  
duas assumptum.

54. Hernie multiplicis, cum paucis ab-  
solvinou possit, Generationein, Curatio-  
nemque nunc vel aliâs, si Deus volet, pecu-  
liari Capite tractabimus.

## C A P. XVI.

*De Chyli per Carneam Intestinorum  
Crustam Percolatione  
laſa.*

*1. C* hylis è Fæcibus Alvinis Secretus  
Motu Intestinorum peristaltico non  
tantum propellitur deorsum, verum expri-  
mitur quoque, percolaturque vi eadem per  
Crustam ipsorum carneam & spongiosam in La-  
cteas Venas.

*2. L*editur hæc Chyli Percolatio, & plus  
minus impeditur aut minuitur in Alvi Fluxo  
Chyloso, de quo actum Cap. 13. §. 4. & 12.  
quando vel 1. obducta sunt obstruante Panni  
hujus Carni Orificia Humore Pituitoso Visci-  
do; vel 2. Abrasa est hinc inde eadem  
Crusta Carnea, & illi subjecta Intestini  
pars Cicatrice obducta, occlusis simul ad  
Lacteas Venas tendentibus poris quemad-  
modum id nonnunquam evenit post

*Alvi Fluxus Dysentericos graves intenui Intestino imprimis excitatos : sicut non semel post mortem in Cadaverum sectione observavi.*

3. Solet autem hoc Malum consequi aliqualis & quandoq; notabilis corporis Marcor & Macies ad Vitæ finem perdurans, nec obesis quoque ventribus parcens.

4. Curabitur species prior per Medicamen-  
ta pituitam viscidam tum Incidentia & Atte-  
nuantia, sicque paulatim corrigentia, tum  
plus minus alteratam imprimis quando si-  
mul redundat, Evacuantia sepius memo-  
rata.

5. Posterior Species Incurabitis existit una  
cum Macie qualicumque illam consequen-  
te. Nulla enim nota sunt hactenus Medi-  
camenta, quæ Cicatricem in Tenui Intestino  
factam solvere, Crustamque, novam repa-

rare possint, & quidem talem, quæ  
transitum concedat Chylo ad  
Lacteas Venas propell-  
lendo.

## CAP. XVII.

## CAP. XVII.

*De Chyli per Lacteas Venas Motu laeso,  
& ipsum sapius inseguente  
Ascite.*

1. **C**hylus per Carneam Intestinorum  
Crustam percolatus, & in Lacteas  
Venas admisso, per easdem transferri ac pro-  
pelli debet ad Cisternam, sive commune Du-  
ctus Thoracici Receptaculum circa Lumbos  
situm.

2. Editur hic Motus, quando is in uno,  
pluribus velociis impeditur, atque lentius per-  
git, aut plane fistitur, stagnatque Chylus.

3. Impeditur in suo Motu per Lacteas Ve-  
nas Chylus, quando Viscidior ac Tenacior exi-  
stens propellitur lentius.

4. Viscidior existit Chylus ob Alimenta si-  
milia copiosius, duntiusve assumpta.

5. Fistitur in Motu suo, stagnatque in La-  
cteis Vasis Chylus, quando eadem sunt obstru-  
cta, & quidem nunc à prædicto Chylo visci-  
dore in ipsis Coagulato; nunc à pituita Inte-  
stinali in ipsa Propulsa & ibidem Coagulata.

6. Propellitur Pituita Intestinalis in Lacte-  
as Venas, quoties ipsa à corporis motu, aut  
exer-

*exercitio vehementi, Aërisve Æstu qualicunque Solis, Foci, Balnei, &c. ut & aliquando à Febrili Ardore, aliisque tunc simul in corpore concurrentibus solvitur; atque imprimis accedente Potu calente, aut tepido dissolvitur, sicque fluxilis, fluidaque reditur.*

7. *Coagulatur eadem Pituita, ut & Chylus viscidiior in Venis Lacteis rarius quidem ab Aëris frigore mox Calorem subsequentem, quando nimirum ex loco calido transfertur corpus in frigidum, ex Balneo in Cellam, vel liberum Aërem Borea perflatum, Venterque minus tectus per poros apertos frigus acre tunc admittit; frequentius autem à Potu frigidiore aut Gelido, affatim assumpto, mox ad Intestina properante, atque tum ipsa Intestina, tum partes vicinas omnes, ipsasque adeo Lacteas Veras non tantum potenter refrigerante, verum Contenta quoque in ipsis incrassante & coagulante.*

8. *Coagulatis hoc modo in Venis Lacteis vel Chylo viscidiore, vel Pituita. Intestinali; factaque in ipsarum Ramis pluribus, vel paucioribus obstructione, siccatur & stagnat mox in ipsisdem, quicquid ex Intestinis*

*nis vel Liquoris ex continuo Bilis, Succi Pancreatici & Pituitæ Salivaris confluxu orti, vel Chyli, vel Potus tantum copiose hausti propellitur in ipsas; quin idem easdem sensim magis, magisque eosque distendit, ut tandem rumpantur, ac per consequens aut prius inter Mesenterii Membranas, aut mox in Abdominis Cavitate effundatur multiplex illa Humiditas ipsis excepta, & in motu suo intercepta.*

9. Atque hanc non infrequentem puto *Hydropsis Ascitis Generationem*, & imprimis, quando is ex potu multo subito producitur, sicut in Febre Ardente cum urgente ac permanente Siccitate juncta intra triduum memini factum.

10. *Prevenietur hæc Obstructio, 1. Cavidab ab Ustis Alimentorum viscidiorum, ac præsertim ab Ingurgitatione quorumvis.*

11. 2. *Usurpando Medicamenta Humores Pituitosos, Viscidosque Corrigentia, Educentia, & sèpius memorata.*

12. *Obstructio in Venis Lacteis ex dictis causis contrariis se mutuo excipientibus jam facta, vel prudenter conjectata curabitur Medicamentis potenter Incidentibus, præsertim Sudoriferis Aromaticis, potius itera-*

iterato, quam simul ac semel tantum assumptis. Observavi namque sic felicius, facilius, citius, & tutius solvi obstructiones.

13. Usurpari poterit proinde in hunc finem *Mistura* sequens intervallis brevibus ad sudoris eruptionem usque cochleatim assumenda, quin eodem prodeunte subinde adhuc, licet rarius, exhibenda.

*2. Aq. petrosetini, 3 ij.*

fænacult,

*Theriacal. simpl. an. 3 j.*

*Spir. Salis Armoniac. Gutt. xx.*

*Syr. Card. bened. 3 j. M.*

vel *2. Aq. fumar. 3 iii.*

*Cochlearia,*

*Vita Matth. an. 3 j.*

*Aceti stillat. 3 fl.*

*Ocul. Cancer. pulv. 3 fl.*

*Salis absinthii,*

*Antim. diaphor. an. 3 j.*

*Syr. s. rad. 3 j.*

*M.*

14. Sponte calecent *Lætæ Vena* postquam sublata fuerit earundem obstructio, sicut accidit *Venæ Sectæ.*

15. *Aqua* in *Abdominis* cavitate ex va-  
riis

riis humoribus per yasa rupta effluentibus Collecta, atque *Hydropem Ascitem* producentes, loco peccantes, loco isto movebuntur tum per *Hydragoga* potentia, tum per *Sudorifera*, tum per *Paracenthesin*.

16. *Hydragoga* non semel proposita sunt in hoc opusculo, inter quæ potiora sunt ex *Sambuco* aut *Ebulo*, *Ialapparadice*, *Elaterio*, atque *Gummi Gotte* parata : non neglectis *Luna Crystallis*.

17. Sudores in hunc finem elicientur ut liter tum per *assumpta* fæpius, & modo memorata, tum præsertim per *Babieum humidum* vel *siccum* simul coniunctum.

18. His autem brevi non proficientibus, festinandum est ad *Paracenthesin*, non quidem illam vulgarem periculi plenam; verum novam & tutissimam per *acum argenteam*, sed *cannam*, & blande quatuor circiter transversis infra umbilicum digitis, totidemque ad ejusdem latera in abdomen immissam, & post sufficientem Aquæ effusionem iterum extractam, similiterque alio tempore aut die in idem foramen intrusam ; nisi consultum videatur novum alibi excitare foramen.

19. Periculo vacathæc operatio Chirurgica,

gica, quia educta Acu nil amplius effluit Liquoris, quin applicato Emplastro vel Diapalmæ, vel albo cocto, vel alio simili non tantum contra omnes Aëris externi injurias munitur locus perforatus, sed ipsius consolidatio promovetur.

20. Festinandum verò ad istam Paracanthesin, ne, dum nimium differtur, acrimoniū noxiā comparet mora. Humor in Abdomine collectus, atque paulatim contentarum partium omnium Membranas, hinc & substantiam corrodat & corrumpat, siveque Affectionem incurabilem faciat.

### C A P. XVIII.

#### De Chyli Sanguificatione in Cordis dextro Ventriculo lascia.

1. **C**hylus ex Lacteis Venis continuo in Ductum Thoracicum delatus, atque ibidem Lymphe undiquaque affluenti confusus pergit cum ipsa in Vena Jugulari, Axillaremve Sinistram, hinc & cavam, ubi Sanguini admiscetur, cum quo in Cordis Auriculam, mox Ventriculum dextros propellitur, ut in Sanguinem mutetur.

2. Hanc

2. Hanc *Chyli mutationem in Sanguinem inchoari* putamus in *Vena Jugulari, Axilla. rive sinistra*, imprimis verò in *connexæ ipsius Cava trunco*; *absolvit* autem in *Cordis Ventriculo dextro*; *perficit* vero partim in *Pulmonibus*, partim in *Cordis Ventriculo sinistro*, & *Arteria magna*.

3. *Sanguinis Rudimentum* quidem accipit, me Judice, *Chylus à Sanguine ad Cor descendente*, cui in prædictis Vasis confunditur.

4. *Sanguinis verò Formam nanciscitur* idem *Chylus à Bilio* *Sanguine ad Cor ascenden-  
te*, atq; tam in *dextra Cordis Auricula*, quām  
principie in *dextro ejusdem Ventriculo* cum  
*Lymphatico Sanguine*, cui *Chylum admistum*  
*diximus*, *confluente*, atque ob diversam, imo  
subcontrariam utriusque in quibusdam sui  
partibus dispositionem magni momenti *Effer-  
vescentiam excitante*

5. *Vnimam Sanguinis Perfectionem obtinet* *Chylus idem à continuata, contemporata-*  
*que*, propter *Aëris Respirationem in Pulmo-  
nibus*, *Sinistris Cordis Auricula*, *Ventriculo*,  
atque *Arteria Aorta* *grandioribus ramis Effer-  
vescentiam modo laudata*, & *capitibus pro-  
ximè*

ximè subsequentibus accuratius in quibus-dam circumstantiis explicanda.

6. Hujus autem Effervescentia vi ac beneficio arbitramur erumpere atque exurgere Ignem Vitalem, qui non minus Chyli adventans, quam Sanguinis undique remeantibus partes pinguiores, oleofasque rarefaciendo, cæteras omnes simul laxe uniendo in massam unam heterogeneo - homogeneam redigat, ipsumque adeo Chylum in verum Sanguinem opera eadem mutet.

7. Laudatur hæc Chyli Sanguificatione præsertim, quando minime laudabilis, sed vitiösus ex ipso generatur Sanguis, Serosus, Putridosus, aliave qualitate sensibili propria, vel communi peccans: quique nunc Cachexia, nunc Anasarca, Leucophlegmatiave, nunc Tabe, aliave in Nutritione apparente vitiōse manifestat.

8. Viciatæ Sanguificationis Causa omnis vel in ipso Chylo existit, vel in sanguine ascendentē Bilioſo, vel in descendente, Lymphatico, vel in causa aliqua externa, vel in pluribus simul concurrentibus.

9. In Chylo ipso Læsa Sanguificationis causa quærenda est, inveniendaque, quoties ipse Vitiosus propter Vitiosam vel Alimenta, vel Salis-

Salivam, &c. productus est: de quibus a-ctum in superioribus.

10. In Sanguine ad cor ascendente ac Bi-lioſo, id est, Bile Saturato Sanguificationis læsa Causa existit, quoties ipsi quantitate majore, aut minore, aliterve vitiosa Bilis admista est Hepate.

11. Majore quantitate admiscetur Bilis Sanguini, quando eadem copiosior generatur in suo Folliculo, ex Alimentis Aromaticis & Sale Volanti abundanter copiosius usurpati; vel copiosius effunditur è sua Vesicula, propter fluiditatem majorem ipsi conciliatam vel ab Aëris estu, vel ab Alimentis tum Acrioribus, tum Spirituosis, vel à potenti Cor-pori Motu, vel ab ira vehementi, vel à Vigiliis, & similibus.

12. Minore quantitate admiscetur Bilis Sanguini, quando eadem parciор generatur ex Alimentis Aromatica vi destitutis, & Putri-tam producere solitis, qualia sunt Pisces Mari-ni, & similia, continuò assumptis; vel segnius effunditur è suo Folliculo, propter fluidita-tem ipsius diminutam, & Spissitudinem au-Etiam nunc ab Aëre frigido & aspero, nunc ab Alimentis modo memoratis, & Potu Gelido fre-quentius usurpato, nunc ab Animi Mœrore gravi,

gravi, aut Terrore grandi ex improviso accidente, ut & à Sommo multo & protracto, ipsaq; corporis quiete diurna, &c.

13. Non tantum quantitate aucta diminutave, sed aliquando acrior, vel pinguior Bilis admiscetur Sanguini, atque hactenus quoque ipsum vitiat.

14. Acrior fit Bilis ab Aëris & Æstu, Alimentorum, vel potius Condimentorum Acrimonia exuperante, qualis est in Pipere, Garyophyllis, Zinzibere, Sinapi, &c. Vigilis, corporis exercitio nimio & protracto, Iracundia continua, imprimis cum Solicitudine juncta.

15. Pinguior redditur Bilis præsertim ex Usu nimio Alimentorum pinguum, cum pinguedine saltem multa, Butyro, Oleo, &c. paratorum; quo referri possunt Olea flaccida & sæpius usurpata.

16. In Sanguine ad cor descendente, atque ob admistam ei Lympham Lymphatico dicto, Læsæ Sanguificationis causa existit, quoties Lympha reperitur vel acidior, vel salfior, vel pituitosior, vel aquosior.

17. Acidior redditur Lympha propter usurpata copiosius, diutiusque Alimentatum Acidæ, tum valde Acidæ condita, propter aërem

rem Borealem, animique solicitudinem, Mœrorem aut Terrorem, accendentibus aliquando Vigiliis, corporisque defatigatione nimia, &c.

18. Salfior redditur Lympha, & quidem facile ac frequenter ab Aëre frigido & aspero calefactum & sudore diffluens universum corpus, & caput præserum penetrans, Graveditate quoque hoc est, Gravitatis sensum molestum non tantum in Capite, sed in Artibus quoque pariente: unde sicut per nares postea distillat ius subseqiente Coryza Liquor Salsus, ita simile in tunc, hoc est, Salsum Humorem in Conglobatis Glandulis passim produci, atque tum in corporis habitum, ipsoque Musculos effundi, tum per Vasa Lymphatica cor versus propellere non tantum Rationi, verum Ægromum quoque Afflictioni tunc sæpe urgenti, adeoque experientiæ quotidiane videtur plane contentaneum.

19. Pituitosior efficitur Lympha, ob usum diu continuatum Aëris Humidioris & frigidioris; Ingurgitationem Alimentorum similem, maximè Piscium, Leguminum, Olerum, &c. Cerevisia non satis coctæ aut fermentata, Aque Putealis, &c. Vitam desidem, Curisque vacuam; Somnum multum & longum, & similia plura.

20. Aquosior fit Lympfa propter nimium  
Aqua pluvialis, alteriusve tenuoris Usum,  
Aëremque humidiorum diutine usurpatum,  
neglectis interim Alimentis tam spirituosis,  
quam Succulentis, & Acidis.

21. Vitiatur immiediatè Sanguificatio à can-  
sa exierna, quando eo tempore, quo ad Cor  
defertur Chylus & Sanguis laudabilis, pec-  
catur in una, pluribusve rebus non natura-  
bus dictis, Aëre puta prius æstante, mox fri-  
gido; Potu valde penetrante spirituoso id  
glaciato, imprimis copiose afflumpto; Agi-  
tatione corporis vehementi; Animi affectu  
gravi, Excandescientia, Tristitia, Timore,  
Consternatione aut Sollicitudine angente,  
&c. unde vel *Bilis Acrior*, vel *Sucus Pancrea-  
ticus Acidior*, Acerbior ve, vel *Pituita Intestina-  
lis viscidior* transfertur quaquavetsum & im-  
primis versus Cor, in quo vel *Chyllum*, vel  
Sanguinem prius bene constitutum ita cor-  
rumpet, ut non nisi pravus produci queat ex  
*Chylo* affluente *Sanguis*.

22. Curabitur Chyl: Sanguificatio lesa pro  
causæ diversitate diversimode. Nam 1. quo-  
ties illa pendet à Bile copiosiore Sanguini a-  
scendentí admista, eadem minuenda erit per  
*Cholagogam* sèpius memorata.

23. Ejus-

23. Ejusdem *Bilis Proventus* novus siste-  
ndus vitando, vel moderando saltem res non na-  
turales ipsam producentes modo recensitas:  
quin & usurpando liberalius ea, quæ par-  
ciolem Bilem diximus generare.

24. 2. Quoties Sanguificatio læditur pro-  
pter Bilem parciorum ad Cor tendentem, eam  
augendo, & quidem usurpando aliquantò co-  
piosius ea, que Bilem copiosorem gignere asse-  
ruimus; simulque vitando ea, quæ ipsius pro-  
ductioni contraria esse docuimus secundum  
experientiam.

25. 3. Quoties *Bilis Acrior* Chyli Sanguifi-  
cationem lædit, toties eadem temperanda  
Medicamentis non semel jam in superiori-  
bus propositis, ac præsertim Cap. 1. §. 11. &  
seq. ut & Cap. 10. §. 42. vitando simul o-  
mnia quæ §. 14. diximus ipsam reddere a-  
criorem.

26. 4. Quoties *Bilis Pinguior* Chyli San-  
guificationem lædit, toties eadem corrigen-  
da Medicamentis *Acidis*, sed temperatori-  
bus, qualia præscripta Cap. 2. §. 38. & seq.  
atque Cap. 11. §. 25. Cavendo præterea ab  
Oleorum, Pinguiumque abusu, de quibus  
actum §. 15.

27. 5. Quoties *Acidior Lympha Chyli*  
H  
Sangu-

Sanguificationem lœdit, toties illa corrigenda, emendandaq; Medicamentis Cap. 2. §. 17. & seq ut & alibi præscriptis.

28. *Abstinendum* interim sedulo ab ulteriori Acidorum usurpatione, cæterisque hujus Cap. §. 17. notatis.

29. 6. Quoties *Salsior Lympha Chyl* Sanguificationem lœdit, toties convenienter Medicamenta Cap. 13. §. 41. & 42. laudata ut & *Sudorifera Aromatica*, sed blandior quorum ope *Salsedo Lymphæ* paulatim corrigetur.

30. Conducunt etiam in hoc casu *Hydrogoga* post aliqualem saltem Acrimonæ Salæ contemporationem subiude usurpata, sed dosi mediocri.

31. 7. Quoties *Pituitosor Lympha Chyl* Sanguificationem lœdit, toties Medicamen ta humores in corpore *Pituitosor Incidentia* & *Corrigentia*, Cap. 2. §. 28. & seq. præscripta eisdemque sic Evacuationi præparatos *Expurgantia*, Ibidem §. 33. & seq. proposita erunt exhibenda: vitando simul quæ Pituitam producere hinc & alibi docui mus.

32. 8. Quoties *Aquosor Lympha Chyl* Sanguificationem lœdit, toties abstinentia

à nimio *Aqua* cuiusvis usu; quin redundans eadem in corpore tum *exercitus* satis potentibus, tum *Balneo* &c. expellenda per *Sudores*, non quidem profusos, sed identidem repetitos; in quem finem *usurpari* quoque possunt *Sudorifera*, sed *Aromaticæ* & *Spirituosa*, quo deficientes ferè simul *Animales Spiritus* reparentur, Viresque *Animales* opera eadem conserventur, immo augeantur.

33. Quoties 9. Humoribus omnibus, ipsoque adeò *Chylo* in Corpore Sano rite constitutis tempore distributionis *Chyli* ab una, pluribusve *Causis* externis aut inevitabilibus aut inexpectatis §. 21. enumetatis ejusdem *Sanguificatione* lœditur, toties, quæ vitari non possunt, quantum licet, corrigi debent ac temperari, noxae saltem ab ipsis unicuique illatæ mox emendari & tolli.

34. Sic quotquot *Aërem* subierunt frigidum, quamprimum licebit, accident ad ignem luculentum, aut *Lectum* ingredientur calefactum, stragulis saltem *corpus* egregie operient, quo expellant denuò è corpore admissum frigus.

35. Sic, quotquot abusi fuerint *Potu penetrante* ac *spirituoso*, si pars ejus bona hæreat, H 2 adhuc

adhuc in Ventriculo, illam excitato Vomitu iterum effudent, immisso in fauces dígito, aut pluma oleo madida, nî sponte illum promovere possint, quod multis facile, imo familiare.

36. Quod si ad intentiora penetraverit jam ille Potus, Crapulæ ad instar, ipsius exhalatio patienter expectanda, usurpando, si tunc Sitis adhuc urgeat, Potum Acidulum & minime Spirituosum, vel Aqueum qualis est Acidularum, cavendo, semper ab omni excessu.

37. Quod si Glaciatus, Géldiusque Potus fuerit tunc assumptus, convenient Aromaticæ & Sale Volatili Oleoso abundantia per vices usurpata, quippe quæ Glacialem noxam citissimè, tutissimè atque jucundissimè superare apta sunt nata. Idem autem Felicitis absolventer, si eorundem ope Sudor simul moveatur, vel promoteatur.

38. Sic quotquot vehementer corpus vel currendo, vel saltando, vel aliter agitaverint, unde Sudor simul eruperit; cavebunt sedulo ab Aëre frigido, quin potius in Lectum calefactum se recipient, ut quiete se dedant, & grandior noxa præcaveatur.

39. Sic quotquot Animi affectu vehementi fuerit

fuerunt commoti, operam dabunt, ut per se, aliosve is compescatur & ad priorem tranquillitatem Animus reducatur; quod una præstare potest Ratio & Discursus Animam rationalem solidis undecunque petitis rationibus blande componendo, imo ad quævis, quæ mutari non possunt, patienter, atque fortiter ferenda firmando & obfirmando.

40. Noxe autem multifariæ causas istas externas vitiosas consequentes modis variis, & quidem quamprimum corrigentur, postquam ex functionibus lœsis, aliisve signis propriis Medico annotuerint; de quibus passim agitur in hoc opusculo.

### CAP. XIX.

*De Continua & Vitali Sanguinis Efferentia in dextro Cordis Ventriculo lœsa.*

1. **N**on tantum, quando aliquot post assumpta Alimenta horis ad dextrum cordis Ventriculum, quo in Sanguinem mutetur, Chylus defertur, sed continuo a refuente undique Sanguine; illoque partim

amaro Felle imbuto, partim acida Lympha præditio Effervescentia excitatur ibidem blanda, imò Vitalis.

2. Vitalem insignimus Effervescentiam in Cordis Ventriculo dextro excitatam, quoniam Vitæ nostra conservatio naturalis ab ipsa dependet.

3. Ex Salis namque Volatiliis Oleosi in Felle dominantis, & Spiritus Acidi dulcis potissimum Lympha partem constituentis, Subcontrariorum scilicet Confluxus blanda & naturæ amica excitatur Pugna, Effervescentia nomine à Nobis descripta, in qua & ob quam larentes, conclusæque in utroque Partes Ignea compedibus suis solvuntur atq; in libertatem vindicatae in Oleofas, pinguisq; tum Sanguinis, tum & Chy' pattes obvias, proprium nempe actionis suæ subjectum, se insinuant, easdemque rarefaciunt, quin & ceteras quoque ipsis plus minus admistas ita mutant & alterant, ut tum Vita perpetuari, tum Sanguis quo vis moveri, tum continentium, contentarimque partium omnium perpetuo plus, minusve consumptuarum Reparatio necessaria perfici queat & absolvit.

4. Hanc Effervescentiam Vitæ ac Nutritioni per necessariam Iadi contingit, i. quan-

do vel in totum aboletur, vel ad tempus saltem cessat. 2. quando diminuitur & minor sive debilior fit. 3. quando augetur & major sive potentior existit. 4. quando precipitat & celerius contingit. 5. quando retardatur & segnius perficitur. 6. quando depravatur & inæqualis, aut inordinata observatur.

5. I. Ubi in totum aboletur hæc Vitalis Effervescentia, præsto est Mors; quia Vitalis Cordis, vel Sanguinis potius Ignis, ejus ope in Corde perpetuari solitus, mox co ipso extinguitur.

6. Aboletur autem ista Vitalis Effervescentia. 1. Sanguinis ascendenis & Biliosi culpa, & quidem aut propter Bilis Defectum, quoties magna vi effunditur in tenue Intestinum, hinc tam sursum per Vomitum, quam deorsum per secessum excluditur Bilis è Corpore, in Cholera morbo; Unde non mirum, si tunc nonnunquam intrapaucas horas percant Ægri.

7. Aut propter summam Bilis Volatilitatem & Acrimoniam, unde non tantum Sanguis redditur dissolutor, verum Lympha quoque inertior; sicut accedere putamus in Pestis, omnibusque Malignis Febribus, in quibus

tam s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> subito ac inexpectato extinguntur *Ægri*.

8. Aboletur eadem Vitalis Effervescentia 2. *Sanguinis descendens*, atque *Lymphatici culpa*, & quidem ob nimsam *Lympha Aciditatem*, à qua non tantum opprimitur & suffocatur quasi in *Corde Bilis*, & una cum Bile *Ignis Vestalis & Vitalis*; vel ipse *Sanguis extremè coagulatus* ineptus redditur securitate naturaliter suæ raræfactioni.

9. Vix unquam existimamus *Lymphæ tantum Defectum* excogitare posse, ob quem Vitalis aboleatur Effervescentia, nisi forsan *Compresso, Vulnerato, Rupto* alicubi *Ductu Thoracico*, ideoque *Stagnante*, aut alio *Effusa Lympha parte maxima*. Neque probabile videtur *Glandulas Conglobatas omnes*, à quibus *Lymphæ Aciditatem* arbitramur procedere, ita posse simul affici solas, ut pròpterea deficiat in *Corde Acida Lympha*: Quoties namque *Frigore congelatur Corpus*, non minus, quin magis *extrema partes* ipso corripiuntur, quam *internæ latentesque Glandulae*, in quibus præterea non tam minuitur, quam corruptitur à *Frigore Lympha*, ipsius licet tunc *Motus simul alteretur, turbeturque*; sicut id observamus accidere in *Gravedine*, in

qua

qua sistitur primum cum Capitis Gravitate (unde *Gravedinis nomen*) Motus omnis humoris tum ad Nares, tum ad Fauces; postea distillat uberius, ac sepe utroque humor solito tenuior & acrior, Acido nempe Salsus, atque tunc propriè vocatur is. *Affectus vel Coryza*, dum effluit per nares, vel *Branchos*, dum defertur ad Fauces & Raucedinem parit; quemadmodum *Tussis*, quando ultius in Alperam Pulmonum Arteriam delabitur, ipsosque ad expirationem concitatem, violentamque irritat & cogit.

10. Aboletur eadem Vitalis Effervescentia 3. à *Nimis Halitibus in vehementissima Effervescentia excitatis*, atque spatiū omne in dextro Cordis Ventriculo, hinc & Pulmonum Vasis ita occupantibus, ut ab iisdem suffocetur, extinguiturque *Ignis* tunc simul erumpens. *Vitalis alias futurus*, nec locus concedatur amplius Effervescentiæ novamox securitatem.

11. Non tantum, quatenus *Sanguini novo Effervescentiam excitatu*ro, & consequenter Rarefactionem subitu*ro* denegatur spatiū in Vasis Pulmonū; sed etiam, quatenus *extremè distenti* à *prædictis Halitibus* Pulmones tum amplius explicari, tum

H 5

recr

reciproce complicari nequeunt, nec proinde ad Sanguinis Aëstum temperandum per necessaria Respiratio perfici potest, ab oletur à nimiis Halitibus in Cordis dextra Ventriculo Vitalis Effervescentia.

12. Sed aboletur eadem adhuc 4. anno Sanguine Vasa omnia, Venas & Arterias replente, in Plesthora ad Vasa dicta, Habetque Athletico, & quidem ob defectum Spatii Sanguinem post Effervescentiam debiram mediocriter licet rarefaciendum excepturi.

13. Aboletur eadem Vitalis Effervescentia, s. ab Igne Vitali potentiore in corde excitato, & Sanguinem plus satis & ad immensum rarefaciente; unde aut Spatii satis ampli, quo capiatur, aut Refrigerii sufficiens, quo temperetur Sanguis æstuans, defecatur suffocatur non raro in Febris ardentes, sumis sui culpa ignis noster Vitalis.

14. Ad tempus non tantum breve, at subinde satis notabile, ad unum & alterum punctadiem, cessat nonnunquam in dextro cordis Ventriculo Sanguinis Effervescentia, Pulsu atque Respiratione Sensui externo subractis asserenda, tum semper in gravissima

Hypo-

*Hypochondriaca Suffocationis specie, atque Syncope, tum aliquando etiam in leviori praedictæ Suffocationis, et que Animi Deliqui specie, cum Pulsu videlicet ad sensum obliterato conjuncta, qualis non infrequenter observatur in hisce Regionibus.*

15. Non prætereundum enim haud semper in omni Suffocatione Hypochondriaca, vel Animi Deliquio leviore Pulsum ac Respiracionem ad Sensum tolli; quamvis perpetuo plus minus impedianter, minuanturve; cum permaneant nonnunquam vox ipsa & loquela, licet impeditiores.

16. Potissima Effervescentia hujus adtempus notabile cessantis causa est Pissita Viscida simul & Acid a copia non nimis excedente (alias cum sub sequente Morte aboleretur.) Lymphahinc & Sanguini descendenti conjuncta & ad Cor delata.

17. Ejusdem ad tempus breve, horæ puta quadrantem, dimidium, vel horam integrum Cessantis Effervescentia Causa censetur mihi Halitus Viscidus simul & Acidus, sive Flatus à Tenui Intestino per Lacteas Venas & Ductum Thoracicum ad Cor penetrans.

18. Prout enim copiosior vel solidior, magisve consistens, aut paucior, magisve halituosa existit hæc Pituita Viscido-Acida, ita Effervescentiam nostram vitalem magis, diutiusve, aut minus, breviusve impedit, atque ad Sensum externum saltem tollere videbitur: postquam merito dubitari potest, an revera & aetu illa tollatur aut tolli possit absque Patientis interitu: cujus Dubi*sol*lutio ac determinatio pendebit a cujusque præjudicio, vel placito circa Quæsitum sequens lato, An nimirum *Vita* possit permanere absque continua, novaque *Ignis Vitalis* suszentatione, ac generatione? an vero possit idem ad tempus extinguis, atque prius, quam corrupcio lethalis *Sanguinem*, ceteraque *Humores* occupaverit, denuo in *Corde Sponte sua*, Medicamentorumve ope accendi, ac restitui?

19. *Sponte sua* dicetur *Ignis noster Vitalis accendi, restituique in Corde quando Aida, Viscidaque Pituita copia nimia descendenti Sanguini juncta Bilem cum ascidente ascendenter ita opprimit, ut ejus vis ad tempus nulla observetur, donec hujus ipsius Bilem ope paulatim ad mediocritatem aliquam reducta, redactaque Pituita prædicta *Ignis novus**

PRAEPOS MEDICÆ LIB. I. 181  
novus exurgat & Vitam pro tempore sublatam forsan corpori reddat.

20. Medicamentorum ope dicetur *Ignis noster Vitalis accendi ac restitu*i**, quando in prænominatis Affectionibus Olei alicujus valde Aromatici Guttula una vel altera cum pauco Spiritu Vini Aromatico, aliove liquore convenienti semel aut saepius infusa in os Ægri in mortis agone versantis penetrat usque ad Sanguinem prædicta Pituita Viscido-acida infectum ac pessime affectum, ipsamque Pituitam corrigendo ac emendando, Bilemque simul roberando ac erigendo subito vel paulatim Ignem Vitam languentem aut extinctum suscitat, excitare.

21. Sed quærat Veritatis Perscrutator ingeniosus, An in dextro Cordis Ventriculo, an vero alibi Oleum tale Aromaticum, apto Balsami Vita nomine, aliove consimili donatum, tunc in tali casu vires stupendæ haud ignota sunt Chymicæ artis peritis æquè, atque præeos Medicæ gnaris) jungatur Sanguini à Pituita Viscido-acida ad internacionem penè condensato?

22. Hujus petitioni ut, salvo cujusvis iudicio, quantum Ego mente assequi valeo, satisfacere studeam, existimo minime absurdum

absurdum esse arbitrari in Pulmonum Vasis contingere hanc Olei Aromatici, atque tunc verè Vitalium Pituita Viscido-acida & Sanguinem nimium densante conjunctionem; postquam nil obstare videtur, quominus aliqua densioris Sanguinis pars propulsa sit in Pulmonalem Arteriam & quidem prius, quam sublatus fuerit ad Sensem tam Pulsus, quam Respiratio. Hoc autem posito, haud difficile erit explicare, qui Aromatici & Vitalis Olei vis penetrat quoque facile usque ad ipsum dextrum Cordis Ventriculum, mea conjectura, plus minus tunc hiantem, & quidem per ipsum Sanguinem in Pulmonali Arteria non minus, quam dicto Ventriculo nimis coagulatum, minusque idcirco fluidum.

23. His per parenthesim quasi ad Ingenitorum incitamentum insertis, notandum, ab utraque causa memorata, Pituita nempe, Halitique Viscido-acido impediri, ac sibi plus minus solitam utriusque Sanguinis ad dextram Cordis Auriculam confluentis Effervescentiam, hinc & Rarefactionem, ac proinde Cordis tum Expansionem, tum Contractionem reciprocam, ipsumq; adeo Pulsus; qui nullus idcirco in Syncope, & quibusdam

busdam Hypochondriacæ Suffocationis speciebus, hactenus ad Animi Deliquia omnino revocandis, observatur.

24. Inter sex Res Non-naturales inexpeditam Animi Moror gravis, aut Terror, & quandoque Frigus Aeris vel Aquamordax illam Effervescentiam Vitalis Cessationem causat nonnunquam, & quidem frequenter in personis ad illam propter Viscidos, Flatulentosque simul & Acidos Humores in corpore jam existentes dispositis, Fœminis præfertim, aliisque Naturæ timidiорis.

25. II. Diminuitur, minorque, sive debilior fit hæc Sanguinis ad Cordescendentis & ascendentis Effervescentia, vel Bilioſi, vel Lymphatici culpa.

26. Bilioſi; quando minus acris existit, aut nimis paucæ in ascendenre Sanguine Bilis.

27. Minus acris producitur in Corpore Bilis, 1. ob Aerem frigidorem ac humidiorem. 2. ob Alimenta & Condimenta Pituitosa, Aquea, Oleosa, Acida, non item Acria & Aromaticæ diutius usurpata. 3. ob multum & profundum Sommum. 4. ob Quietem

*Quietem ac segnitiem Corporis.* 5. ob *Animum* curis vacuum ac timidum, meestumque. 6. ob *Menses*, Sudoresque solitos suppressos.

28. *Nimis paucā* reperitur in ascendentē Sanguine *Bilis* ob easdem causas modō memoratas, & imprimis ob *Alvi Fluxum Biliōsum*, vel *nimias Bilis Evacuationes* perpetram institutas, unde minuitur naturalis quantitas *Bilis*.

29. *Lymphatici Sanguinis* culpa diminuitur prædicta Effervescentia, quando *minus Acida*, vel *parcior*, vel *viscidior* existit *Glandulosa in Sanguine Lympha*.

30. *Minus Acida* reperitur in Sanguine hæc *Lympha*. 1. ob *Aërem* Aestuantem aut Pluviosum. 2. Ob *Alimenta* & *Condimenta* Pituitosa, Aquea, Oleosa, vel Aromaticā, non item *Acida*. 3. ob multum & profundum *Somnum*. 4. ob segnitiem ac *Quietem* nimiam *Corporis*. 5. ob *Animum* curis vacuum, vel iracundum. 6. ob *Menses*, solitumve *Alvi fluxum* suppressos.

31. *Parcior* accedit ad *Sanguinem Lympha* ob easdem causas modo recensitas & maximè ob stagnantem aīoye delatam propter

pter Glandulas malè affectas *Lympham* in *Gravedine*, aliisque similibus Affectibus.

32. *Viscidior* existit eadem in Sanguine *Lympha* 1. ob *Alimenta* similia diutine usurpata. 2. ob *Aërem* Frigidum & asperum. 3. ob *Animi Mærorēm* gravem ac perdurantem.

33. III. *Augetur*, fitque *Major*, vel *Potenter* eadem Sanguinis utriusque in Corde confluentis Effervescentia alterutrius, vel utriusque *Sanguinis* culpa.

34. Et *Bilis* quidem, quando *Aerior* vel *Copiosior* existit in Sanguine ascendentē *Bilis*.

35. *Bilis Aerioris Causas* protulimus, Cap. I. §. 6. & 7. & Cap. II. §. 18. & Cap. 18. §. 14.

36. *Copiosior* existit in dicto Sanguine *Bilis*, tum quando *in suo Folliculo* reperitur naturali *copiosor*; tum quando *impeditus* est ipsius *ad Incessum descensum*: tum quando eadem *turget*, hoc est, à *Causa externa* vel *interna* irritatur *ad sui quaqua versum Effusio-* *nem*, sicut fieri solet in *Cholera Morbo*, & quibusdam *Febribus ardentibus*.

37. *Copiosior in suo Folliculo* existit *Fel*, imprimis ob *frequentem usum Condimento-* *rum*.

*rum, Medicamentorumq; Amarorum, præser-  
tim Aromaticorum & Acrium.*

38. *Impeditus est Bilis ad Intestinum de-  
scensus propter qualemcumque Angustiam in  
Duū ejus Intestinali existentem,*

39. *Choleram Morbum excitant frequen-  
ter Fructus Horarii, de quibus actum Cap.  
15. §. 8.*

40. *Februm Ardentium Causas, Gene-  
randique modum exhibebimus inferius Cap.  
29. & seq.*

41. *Sufficiat hīc notasse Bilem ab interna  
turgere causa, hoc est, ad sui ē sua Vesicula ef-  
fusionem irritari & cogi, quoties Liquoris  
acidi volatilis aliquid una cum Sanguine eō pe-  
netrat, & ibidem ad effervescentiam Bilem  
adigit; unde non mirum, si qua data porta  
ruat, & nunc ad Intestina delata Vomito-  
nes, Alviue Dejectiones Bilioſas excitet, nunc  
ad Hepar, hinc & Cor ruens Febres ardentes  
producat.*

42. *Lymphatici Sanguinis culpa augetur  
in Corde Vitalis Effervescentia, quando  
non tam copiosa, quam volatilis & acris exi-  
stet pars or licet Lympha cum descendente  
Sanguine ad cor affluens.*

43. *Talis autem existit Lympha propter  
abn-*

*abusum Condimentorum, Medicamentorumve  
similium, qualia sunt Vina Mosellana & Rhei-  
nana Acidiuscula simul & Spirituosa, A-  
acetum Vini potens, Succus Citri cum Vi-  
no generoso usurpatus, Spiritus Ni-  
tri, &c.*

44. *Qiōd si concurrant Bilis una cum  
Lympha modo dicto peccans, quis non vi-  
det gravius adhuc lādi & augeri neceſſario  
prædictam utriusq; Sanguinis Effervescenti-  
am?*

45. IV. *Celerius perficitur eadem Effer-  
vescentia ob Pituitam in sanguine pauciorem,  
atque Bilem, Lymphamque ideo acriores, mi-  
nusque temperatas.*

46. *Pituita existit paucior in Sanguine 1.  
propter Aerem astivum, astuantemque ac  
subtilem, 2. propter Alimenta, Condimen-  
ta, atque Medicamenta multum acria &  
aromatica copiosius usurpata, neglectis a-  
liis, quæ Pituitam generare solent.*

3. propter Corporis motum vehementem diu  
continuatam.

4. propter Vigilias pro-  
tractas.

5. propter Animi Curas & Soli-  
citudines graves ac perseverantes.

6. pro-  
pter Diarrhoeam Pituitosam, aliumve que-  
vis Desluxum, Effluxumque Pituitosi humoris.

præternaturalem in Coryza, Tussi, Ascite, &c.

47. V. Tardius contra procedit eadem Effervescentia ob Pituitæ ac Viscidæ præsertim abundantiam in Sanguine, atque hanc consequentem Bilis & Lymphe aliqualem meritam.

48. Pituitæ Viscidioris Causas retulimus Cap. 2. §. 7. & 9.

49. VI. Depravatur eadem ipsa Effervescentia, sitque variis modis viriosa, quando vel inæqualis observatur, modo major, mox iterum minor; modo celerior, mox iterum tardior; vel inordinata existit, ac subindstantillum cessat vel interrupitur, mox iterum ordine nullo servato repetit & potentior fit, quemadmodum id contingit aliquando in quibusdam Hypochondriaca Suffocationis speciebus, in quibus nunc debilis, rarus, parvus, compressus, imo quandoque nullus sentitur Pulsus, mox iterum robustus, frequens, magnus aut mirè agitatus percipitur, accidente notabili Cordis Palpitatione.

50. Inæqualis hujus Effervescentia Causa est Inæqualis nunc Bilis, nunc Lymphe, Liquorisve ex supramemorato Intestinali Triumvi-

PRÆXEOS MEDICÆ LIB. I. 189  
umviratu prodeuntis aliorumve adhuc formam Humorum Sanguini admisceri solitorum, ac necdum ulli satis perspectorum, Quantitas alterutri Sanguini juncta.

51. Ubi namque Plus Bilis cum ascendente Sanguine ingreditur Cor, Major, Celeriorq; contingit Effervescentia, unde quoque major, frequentiorque Pulsus: ubi contra minus ipsius accedit, minor etiam & tardior excitabitur Effervescentia, simulque Pulsus minor & rarius.

52. Ubi verò Plus Lymphe cum descendente Sanguine accedit ad Cor, minor, tardiorque procedet Effervescentia, una cum minore, atque rariore Pulsu: ubi contra minus ejusdem affluet, major, celeriorque producetur Effervescentia, Pulsusque major, ac frequentior.

53. Ubi Liquoris ex confluentium ad tenuem Intestinum Humorum Ternario exurgentis natura, viresque magis erunt nobis perspectæ, solidius, certiusque de noxis constitucionem ipsius vitiosam consequentibus determinare poterimus. Quod itidem intelligendum de aliis Humoribus, si, quod suspiccamur, plures adhuc occurrant, qui velim media-

mediate, vel mediate Sanguini ad cor reflu-  
enti admiscentur.

54. Hoc autem velide circò hic notamus, quò plures ad veritatem in multis rebus Me-  
dicis adhuc latentem nobiscum investigan-  
dam excitemus, gaviluri, & iplis (quemad-  
modum aliis jam fecimus) gratulaturi suam  
in eadem forsam præ nobis eruenda felice-  
tem majorem, ac semper omnis boni Car-  
gitori Deo gratias debitas pro beneficio ge-  
neri humano per quoslibet collato actent;  
nulli autem soletiam, diligentiam, inven-  
tionem, aliaque eo spectantia invisuti, vel  
calumniis quorundam pigrorum, inertium  
maleferiatorum hominum more crimina-  
turi.

55. Inordinata Sanguinis Effervescentie  
Causam putamus inæqualem nontantum vel  
Bilis, vel Lymphae, &c. Sed utriusque plu-  
riumve ad cor affluxum; unde major in ea  
contingit Confusio & Conturbatio, nunc  
cum insigni Cordis Palpitatione, mox cum  
sublato ad sensum ejusdem Motu ac Pulsu, in  
Suffocatione Hypochondriacatam sæpe ob-  
servabili.

56. Quamvis autem Cordis Palpitatio, A-  
nimique Deliquium grave ortum habeat non-

nun-

nunquam ab humoribus una cum Sanguine  
ad cor delatis, ac vitiosam Effervescentiam  
producentibus; arbitramur tamen eadem  
sæpius produci ab Halitibus Acribus à tenui  
Intestino ob itidem vitiosam ibi excitatam  
Effervescentiam elevatis, & tum ad Ventri-  
culi superioris Orticum & Gulam, tum ad Cor  
per Lacteas Venas, Ductumq; Thoracicum  
deductus, & Sanguinis Effervescentiam conur-  
bantibus, Corque irritantibus.

57. I. Cum Incurabilis sit Abolita intotum  
Sanguinis Effervescentia, opera erit sedulo  
danda, ut ipsa quoties licet, in tempore pra-  
caueatur ac preueniatur, quod fiet 1. Ubi ex  
Cholera Morbo metuendus est Bile Defectus,  
post sedatam Bilis tunc ferocientis Efferve-  
scientiam noxiā, Effusionemque ad Inte-  
stina nimiam (de quo vide Cap. 15. §. 26.29.  
& 34.) Reparando, Regenerandoque Bilem, &  
quidē usū quorumvis Aromaticorum, & Acri-  
um, & Oleorum, ipsorumque adeo Oleo-  
rum Sillatitiorum Foliorum & Florum  
Rorismarini, Majoranae, &c. Seminum  
Anisi, Foeniculi, Carvi, &c. Corticum  
Citti, Arantiorum, &c. Cinamomi, Nu-  
cis Moschatæ, Macis, Garyophyllo-  
rum, &c.

58. Hæc

58. Hæc *Olea Aromatica* sicutum *Vini Spiritu* uniantur artificiose, *Balsam* vel *Elixir* *Vita* vocantur à quibusdam: quorum gutta una vel plures cum Liquore conveniente, Vino præsertim, exhibitæ *Languenes* ob *Bils Defectum* *Vires Vitales* restaurant, & moribundos aliàs ex *Orci* fauicibus eripere, ac pro mortuis habitos nonnunquam resuscitare videntur.

59. Huc spectant quoque *Salia Volatilia* omnia; licet *Oleosa* sint ceteris magis efficacia, ideoque præferenda.

60. Prævenietur Sanguinis Effervescens *Abolita* 2. Ubi tum in Pestie, tum in Febribus Malignis ejus metus est propter sumnam *Bilis* *Volatilitatem* atque *Acrimoniam* tunc peccantem, figendo, coagulandoque ac temperando ipsam per *Acida Austeriora*, *Omphacium*, *Alumen crudum*, *Acaciam*, ejusve Succedaneos *Hypocistidis*, vel *Prunorum Sylvestrium* inspissatos *Succos*, &c. Inter Chymica merito laudantur, commendanturque *Spiritus Nitri*, *Salis*, *Vitrioli*, *Sulphuris*, *Aluminis* & similes, imprimis cum *Vini reætificato* *Spiritu cohobati*, & blandiores facti.

61. Ab hisce omnibus non tantum *Bilis* corrigetur, verum *Sanguinis Consistens* diminuta restinetur, quin *Lymphæ inertia* simul emendabitur: sicque variis nominibus Abolitioni propingua *Sanguinis Effervescentia Vitalis* conservabitur, ac restaurabitur.

62. Prævenietur eadem *Sanguinis* in dextro *Cordis Ventriculo* vitaliter Effervescentis *Abolito* 3. ubi ob nimiam *Lymphæ Aciditatem* metus est, ne unà cum *Bile* opprimatur, & suffocetur *Ignis Vitalis*, *Sanguis* saltem nimium ab ipsa coagulatus convenienter rarefieri nequeat, corrigendo, infringendoque culpatam *Lymphæ aciditatem* modo memoratis *Salibus Volatilibus Oleosis*, atque *Olio Aromatico* tam putis, quam in laudata *Uva Balsama* ulterius elaboratis. Quæ proinde cum hactenus quoque conducant, merito usurpabuntur in omni pene *Vitæ* discriamine, citra sumnum nempe ardorem, tum externis sensibus manifestum, tum in malignis febribus latente ac præcordia imprimis urentem, angentemque contingente.

63. Isdem autem *Salibus Volatilibus Oleosis* non tantum *Lymphæ Aciditas* excendens

dens minuetur, verum *Bilis* quoque pressa & tantum non oppressa rorabit, ipsiusq; *Sanguinis coagulationem* a minuetur & ad statum naturalem reducetur.

64. *Prævenietur* eadem *Abolitio Effervescentiæ Sanguineæ* 4. ubi à *nimiris Halibus* & in dextro Cordis Ventriculo, & in Pulmonum Vasis spatium rarefiendo *Sanguini* necessarium ita occupatur, ut ignis vitalis extinctio immineat, dissipando dictos *Halitus* jam productos & impediendo eorundem productionem novam.

65. *Halitus* dissipant & discutunt prædicta Olea Aromatica, & Salia Volatilia quævis, sed maximè *Olcosa*; felicendo semper illa, quæ ex Plantarum partibus *Halitum* discus-  
fioni per se aptis, talibusq; per experientiam compertis sunt parata.

66 *Halitum nova productio* impeditur ab iisdem *Aromaticis Oleis* & *Salibus Volatilibus*, ut & à quibusvis aliis *Humorum Pituitosorum* *Visciditatem incidentibus*, *Acidis puta*, sed maximè *Ntri Spiritu*, cuius nimirum *Vires* in hoc Affectu debellando sunt singulares ac stupendæ.

67. *Prævenietur* eadem *Effervescentiæ Sanguineæ* *Abolitio* 5. ubi in *Habitu Plethora*

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 195  
rico & Athletico. *Vasa omnia repleta sunt Sanguine*, minuendo *Sanguinis Redundantiam* per ipsius ex vena sc̄cta *Missionem* sufficientem una, pluribusve vicibus pro re nata & urgente necessitate instituendam.

68. *Prævenietur* eadem *Vitalis Effervescentiæ* in *Sanguine* produci solitæ *Abolitio* 6. ubi ab igne potentiore in Cordis Ventriculo dextro exurgente, *Sanguinemque* nimium rarefaciente *Suffocationis* metus in Arde & sumi febribus occurrit, temperando illum & *Estum* undecunque ortum, & imprimis per *Acida* unā cum *Potu* assumpta, & modo §. 60. notata; commutando ac corrigendo insuper *Aërem* astuantem cum frigidore, conclusum cum liberiore, quietum cum agitatore, humidum cum sicciori.

69. Quoniam enim putamus *Ignem* nostrum *Vitalem maxima* sui parte prodire à *Bile*, imprimis quando fit *ardentior*; idcirco Ratione ducti existimamus ea præsertim tunc usurpanda remedia, quæ *Bili* corrigen-  
dæ maximè conducunt, qualia etiam experientia Comite laudavimus.

70. Cessans ad tempus brevius vel longius eadem *Sanguinis Effervescentia Vitalis*

tum in *Syncope*, tum in *Hypocondriaca Suffocatione* curabitur laudatis toties *Oleis Aromaticis*, & *Salibus Volatilibus* quibusvis, sed maximè *Oleosis*; facta semper aliqua pro Symptomatum Comitum diversitate Mixturarum varietate, una cum Simplicium ipsorum delectu.

71. Quemadmodum enim, ubi nomina ta urget *Suffocatio*, merito aliis multis præfertur *Castoreum*, ejusque cum rectificato Vini Spiritu elicita *Tinctura*, & *Salis Armoniaci Spiritus*; ita ubi frigus tani externè, quam internè urget valde in *Syncope*, aliisve Affectibus affinibus, præ aliis omnibus mihi haetenus compertis laudo *Oleum Garyophyllorum Stillatitium* non ingratum; nec improbo *Terebinthine Oleum* minus gratum, postquam cum Spiritu Vitrioli Effervecentiam excitat cum insigni calore junctam.

72. Exempli loco esto sequens Mixtura.

74. *Aq. pulegiis*, 3 ij.

*theriac. simpl.* 3 vj.

*Tinctur. Castorei*, 3 ij.

*Ol. Macis Stillat.*

*Succini, an.* Gutt. iij.

*Syr. fœniculi*, 3 3. M.

Hujus

Hujus usus esto in *Suffocatione Hypochondriaca*, ipsam sèpius cochleatim exhibendo.

73. Potest huic Misturæ addi *Spiritus Salis Armoniaci Scrupul. j.* unde longe potentior evadet; quamvis possit quoque in quovis ejus cochleari ad *Guttas* iij. iv. aut v. adiici, aut angusti orificii Vitrum Spiritum dicatum continens in gravissima ejus specie naribus applicari; acris namque ipsius odore folent ut plurimum excitari Ægri tum ab illa Suffocatione, tum ab Epilepsia.

74. In *Synopes* autem metu, aliisve *Animi Deliquis* levioribus, cum frigore tamen molesto & formidabili conjunctis, ex medicamentis vulgo in Officinis plerisque protestantibus sequens paretur Mixtura itidem cochleatim per intervalla brevia usurpanda.

74. *Aq. menthae*, 3 ij.

*vita Matthioli*, 3 j.

vel *Tinctur. Cinamom.* 3 3.

*Ol. Garyphyllor.* Gutt. vj.

*Syr. Cochlearia*, 3 j. M.

75. Non tantum per quotidianam experientiam edoctus commendo laudata modo *Salia volatilia*, & *Olea Aromatica*, sed quia idem

idem Ratio suadet: Ratio, inquam, ex Salum istorum & Oleorum analysi, atque Animi Deliquiorum, Hypochondriacæque Suffocationis Causa efficiente, Pituita, Viscida & Acida, vel Halitibus itidem Viscidis & Acidis, Austerisve simul collatis petita. Habent namque Salia ista & Oleavim omne Viscidum solvendi ac incidendi, omne autem Acidum & Austerum temperandi ac corrigendi, omne demum Halituosum & Flatulentum discutiendi ac dissipandi.

76. Ubi Æger magis mortuo, quam Vivo similis Os nec aperire nec claudere, multo minus debite aliquis deglutire potest, tunc cominodum erit, loco præseri ptarum Misturarum, laudata *Olea Aromatica* tum simplicia, tum magis composita cum rectificato *Vini Spiritu* vel confusa dun taxat & tantillum agitata, vel majori artificio & circulatione diutina penitus juncta ad *Guttas* iiij. iv. plures ve subinde in Ægrotum Os, ac imprimis per Infundibulum Argenteum, Aureumve ad fauces usque immittere, quo tum in Ventriculum, ac Intestina (unde tam gravis mali causa ut plurimum quaquaversum propellitur) tum in

in Asperam Pulmonum Arteriam usque ad ipsum Sanguinem in Pulmonibus Vasis hærente in possint penetrare, atque ubique noxam urgentem corrigerre ac emendare.

77. Inter Causas Antecedentes, ac Res Non-naturales *Animi Mæror prævenir*: potest, ac debet Rationibus tum Philosophicis, tum Theologicis contra quævis modesta Mentem in tempore muniendo; Idem jam præsens ac urgens tolletur ac superab tur inisdem, quamvis plerunque tardius ac lentius.

78. Potest quoque contra *expetrandum* ac prævisum *Pavorem* muniri ac præparari Animus ad quævis adversa fortiter ferenda; unde minus sufficientur tunc ab incusso Terrore Animus, cuius noxæ mox iterum evanescent: uti contra potentius, graviusque concutietur Animus Meticulosior, & adversa quævis, etiam minima, pro gravissimis habens, ac nullis ferendis aut perferendis accommodatus, aut exercitus.

79. Ab *inexpectato* verò *Terrore* omnes quidem afficiuntur potenter: potentius licet ac diutius Timidi ac Ignavi; levius, breviusq; Fortes ac Cordati, ob rationes modo datae.

80. Ubi à mordaci Aëris vel Aqua frigore  
cessat Vitalis Sanguinis Effervescentia, non  
tantum transferendum Corpus Ægti in Aë-  
rem blandiorem, non tamen æstuante,   
partesve affectæ ex aqua algida removen-  
dæ, at insuper frictionibus fortioribus Sen-  
sus in partibus externis excitandus, quin ex-  
hibenda, infundendave per Os medicamen-  
ta ex *Aromaticis Oleis*, *Salibusque Votatilibus*  
parata, & imprimis Sudores simul moven-  
tia; quo repellatur foras frigus, ejusque  
causa unà refluxo Sanguine, Lymphave ad  
cor & interiora penetrans.

81. Horum autem corundem medica-  
mentorum beneficio emendabitur quoque  
*Viscidorum & Acidorum Humorum*, Fla-  
tuumque in corpore præexistentium Vitio-  
rum: quin *Prae autonis* loco assimi possunt  
eadem, quoties frigidiori Aëri expóni, A-  
quæve imponi debet corpus.

82. II. *Diminuta in Corde Sanguinis Ef-  
fervescientia ob Bilem minus acrem curabitur*  
1. Mutando Aërem Frigidorem, Humidio-  
remque in Calidiorem ac Sicciorem, arte  
saltē paratum per ignem luculentum,  
Plantasque Aromaticas in mansione ordi-  
naria dispersas.

83. 2. Ad-

83. 2. Admisco Cibis Condimenta A-  
romatica & Acria; ut & abstinentia ab A-  
limentis valde Pituitosis, Aqueis, Oleosis &  
Acidis.

84. 3. Detrahendo aliquid Somno, & pro-  
trahendo indies Vigilias.

85. 4. Exercendo Corpus magis, magis-  
que, etiam ad mediocrem Defatigatio-  
nem.

86. 5. Occupando Animum Curis ac Soli-  
itudinibus, nec abhorrendo ab Iracundia  
non nimis vchementi; Latitia imprimis stu-  
dendo, & omniem Tristitiam, Merumque abi-  
gendo.

87. 6. Movendo blandè Menses, Sudores-  
que solitos, per medicamenta sèpius, ac  
suo præsertim loco descripta & descri-  
benda.

88. Diminuta ob Bilem nimis paucam in  
ascendente Sanguine contentam Efferve-  
scientia prædicta curabitur, quando easdem,  
quas minus acris, agnoscit causas, memora-  
tis modo modis; quando verò Alvi Fluxum  
Bilosum sequitur, aut ab imprudentibus per-  
peram institutas nimias Bilis Evacuationes,  
tum comprimento, suppressendoque, si adhuc  
duret, nimium illum Bilis Effluxum, per Au-  
stra

I S

steria & Opiata leniora, non semel hinc inde  
jam notata; tum reparando Bilis defectum,  
per Condimenta, Medicamenta & Aro-  
matica, & satis Acria, itidem passim lauda-  
ta, Sinapi puta, Raphanum Rusticanum,  
Nasturtium, Cochleariam, Piper, Zinziber, Ci-  
namonum, Garyophyllos, Cardamonum, &c.  
Horum enim ope non tantum acrior, sed &  
copiosior reddetur in Corpore Bili, ac con-  
sequenter augebitur Diminuta prius San-  
guinis Effervescentia.

89. Curabitur eadem Diminuta Effer-  
vescentia ob Lympham minus Acidam 1. Mu-  
tando Aerem à Sole aut igne quovis astuan-  
tem cum frigido, ac recipiendo se in locum  
subterraneum, vel alias frigidulum; &  
corrigendo Humidum vel pluviosum impre-  
mis excitato in cubiculo, aliore mansio-  
nico igne lucido ex odoratis praesertim Li-  
gnis parato.

90. 2. Usurpando frequenter Condimen-  
ta, Medicamentaque Acida, Succos Citri,  
Arantiorum, Ribesiorum, Berberorum, A-  
acetum, Acetosam, Spiritus Salis, Vitrioli,  
Sulphuris, Nitri, &c. quorum ope augebi-  
tar sensim una cum deficiente Lymphæ A-  
ciditate Diminuta ideo Sanguinis Efferve-  
scen-

scentia. Quod ut citius contingat, vitanda  
simil, minuenda saltem Alimenta & Condi-  
menta Pituitosa, Aquea, Oleosa, & valde Aro-  
matica.

91. 3. Minuendo Somnum, & augendo  
indies vigilias.

92. 4. Exercendo magis magisque agi-  
tatione mediocri Corpus.

93. 5. Occupando Animum curis ac soli-  
itudine mœsta.

94. 6. Restituendo Suppressum Men-  
struorum vel Altis Fluxum familiarem.

95. Curabitur eadem Diminuta ob parcio-  
rem Lympham Sanguinis Effervescentia, 1.  
Eandem paulatim augendo per Condimenta,  
Medicamentaque Acida modo recensita in-  
dies quantitate parva quovis tempore usur-  
pata.

96. 2. Tollendo Lymphaticorum Vasorum  
Obstructionem, aliamve Angustiam omnem,  
tum Stagnationis, tum horum Vasorum Ru-  
ptionis, atque adeo Lymphe Effusionis Cau-  
sam, per Medicamenta Coagulatam laudatis  
Vasis Pituitam Solventia ac Incidentia, & im-  
primis Sudoriferam non semel in hoc Opuscu-  
lo præscripta: observando semper cum  
majori successu eadem usurpari, quando-

ad Sudorem blandum eliciendum compo-  
nitur corpus, ac præsertim quando idem a-  
et talis propellitur; sicut enim facilius, ci-  
tiusque solvitur obstructio illa noxia.

97. Curabitur denique *D. minuta* ob Vi-  
scidorem *Lympham* prædicta *Sanguinis Ef-  
fervescentia*, usurpando eadem modo memo-  
rata Medicamenta *Incidentia*, tum *Acida*,  
tum *Salina*, & imprimis *Volatilia*, qualia sunt  
*Spiritus Salis & simplex*, & *dulcis*, atque *Salia*  
*Volatilia omnia*, *Oleosa* præsertim, toties à  
nobis ac merito laudata, eaque diutine ac  
minorī quantitate assumpta, tum sine, tum  
unā cum *Alimentis*.

98. Vitanda interim *Alimenta Viscida*; ut  
& *Aer frigidus & asper*; *Animique Mæror*  
*gravis ac continuatus*: quorum loco usur-  
panda sunt *Alimenta* facilis fermentationis;  
*Panis triticeus* rite fermentatus inter carnes  
*Volatilium* potius, quam *Aqueorum*, addi-  
tis *Condimentis Aromaticis*; sic *Aer* quaer-  
atur, pareturve arte blande calens ac siccus;  
*Animusque* disponatur ad *Hilaritatem*, gra-  
tisque objectis recreetur.

99. III. *Anula* vero *Sanguinis Effervescen-  
tia* curabitur 1. quando *Fel acinus* ejus causa  
existit, corrigendo, temperandoque ipsum im-  
primis

primitus per modo recensita *Acida*, pro singu-  
lorum *Ægrorum* constitutione peculiari  
varianda, & plus, minusve aliis additis alte-  
randis.

100. Curabitur eadem 2. quando *Fel*  
*copiosus* in *Folliculo* suo existens nimia  
quoque copia pergit ad cor, illud *minuendo*,  
evacuandoque per *Cholagogas* saepius à nobis  
jam descripta, & imprimis Cap. 2. §. 42. &  
seq. sed minore dosi usurpata; ne alias *Hy-  
percathartis*, aliye *Affectus graves* exci-  
tentur.

101. Abstinendum autem simul ab ulte-  
riori usu *Condimentorum*, *Medicamentorum*  
ve *Aromaticorum* & *Acrium* & maxime *Ama-  
rorum*.

102. Curabitur eadem 3. quando *impe-  
ditus* est *Bilis* ad *Intestinum* *descensus* ex *Ob-  
structione* *Pituitosa* in *Ductu Bilario Intestinali*  
existente; illam solvendo per *Incidentia* mo-  
do §. 97. & Cap. 2. §. 28. 30. & seq. imò  
hinc inde passim descripta.

103. Quod si *Calculosa* fuerit *Ductus In-  
testinalis* *Obstructio*, solvetur eadem com-  
modè dum per *Graminis Decoctum*, vel *A-*  
*quam* post præviā fermentationem distil-  
latam, tum per *Spiritum Nuri optimum* cum  
aliis.

aliis indies usurpatum, tum per alia huic coagulationi calculosæ magis specialia.

104. Curabitur eadem 4. quando Turgens Bilis sponte, hoc est, ab interna causa ad sui Effusionem universalem irritatur; Incrassando, Figendoque tum Bilem, tum Acidum Volatile in corpore furens, imprimis per Sulphura Mineralium aut Metallorum Narcotica vel potius Anodynæ dicta, ut & Bellos, Terrasque Sigillatas multifariias, præser-  
tim circa Aurifodinas extractas: quibus præveniri quoque potest illa periculosa, & sapenumero lethalis effera Bilis Ef-  
fusio.

105. Cholera Morbi Curationem dedimus Cap. 15. §. 34. sicut Febres ardentæ curandi modum daturi sumus inferius Cap. 29. & seq.

106. Curabitur eadem Sanguinis Aucta Effervescentia 5. quando Lympha & Volatilia, & Acris, Parcior licet ad Cor defertur, & ipsius cœla existit, tum abstinentia ab ulteriori usu Condimentorum, Medicamentorum-  
ve Aciditate Volatili & Acri præditorum, & §. 43. notatorum, tum assumendo per vices Acida magis Austera & Aqua sufficiente di-  
luta.

107. IV. Celerius perfecta hæc Sanguinis Effervescentia ob Pituitam in ipso pauciore, Bilemque ac Lympham idcirco acriores, minusque temperatas, Curabitur 1. Reparan-  
do & augendo Pituitam desideratam Alimentis multam Pituitam generantibus, Jusculis pa-  
ratis ex partibus extremis Animalium, Ca-  
pitibus, Pedibusq; Vitulorum, Ovium, &c.  
Piscibus. Marinis præsertim, Lacte Bubulo,  
Caprillo, &c. Abstinendo interim, parce sal-  
tem utendo Condimentis, Medicamentisve val-  
de Acribus & Aromaticis.

108. Mutando Aërem quovis modo æ-  
stuantem ab subtilem in Frigidum & Cra-  
siorem.

109. 3. Corpus à Motu vehementi ac per-  
severante componendo ad Quietem.

110. 4. Vigilias protractas comutan-  
do cum Somno & longiore & profun-  
diore.

111. 5. Animum liberando à Curis & Sa-  
licitudinibus gravibus ac molestis.

112. 6. Sistendo, curandoque Diarrhæ-  
am Pituitosam, aliumve Pituitosum Humoris De-  
fluxum aut Effluxum præternaturalem, sicut  
id suo docetur loco,

113. V. Tardius procedens Sanguinis Effervescentia ob Putitæ ac Viscidæ imprimis Abundantiam, Biliisque ideo & Lymphe Internam, curabitur Dieta & Medicamentis tum Cap. 2. §. 28. & seq. tum hujus Cap. §. 96. & seq. tum alibi propositis.

114. VI. Depravata & Inequalis vel inordinata Sanguinis Effervescentia ab Inequali vel Bili, vel Lymphe, vel Liquoris ex confluentium ad tenue Intestinum Humorum Ternario exurgentis, vel alius alicujus nondum satius observati Humoris tantum, vel Plurium simul Affluxu sive Liquoris, sive Halitus specie ad Cor facto pendens curabitur. Et corrigitendo 1. Singulorum quoque modo pecantium Humorum vitium : Et coercendo 2. Plurium confluentium Effervescentiam vitiosam : Et emendando; discutiendo 3. Halitus, Flatusve tunc excitatos vitiosos : Et componendo 4. Animum quovis Affectu graviterbatum, frequentissimamque ac potentissimam confuse agitatorum Humorum variorum causam : Et vitando, temperando-  
ve 5. Aerem aut Alimentum noxiun, rario-rem, minusque potentem prædictæ Humorum agitationis causam.

115. Quibus modis & mediis corrigi de-  
beant

beant 1. Singulorum Humorum in corpore humano existentium, & hactenus notorum vitia, non semel dictum in superioribus.

116. Quoniam vero Capitis hujus §. 50. & 53. aliorum insuper nulli (quod sciam) hactenus plane notorum, perspectorumq; Humorum mentionem feci; quos tamen in homine tum existere, tum Sanguini ad Cor refluxenti vel immediate, vel mediate admisceri, atque vitiatos Sanguinis Effervescentiam nonnunquam mire contubare non sine causa me suspicari dixi, nec tamen ipsos vel nominavi, vel indicavi, merito id Medicum eximum, cui præcedentia typis mandata percurre libuerat, movit, ut me moneret, verbo saltē, ne ulli verba dedisse videberet, dicta mea illustrarem, atque Humorum a me conjectatorum aliquos patefacerem : Cujus acri, exactoq; judicio sicut semper multum tribui, ita ipsius consilium in hoc negotio mihi sequendum duxi.

117. Plurima certe testantur & in Sanis, & in Ægris quandoque aliquid à Testiculis, aliisve Seminis generationi ministrantibus partibus, ac præsertim vegetis, multumque Seminis potentis producentibus transire ac meare in corpus universum, quod valde, va-  
lide-

lideque ipsum afficiat. Cui dicto fidem faciunt non tantum Castrati effeminati, sed tum Mares, tum Feminae ad venerem alacriores, atque inexplicabili naturalis libidinis cœstro nonnunquam perciti, & impri-  
mis ad objecti Sensus potenter moventis, Animamque mire commoventis occursum:  
Unde, quoties votis suis potiri non licet aut  
non decet, quot malis subinde urgeantur  
idcirco, premanturque miseri, docent ac  
evincunt infinitæ à Medicis notatae historiæ  
miserationis plenæ.

118. Illud idem confirmant Butorum Castratorum, Boum, Vervecum, Caponum &c. Carnes suaves, grataeque, ac plurimum à non Castratorum, Taurorum, Arietum, Gallorum gallinaceorum &c. virosis atque ingrati saporis carnibus differentes

119. Adde quod Bruta non minus quam Homines plurimum soleant post castrationem pinguiscere, atque Homines ante pubertatem Eunuchi facti raro multum virilis barba proferre, aut vocem masculam nancisci.

120. Hæ omnia verò à Spermatico habitu per universi corporis partes tam continentes,

nentes, quam contentas disperso deducenda plurima evincunt, quæ pluribus deducere non est hujus loci.

121. Præter Testiculos observantur hinc inde in humano corpore Glandula à cæteris plus minus differentes, Renales puta & Tracheales; in quibus Humorem singularem produci, eundemque immediate aut mediæ Sanguini communicari fabrica earum singularis arguit.

122. His merito annumerabitur ex Conglomeratarum genere Glandula Thymus, cuius Excretoria vasa propria sicut omnibus Anatomicis, quantum ego saltem novi, hactenus sunt incompta, ita Liquor qualisque per ipsa delatus, atque adeo ejusdem usus verus omnibus manet etiam nunc incognitus.

123. Quoniam verò multiplicibus occupationibus perpetuo distractus desiderat horum & aliorum indagini ex voto hactenus non potui vacare, plures ex Auditoribus meis in Anatome ingeniosis ac industriis ad hasce, similesque partes diligenter perscrutandas non semel hortatus sum, quo, si fieri queat, hæc & alia plura nos adhucdum latentia eruerent, atque cum nomi-

nominis sui laude ac commendatione orbi literato manifestarent; quod & hic denuo publice facio, singulisque successum felicem adprecor.

124. Donec igitur Memorati Humores, Halitusve nobis perspecti sint, de illorum vitiis variis ac remediis convenientibus tantisper silebimus, quo in viam reversi doccamus, Quoties plures Humores simul & quidem diversimode peccare, ideoque magis intricatae Sanguinis Effervescentiam vitiare comprehenduntur, toties acri & sollicito judicio querenda, feligenda & cæteris premitenda, quæ magis urgenti humoris aut vitiopotissimum succurrant, vel ita temperanda Remedia polythresta, ut simul singulorum virtutem emendant, nullum foveant, vel argeant. Ubi subacto per longum rerum usum judicio opus est, atque observatione accurata Juvantum & Nocentium: quibus neglectis non potest non sepius cum Ægrorum detimento hallucinari Medicus, etiam portentose Sufficiens.

125. Coërcent 2. præ multis aliis, atque universè quamvis Humorum Effervescentiam Opia: quibus pro re nata, & Humorum maxime peccantium diversitate addi possunt

sunt alia ipsos simul temperantia, qualium formulas hinc inde proposuimus.

126. Emendantia & Discutientia 3. Halitus, Flatusve non semel in hoc opusculo præscripsimus, ac nominatim Cap. 9. §. 23. & seq.

127. 4. Animum Affectibus turbatum & omnes in Corpore Humores conturbantem componunt Rationes Solidæ ratiocinatione mascula Menti ægræ propositæ, atque Ascensum ejusdem potenter cogendo tum ad pristinam serenitatem, tum ad quævis molestissima, quoties mutari non possunt, patienter, atque fortiter ferenda, perferendaq; ipsam deducentes ac firmantes.

128. Qua ratione 5. tum Alimenta noxia, tum Aer vitiösus vitari debeant, vel corrigit, non semel quoque dictum in superioribus.

129. Inequalis nunc Bitis, mox Lymphe, alteriusve Humores noxiæ ad Cor affluxus & inordinatam in Corde Sanguinis Effervescentiam excitans, postquam tam ex diversis Affectibus, quam cæteris Rebus non Naturalibus diversimode, ac subito ac reciproce ipsos Ægros invadentibus ortum sum habent, diversis quoque auxiliis, tum Spiritu-

*Spiritalibus & in ratiocinatione catenata consistentibus, quām corporeis & medicamentorum nomine notis, pro symptomatum concurrentium diversitate subinde mutandis aut ingeniose comiscendis, curabuntur.*

130. Hæc autem omnia cum non ita difficulter peti possint ex supradictis ne eadem continuò repetendo Lectori nauream extemus, malumus brevitati studentes ad sequentia festinare.

## CAP. XX.

De Sanuginis per Pulmones Motu  
læso.

1. **S**Anguis in dextro Cordis Ventriculo Ef-  
fervens, Incalescens atque Rarescens  
parietes ipsius sensim magis, magisque ex-  
pandit, donec ista expansione irritatum Cor-  
parenchyma suum musculosum Spirituum  
Animalium ope contrahat, simulque San-  
guinem contentum in Pulmonalem Arteriam  
exprimat: ex qua per Pulmonum parenchyma  
(quod mihi maxime videtur probabile) in  
Pulmonalem Venam transfusus ad sinistram  
Cordis Auriculam, Ventriculumque sinistrum  
pergit.

2. Dum autem per Pulmones vadit San-  
guinis, ab Aëre inspirato in Æstu suo ac fervo-  
re blandè temperatur, & plus minus con-  
densatur, ne ab excitatis fervore nimio Ha-  
litibus copiosioribus suffocetur in Cor-  
de & Sanguine modo accensus Ignis Vi-  
talis.

3. Læditur hic Sanguinis per Pulmones  
Motus 1. quando nullus fit, 2. quando  
Tardius, 3. quando celerius procedit. 4.  
quando alio, quām quo decebat, propellitur  
Sanguis.

4. I. Nullus fit Sanguinis per Pulmones Mo-  
tus. 1. ob ejus in dextro Cordis Ventriculo defec-  
tum, Cava Vena insinuerat, & ef-  
fuso intra vel extra corpus omni penè San-  
guine, ad Cor alias fluxuro.

5. 2. Ob ejusdem Coagulationem ac Con-  
cretionem, quamvis sumnam vix possim  
communisci subitaneam, nisi forsitan gra-  
vissima Syncope ab Acido acri abundantius  
ad Cor delato; quemadmodum id non se-  
mel observavimus factum à Spiritibus acidis  
per Syringam in Cavam Venam notabilem  
infusis.

6. 3. Ob Cessantem Cordis Contraktionem  
in Apoplexia vehementissima, propter im-  
pedi-

peditum Spirituum Animalium per Nervos ad partes quasvis Motum.

7. 4. Ob nimiam Vasorum Pulmonis Replecionem, tum saepius in Plethora extrema, tum rarius in plerorumque Pulmonis Vasorum Obstructione qualicunque.

8. Ubi universalis ac per omnia Pulmonum Vasa contingit Motus ille Sanguinis valde impeditus, aut cessans, brevi moritur Homo, aut extinctus ob Sanguinis defectum; aut suffocatus ob ejusdem copiam, vel stagnationem; ni confestim secta venâ redundans minuatur, vel pro re nata copiosus affluens alio avertatur.

9. Ubi autem in quibusdam duntaxat Pulmonum Vasis propter obstructionem moveri desinens Sanguis aliquandiu ibidem stagnat, Peripneumoniam, hoc est, Pulmonum Inflammationem parit.

10. II. Tardius movetur per Pulmones Sanguis, vel 1. propter sui Visciditatem, à Putita simul undecunque orta producetam.

11. Vel 2. propter ipsorum Vasorum Angustiam, non tamen extremam.

12. Vel 3. propter Animalium Spirituum Cor imbecillius moyentium Penuriam; sive illi

illi consumantur nimium per Dolores, Vigilias, Meditationes sollicitas, Curas, Corporis Defatigationes, &c. sive non reparantur per Inedium protractam, Spirituosorum saltem Alimentorum defectum, aut neglegentum.

13. III. Celerius per Pulmones movetur Sanguis, vel 1. propter auctam ipsius Fluiditatem à sero quovis in ipso abundante.

14. Vel 2. propter Aësum majorem in corde una cum potentiore ac proinde celeiore Sanguinis Rarefactione quocunq; modo excitatum.

15. Vel 3. propter Humorem, Halitum ve acrem unacum Sanguine ad frequentiorem sui contractionem, Sanguinisque contenti expulsionem irritantem.

16. IV. Also, quam quo decebat, movetur Sanguis per Pulmones propulsus, 1. quando ipsus ex Vasis suis erosus, ruptusve erumpit in Arteriam Aperam, mox per Os ejicitur in Hæmoptœ, hoc est, Sanguinis Sputo.

17. 2. Quando idem ex aperiis quovis modo Vasis suis effunditur in Pulmonum Parenchyma, & Peripneumoniam producit.

18. 3. Quando idem ex Vasis suis Vulnera si excidit in Pectoris Cavitatem, ubi collectus atque

atque in *Pus* vel *Saniem* mutatus *Empyema* constituit.

19. Eroduntur *Vasa* Pulmonum s<sup>e</sup>pius ab *Humoribus acribus* & *salsis*, vel *acidis* e *Capite* ad *Pulmones* delabentibus; rarius, si unquam, à *similibus* una cum *Sanguine* ad *Pulmones* delatis.

20. Rumpuntur eadem *Vasa* 1. à *Tuffi*, *coercitione*, *Saltu*, aliore corporis *Motu* veherentiore.

21. 2. A *Sanguine potentius* in *Corde* incalescente, atque simul valde rarescendo *Pulmonum* *Vasa* *nimum* distendente.

22. Vulnerantur eadem *Vasa* à quovis instrumento acuto, cultro, gladio, simili ve alio per Thoracem aut Diaphragma inficto in *Pulmones*, ipsorumque *vasa penetrante* & *sanciente*.

23. I. *Sanguinis*, ob sui in dextro *Cordis* *Ventriculo* defectum, in ac per *Pulmones* affecti *Motus curari* nequit.

24. *Sanguinis coagulatio* ac *concretio* *valida* & *subitanea* pro *incurabili* *habenda*: Quia autem paulatim evenit, sensimque augetur, curabitur Medicamentis *Aciditatem acriorem* *frangentibus*, *temperantibusque*, adeoq; tum *Spirituosis*, tum *Oleosis*, tum *præsertim* *Sale*

*Lixivo præditis*; quamvis Homini conducant imprimis *Salia volatilia oleosa*, quippe quæ dictis omnibus ac singulis constant, nec tantum celerrimè quaquaversum in corpore, transfunduntur, verum satis potenter, blandè licet, desideratam efficiunt, perficiuntq; Acidi acrioris emendationem, si convenienteliquore diluantur, s<sup>e</sup>piusque usurpentur.

25. Inter vulgo nota merito laudantur *Oculi cancri* *Vino acidiusculo*, vel *Aceto* *stillatitio* paucō (quo facilius *Acido* in corpore peccanti admisceantur) soluti & aliis convenientibus additis per intervalla sumpti. Exempli gratia.

26. *Aq. hyssopi*,  
*feniculi*, an. 3 iiß.  
*vita Matthioli*, 3 j.

*Aceti stillatit.* 3 ij.  
*Ocul. Cancri* *pulverat.* 3 b.  
*Syr. Cochlear.* 3 j. M.

vel 27. *Aq. menth.* 3 iiß.  
*theriacal. simpl.* 3 vj.  
*Tinct. Castorei*, 3 ij.  
*Spir. Salis Armoniac.* 3 j.  
*Ol. Cortic. arantior.* Gutt. vj.  
*Syr. fænicul.* 3 j. M.

Prior Mistura minus efficax, licet gravior; posterior minus grata, sed magis efficax erit: utraque cochleatim usurpata conductet acriori Acido temperando; quamvis posterior præferenda, quoties aliquid austeri concurrere observabitur, cuius primarium signum est Angustia quævis ad Hypochondriacam Suffocationem tendens, sive ipsa assurgat usque ad fauces, sive hæretritia præcordia, & inexplicabiles pariat Ægriæ anxietates, ac continuò instans Animj deliquium minitantes.

26. *Cordis Contractio* in vehementi Apoplexia effans nunquam curabitur; nec facilè prevenietur, nisi valde Spirituosis & Aromaticis sæpius usurpati, Aquavite Matthiæti, Apoplectica & similibus: non neglectis interim aliis antecedentes Apoplexia: Causas corrigentibus aut eduentibus alibi proponebis.

27. *Sanguinis Plethora* citò, tutoque curatur evacuatione ipsius sufficiente per Venam seclam; sive illa simul ac semel fiat, sive pro Ægrorum natura peculiari & viribus per iteratas vices. Sunt enim plures, qui magnam ejus detractionem confertim faciem ferre non possunt, quin mox in Animj Deliq-

Deliquium incident; à quo cum nil boni unquam certo evenire possit ulli, malim ego ipsum, quoties licet, præcaveri, atque securè potius, quām temere Curationem omnem institui; postquam non semel illis temerariis Sanguinis humani Effusoribus accidit, ut una cum Sanguine Animam Ægris educerent: Cujus nullum est peticulum, si per intervalla, etiam brevia, eliciatur minori quantitate Sanguis, quamprimum vel minimum instantis Animi Deliquii compareret signum, sistendus, & postea, si Affectus amplius desideret, iterum cum majori ægrorum commodo mittendus.

28. *Obstructionis & hanc insequēntis Inflammationis Ratio, Generatio, & Curatio* ex professo tradetur inferius Cap. 40.

29. II. *Tardior Sanguinis per Pulmones Motus curabitur I. Corrigendo ipsius Visciditatem Putritosam per Incidentia & Attenuantia tum Spirituosa, tum Salina, tum Oleosa, tum & quandoque Acida usurpata, vel Sola, vel prudenter commixta, non semel propofita.*

30. 2. *Tollendo præsentem Vasorum Angustiam, & quidem pro Causarum peccantium varie-*

varietate diversimode : sed de his agendum  
alibi.

31. 3. Reparando Spirituum Animalium  
Cor imbecillius contrahentium penuriam,  
tum assumendo sèpius Alimenta multum Spi-  
rituosa, Vinum generosum, ac præsertim e-  
iusdem Spiritum tam simplicem, quam di-  
versorum additione multipliciter Aromati-  
cum factum, eundemque rarius quidem so-  
lum ac purum, frequentius Aqueorum gra-  
torum admistione fractum, dilutumque,  
tum vitando, moderandoque curas, Vigilias,  
Lucubrationes protractas, corporis defatiga-  
tiones, &c.

32. III. Celerior Sanguinis per Pulmones  
Motus curabitur 2 Fluiditatem ipsius minuen-  
do per Incrastantia, tum Alimenta, tum Me-  
dicamenta.

33. Ex Alimentis usurpentur Pedes, aliq[ui]  
brutorum extrema multum Gelatinæ pro-  
mentia, ipsique adeo Pisces, ac præsertim  
marini.

34. Potus esto Vinum rubellum & aust-  
riuscum, aut Cerevisia Chalybeata, vel qui-  
busvis adstringentibus gravioribus facta me-  
dicata.

35. Inter Medicamenta laudatur Diacon-  
dum,

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 223  
dum, Theriacarecens, ac omne Terra Sigil-  
late genus, Cornu Cervi, &c.

36. Serum Salsum præ aliis omnibus cor-  
rigunt Pilula de Cynaglossa, ad grana duo vel  
tria semel aut bis quotidie assumptæ : qua-  
rum loco sequentes de Styrace dictæ parari  
poterunt atque pari dosi usurpari.

37. Styracus Calam.  
Succi Glycyrrhiz. inspiss. vel extracti,  
Olibani,

Myrrharub.

Opii Thebaic. an. 3 B.

Croci Orientalis, 3 j.

Cum Syr. papav. albi q.s.

E. Massa Pilularum.

38. Cui Rotulæ magis placent, sequenti  
aut simili utatur formula.

39. Sem. hyoscyami albi,  
papav. albi, an. 3 B.

Thurismascul.

Myrrharub. an. 3 j.

Croci opt. 3 B.

Succi Glycyrrhiz. inspiss. 3 j.

Sacchar. altheæ, 3 B.

Gumm. tragacanth. in Ag. rosac. disso-  
lut. 3 j.

M. f. s. a. Rotula exigua.

Harum unam subinde in ore teneat Äger, ac sensim deglutiat. Potest quoque ipsis admisceri Opii Thebaici Drachma dimidia, unde potentius corrigetur quævis humorum acrimonia.

38. Sanguinis per Pulmones Motus celerior curabitur 2. Temperando ipsius Ästum in corde auctum per *Acida & Aquea*, qualibus constant *Sempervivum majus*, *Plantago*, *Solanum*, *Acetosa*, &c. Sanguinis æstum blandius vel potentius compescentia.

39. Curabitur idem Sanguinis per Pulmones Motus celerior 3. Temperando *Humorem Acrem* ad Cor delatum per *Spirituosa*, *Oleosa*, & imprimis *Opiata*, & alia sæpius memorata; illumque funul redundantem educendo per *Hydragoga* itidem aliquoties laudata.

40. Halitus verò itidem *Acres* ad cor translati temperandi sunt iisdem, ac discutiendi per *Diaphoretica Spirituosa & Sale Volatili tum Simplici*, tum *Oleosa pradita*. Eorundem autem productio nova impedietur imprimis per *Opiata & Anodyna* cuiusvis constitutioni & Comitibus Affectibus maximè convenientia.

41. IV. Alio, quam quo decebat, *Effusus Sanguis per Pulmones Motus curabitur* 1. in *Sanguinis Sputo*, *Consolidatis quamprimum Vasis ruptis vel erosis* per *Misturam Cap. 9.* §. 20. descriptam, vel similem sæpius cochleatim assumptam: mox *Averso à Pulmonibus Sanguine copiosius in Plethora effluente per Venam in Brachio aut pede alterutro vel utroque apertam*; denique *correctis Humoribus Acribis Salis*, vel *Acidis à Capite defluentibus per memorata modo* §. 35. & seq. *Opiata*, & *blanda Aromaticæ*. *Curando simul, vitan dove Tussim, Vociferationem, Saltum, aliumve quemvis Corporis Motum vehementiorem*.

42. Ubi verò ab *Incenso*, & rarefiente nimium *Sanguine* ad rupturam usque distenta fure *Pulmonum Vasa*, confessim *Vena Sexta* educendus, temperandusque *Sanguis*, assumpsis præterea sufficienti copia *Julapii* refrigerantibus dictis, atque ex *Aqueis*, *Acidisque potissimum paratis*, Ex. gr.

2. Ag. *Hordei*, ȝ xx.

*Iulap. Rosac* ȝ iii.

*Olei Sulphuris per campanam*  
parati q.s. ad aciditatem  
*Egrogatam. M.*

Bibat sāpius haustum mediocrem, donec  
Æstus obseretur moderatus.

43. *Peripneumonia Curatio* petenda ex  
subsecuturo Cap. 40.

44. Pleraque *Grandium Pulmonis Vaso-  
rum Vulnera* solent esse *lethalia*; *Minorum au-  
tem, ut & Empyematis Curatio* tradetur alibi.

## CAP. XXI.

*De Sanguinis ab Inspirato, Expiratoque  
Aere Alteratione lesa.*

1. **A**d *Sanguinis* ob Effervescentiam nu-  
per descriptam in dextro Cordis  
Ventriculo incensi, Æstum temperandum  
*Respirationem* ordinatam judicant plerique,  
quoniam evidenter *Calor* observatur in u-  
niverso corpore, ac præsertim Corde Ani-  
malium Pulmones, ideoque geminum in  
Corde Ventriculum habentium; quem ab  
*Inspirato* Aëre frangi ac temperari patet ex  
incommidis Aërem ad ipsius moderationem minus aptum consequentibus.

2. Hocuti Ego non nego fieri, ita cen-  
so *Sanguini multum in dextro Cordis Ven-  
triculo*

triculo rarefacto iterum condensando impri-  
mis conducere Aërem inspiratum.

3. Qua vi autem, quoce modo & ratione  
Sanguinem in utrumque hunc finem alte-  
ret inspiratus Aër, non æque patet. Ego  
id fieri puto, quatenus in Aëre dispersa sunt  
partes Nitrose atque subacida, Sanguinem æ-  
stuantem, rarefactumque condensare, atq;  
ipsius æstum quoq; blandè compescere po-  
tentest.

4. Distinguo autem inter partes Aëris  
Subacidas & Nitrosas: cum Subacida, Ac-  
ide que sint magis simplices, Nitrosa vero ma-  
gis compositæ, ex Acidis puta, non quibus-  
vis, sed simul Oleofis, cum Sale hixivo junctis:  
quod artificiosa, Chymica nempe, Ni-  
tri Analysis & Synthesis manifestum fa-  
cit.

5. Per Aërem multiplices volitare par-  
tes, non tantum Aqueas, Igneas, Terreasque,  
at Oleofas quoque, Spirituosas, Salinas, Lixi-  
vas, & Acidas, quin multipliciter ex his o-  
mnibus plus minus mixtas, plurima evin-  
cunt Experimenta, sedulis Mutationum  
Chymicarum Scrutatoribus haud igno-  
ta, quamvis Desidiosis ubique Philoso-  
phastris & garrulis Cavillatoribus abs-

trusissima: quæ aliquando, si res desideret, in bonorum ac uni veritati addictorum gratiam cum multis aliis ex nostro penu per Dei benedictionem satis locupleti, ringentibus licet adversariis, publicè profere-  
mus.

6. Luditur hæc Sanguini non minus utilis, quæm necessaria per Inspiratum Aërem Temperatio in Pulmone facienda, quoties ipsa vel nulla, vel parciōr, vel aliquando nimia fit.

7. Nulla fit Sanguinis Temperatio Aëris valde æstuans & quieti culpa; unde in An- mideliquum grave, vel ipsam Mortem non raro tunc incidit Homo; Sanguine ob de- fectum partium Nitrofarum, Acidarum ve- modò laudatarum summe rarefacto & flu- do, ideoque ignem suum internum obruen- te, ac suffocante.

8. Parcius temperatur idem Sanguis ab In- spirato Aëre, ob eandem causam, sed levio- rem; quando pauciores aut inertiores sunt in Aëre partes Acide, ac Nitroæ, pauciores saltem inspiratione alliciuntur, quæm ad præsen- tem, urgenterque Sanguinis æstum & rare- factiōnem ex quo temperandum desidera- bantur,

9. Alliciuntur pauciores Aëris Acide, Ni- troæve partes ob inspirationem ipsam quavis de causa impeditam, & capite proxime se- quente pluribus explicādam.

10. Pauciores existunt aut Inertes in Aëre partes Nitroæ, Acidæve ob summum Æstum, vel Humiditatem in ipso repertum: cujus præterea rei Signum, si non simul causa esse solet Tranquillitas Aëris summa.

11. A Solis namque Radiis, tum Ignis, tum Spirituosis, frequentissima æstuans Aëris causa, Oleosæ quidem Aëris partes ra- reficiunt potenter, Salinæ autem, Acidæque leniuntur ac inertiores fiunt; sicut ab humi- ditate Aquea, sive pluvia dissolutæ infirman- tur; unde nou mirum, si tales inspiratæ San- guinis æsti temperando minus sunt aptæ.

12. Aërem quietum Sanguini temperando inepiorem esse ipso mediocriter saltem agi- tato evincit Flabelli usus, in summo Aëris æ- stu per agitationem blandam moderando tantopere utilis.

13. Utique à Vento quovis; Flabellique motu Frigus produci testatur Sensus Frigo- ris in partibus externis Aërem sic agitatum excipientibus: quod fieri puto partim ob discussionem partium ignearum urgente

Aëris æstu circa nos collectarum, ideoque calorem in nobis majorem producentium; partim ob adductionem & congregationem partium nitrofarum & acidarum prius ab igneis, vel fractarum, vel quaqua versum depulsarum & ab invicem remotarum; ob majore in faltem ignearum copiam, efficiamque sensu minus perceptarum.

14. *Nimia* sit ab Aëre inspirato Sanguinis per Pulmones delati Temperatio, id est, *Condensatio & Refrigeratio*, quando redundant in Aëre partes Nitrosa, Acidæ, à quibus sæpumero Hyemis præsertim tempore, flante Borea, & in Regionibus Zonæ frigidæ vicinoribus, ac imprimis, quoties prius incaluit magis universum corpus, eousque coagulatur in Pulmonibus Sanguis ut Obstructionem in Vasis suis, aut intermediiis Pulmonum mæandris pariat: unde sequitur semper ipsius Sanguinis Stagnatio, & aliquando, aucta ob affluentem continuo Sanguinem Vasorum Distensione, eorumdem Ruptio, Sanguinisque Effusio, una cum Peripneumonia, quin post apertum Apostema Phthisis, & ut plurimum tandem Mors.

15. Curabitur Abolita & Diminuta in Pulmonibus Sanguinis temperatio, mutando Aërem summè æstuantem Algido, sive Naturali, sive Artificiali. Talem namque continere solent tum Speluncæ, tum Cellæ subterraneæ, non raro Nitrosæ. Talem arte paramus diluendo Nitrum, vel Saccharum Armoniacum Aqua, mox ipsam per cubicularum pavimentum effundendo; vel Acetum acre purum, Aquave mixtum itidem dispergendo; vel Plantas recentes acidissimas, ipsarumve folia & flores similiiter per conclavia projiciendo: quorum omnium ope augemus quoque in Aëre partes Acidas & Nitrosas.

16. Quies Aëris summa ob silentes in totum Ventos artificiosc turbanda per flabella, vel quocunque modo alio excitando Ventum flantem.

17. Humiditas Aëris Nibili corrigitur exstructo lignis Foco luculento.

18. Impedita Respiratio qui curanda sit, sequens docebit Caput.

19. *Nimia Condensatio, Refrigeratioque Sanguinis*, per Pulmones delati curabitur, mutando Aërem asperiorem, gelidumque calidiore atque tranquillo; & accendendo in

in conclave apto ignes satis magnos: & usur-  
pando medicamenta Nitrosas & Acidas Aë-  
ris admissi partes lenientia.

20. Cætera hunc algidiorem Aërem in-  
spiratum consequentia, memorataq; damna  
qui curari debeant, docebitur inferius cap.  
40. de *Inflammatione* agetur ex professo.

## C A P. XXII:

*De Aeris Inspiratione lœsa.*

1. VerT Sanguis è Dextro Cordis Ventri-  
lo exæstuans, ac per Pulmones ad  
Sinistrum propulsus blande condensatur,  
refrigereturque Aërem tum inspirari, tum  
iterum expirari proxime præcedente dixi-  
mus Capite.

2. Contingit autem Aëris hæc *Inspiratio*,  
quoties ad Diaphragmatis explicationem  
deorsum, & Thoracis elevationem sursum  
contigui utrique Pulmones simul expandun-  
tur: sicut id pluribus nos abunde probasse  
putamus in Disputationum nostrarum Me-  
dicarum octava.

3. Læditur eadem Aëris *Inspiratio* 1. quan-  
do cessat vel abolescitur. 2. quando non Suffi-  
ciens

ciens fit, & ideo frequentior contingit. 3. quan-  
do cum labore ac difficultate accidit.

4. I. Cessare dicitur mihi *Aëris Inspiratio*,  
quando nulla ejus est necessitas; quod even-  
tit tum in *Syncope*, tum in quibusdam *Hypo-*  
*chondriacæ Suffocationis* speciebus: In quibus  
sine Vitæ cum morte commutatione carere  
potest homo aliquando ad tempus satis no-  
tabile, dies puta integros, *Respiratione o-*  
*mni*, ad *Sensum* saltem manifesta; de qua  
duntaxat loqui solent Medici veri ex *Sensu*  
obseruantis judicantes. Imaginariam imagi-  
nariis cedentes Doctoribus.

5. Nullaverò tunc est *Inspirati Aëris ne-*  
*cessitas*, ob nullum in *Cordis Ventriculo*  
dextro excitatum notabile *Sanguinis Incen-*  
*dium*, nullam contingentem ejusdem rare-  
factionem notabilem; quo circa nulla indi-  
get tunc *Sanguinis æstus* nullus tempera-  
tione, nulla ejusdem rarefactio desiderata  
condensatione; quin haud expanduntur  
valde, irritanturve aliter ad sui *Contractio-*  
*nem* in tali Affectu *Cordis Ventriculi*; unde  
deficit necessariò tunc *Pulsus* ad *Sensum*. De  
quibus vide quoq; Cap. 19. §. 14. & seq.

6. Aboleriverò dicitur mihi eadem *Aëris*  
*Inspiratio*; quando urget quidem ipsius inspi-  
randis

randi necessitas, existenten notabili Sanguinis in dextro Cordis Ventriculo Effervescentia & Rarefactione, atque permanente ad tempus breve licet Pulsu satis magno & robusto, Desinit tamen tolliturque subito ipsa Inspiratio in dicta Suffocatione vel Strangulatione.

7. Aboletur autem tam necessaria Vita actuola Aëris Inspiratio vel Thoracis & Diaphragmatis, vel Pulmonum, vel Viarum culpa.

8. Solius Thoracis, vel Diaphragmatis culpa non putem aboleri posse inspirationem, quamvis utroque simul in Motu suo deficiente id accideret illo obstat.

9. Deficient simul in Motu suo, quando in Apoplexia gravissima Spiritibus animalibus destituuntur partes omnes, hinc & sensu, motuque; unde Mors certo & certissimum succedit.

10. Pulmonum vitio Aëris inspiratio abolbitur, quando Aspera in ipsis Arteria quoconque modo extremo angustatur.

11. Viarum ad Pulmones tendentium culpa Inspiratio Aëris abolebitur, quando vel Os & Nares simul plane obturantur, vel Larynx obstruitur, comprimitur et summo-

perè,

perè, in Catarrho suffocativo dicto, Angina, Strangulatione, &c.

12. II. Non sufficiens fit Aëris Inspiratio, & idcirco simul frequentior, tum 1. Sanguinis per Pulmones delati, tum 2. Thoracis, tum 3. Diaphragmatis, tum 4. Pulmonum, tum 5. Viarum culpa.

13. 1. Sanguinis per Pulmones delati culpa hoc accidit, quoties idem nimium in corde accensus & rarefactus satis temperari nequit ab Aere consueta quantitate & ratione inspirato; verum ejusdem quantitatem desiderat solito majorem; quo circa, ut illi succuratur defectui, plusque Aeris inspiretur, & major fit, & imprimis frequentior Thoracis & Diaphragmatis Explicatio; cum facilius ipsa festinetur, quam intendatur; adde quod nimium effervescenti Sanguini continuo temperando magis conveniat saepius iterata externi Aëris paucioris Inspiratio, quam ejusdem copia major rarius accedens.

14. 2. Thoracis culpa non sufficiens, id eoque frequentior fit Aëris Inspiratio, quando is satis & quantum decebat attolli, explicari que non potest, tum ob induratas

nimium

nimum *Pectoris Cartilagine*, tum præsertim ob *Pleuritidem*, *Doloris comitis causa Pectoris Expansioni* impedimentum affer-tem.

15. 3. *Diaphragmatis culpa non sufficiens*, & ideo frequentior fiet *Aëris Inspiratio*, quando vel propter *Affectum proprium*, *Inflammationem* imprimis, convenienter Motu suo gemino ac reciproco ciceri, vel propter *Spa-tu in Abdomine defectum*, aliaque ibi existen-tia impedimenta deorsum satis explicari ne-quit; quemadmodum id evenire solet in *Ascite gravi*, *uteri gestatione fublimi*, *Ven-triculo* aut *Intestinis flatu distentis*, &c.

16. 4. *Pulmonum vitio non sufficiens*, ideo-que frequentior fiet *Aëris Inspiratio*, quando corundem *Parenchyma universum* vel sal-tem maxima sui parte est minus *spongiosum*, minuque explicabile, aut ipsi *Peripneumonia* tenentur, mediocriter duntaxat *Aspera Arteria* ramorum notabilium *Angustia* urgentur.

17. *Minus spongiosum* existit *Pulmonum Parenchyma*, quoties idem fit magis *Carnosum & Solidum*, quare non raro reperi in quorundam post mortem dissectione; aut etiam *Corrugatum*, quale itidem est aliquan-do à me observatum: quamvis utriusq; hujus

Aff-

*Affectus causam reddere adæquatam pu-tem valde arduum, si non impossibile*; con-jecto tamen *Carnosus & Solidus* fieri *Pulmo-num Parenchyma*, quoties ab *acriore simul & viscidiore Sanguine* idem parte *Arteria*, *Venis* que *intermedia* tum leviter excoriatur, tum iterum consolidatur & nutritur ita, utsen-sim solidior fiat ipsius *Caro*.

18. *Corrugationem Parenchymatis* ejusdem acceptam refero *Sanguini Austeriori & Acriori* ibidem ipsum leviter excoriatum potenter contrahenti potius, quam verè nutrienti; nisi forsitan idem accidat à *Pure* vel *Aqua* si-militer *austeris* & in *Pectoris cavitate Colle-tis*, ipsumque paulatim penetrantibus & constringentibus.

19. 5. *Viarum Aëri transitum* ad *Pulmo-nes* concedentium culpa frequentior, quia non sufficiens, fit *inspiratio*, quando *Nares* sola sunt magis vel minus obturate, tum continuo in *connato* fere, aut ab externa causa, sèpiusque fortuita, *Ietu*, *Casu*, &c. *adventi-tio* ac permanente *vicio*, tum subinde ac per intervalla in *Affectu* nunc gravius, nunc le-vius urgente, *Gravedine* puta, *Polypo*, &c. tum aliquando ab *externis* in *Nares immisis*, unde *Ore aperto* *Inspiratio Aëris* tunc facienda;

quæ

quæ ideo impeditior erit, adeoq; frequen-  
tior; & adhuc magis, si aliquandiu est lo-  
quendum, vel ambulandum *Ægro*; maximè,  
si festinandum.

20. Idem accidet forsitan, si *Ostium Laryn-  
gis crassa*, *viscidaque Pituita* sit plus minus ob-  
stum, vel *Tonsilla* fuerint *Inflammatae*, aliasve  
*Tumefactæ*, atque Aëri inspirando viam ex  
parte saltem occludant; in quo Affectu  
frequentior inspiratio observatur, sive id  
accidat ob solam viarum Angustiam, sive  
accedat (quod mihi maxime fit probabile)  
Molestia ex Aëre frigidore copiosius una-  
vice attracto, ad quam vitandam frequen-  
tior instituatur simul & minor Inspiration.  
.

21. III. Quæ cum difficultate contingit  
*Aëris Inspiratio*, in genere *Dyspœsia* vocatur,  
cujuſ primariæ species ſunt *Anhelatio*, *Or-  
thopnæa*, *Asthma*, *Incubus* & *Suffocatio* *Hypo-  
chondriaca* cum *Strangulationis* metu, ſen-  
ſuſe conjuncta: quibus addere licet in  
*Singultuſ* *Suspiriis* & pungentibus *Pleuritidis*  
doloribus *interruptam*, *impeditamque in-  
spirationem*.

22. In *Anhelatione* simplici ſolet *Inspira-  
tio fieri parva* ſimul & concitata; In *Ortho-  
pnæa*

*pnae* a vero minus quidem concitata, ſed lon-  
ge major, & quidem erecta, exporrectaque  
Cervice; ſicut in *Asthmate* præter *Inspira-  
tionem* difficultius ac cum labore precedentem,  
observatur *Sibilus* ſive *Stertor* in pectore, una  
cum *Tufſi*, qua ſubinde aliiquid excernitur,  
ſubinde nihil. *Incubo* dormientibus tantum,  
ac præſertim dorſo incubentibus obve-  
nienti copulatur ponderis *præcordia premen-  
tis*, ac *suffocationem minantis somnum*; unde  
mirabiliter ſibi de persona certa invisa, vel  
incerta delirare ſolent *Melancholici*. In *Suf-  
focatione Hypochondriaca* *Inspirationem læ-  
dente*, atque vigilantibus ſæpius, quam dor-  
mientibus obveniente ita anguntur fauces,  
ut in strangulationis periculo ſe versari pu-  
tent.

23. In *Singultuſ* interrumptur per inter-  
valla, incerta & inæqualia, propter *Conval-  
ſivum Diaphragmatis Motum*, aliquando  
gravius, aliquando levius *inspiratio*; quæ  
urgentibus *Suspiriis* continuatam, ſed levio-  
rem interruptionem patitur cum frequentia  
junctam; quemadmodum in *Pleuride* in-  
terrumptur eadem imprimis, quotiesur-  
gente magis æſtu febrili Majoris adest co-  
natus.

24. Excitatur autem *Dyspnœa* omnis, tum frequentius à *Flatibus*, vel *Halitibus* in tenui intestino ex Pituita per Bilem rarefacta productis, & partim per *Ventriculum*, *Oesophagumque* ad Os assurgentibus, hinc cum Aëre inspirato in *Pulmonum bronchia* & ulterius forsitan penetrantibus; partim, copiosiusque per *Lacteas Venas*, *Ductumque Thoracicum* ad *Venam Cavam superiorem*, hinc dextrum *Cordis Ventriculum*, denique *Pulmonum Vasa*, ipsumque iplorum *Parenchyma spongiosum translatis*; ibidem hæc extibus, iplorumque adeo *explicationem* requisitam non minus, quam *complicationem in pedientibus*, siveque *Aëros inire* & valde angentibus: tum aliquando à *Pituita viscosa* è Capite delabente, *Pulmonum Bronchia* occupante, & angustiam diversam in ipsis producente. Unde pro harumce causarum simplicitate ac complicatione, adeoque virtuo majore aut minore variae oriuntur *Dyspnœæ species*, & quidem nunc leviores, nunc graviiores.

25. In *Asthmate* atque *Orthopnœa* utraq; causa concurrit plerumque, quamvis in *Oculto dicto*. *Asthmate* videantur mihi soli urgere *Halitus*, *Flatusve*; utie eosdem in *Anhe-  
latione*,

*latione*, *Incube* & *Hypocondriaca strangulatio-* ne omnem paginam absolvere agnoscat fa- cile, quisquis attente omnia *Ægris* tunc ob- venientia examinaverit, expenderitq; Sym- ptomata.

26. *Singulus*, *Suspiriorum*, atque *Pleuri-  
tidis Generationem*, atque *Curationem* dabi- mus Cap. seq. & 40.

27. I. *De Syncopes*, gravissimarumque *Hypocondriacæ Suffocationis* specierum *Cu-  
ratione* quædam in medium protulimus cap. 19. § 70. & seq. quæ ibi videantur.

28. *Aboluta Aëris Inspiratio* in Motu suo simul deficientibus *Thorace* atq; *Diaphra-  
gmate*, propter *Animalium Spirituum* in gra- vissima *Apoplexia* defectum, incurabilis exi- fit, quoniam sat cito tolli non potest impe- dimentum quodvis, propter quod *Nervo-  
rum exortus* ita comprimitur, ut *Spiritibus Animalibus transitus* denegetur per ipsos ad partes inferiores.

29. *Aboluta ob Asperam Pulmonum Ar-  
teriam summe angustatam Inspiratio Aëris* pro incurabili habenda, nî mox expiratione fortè expellatur, quod illam replet, *Sanguis*, *Pus*, *Pituita*, vel quidvis aliud; vel tollatur

vinculum ipsam constringens in Strangulatione.

30. Eadem *Inspiratio Ore*, *Naribusque simul obturatis* Abolita Curabitur tollendo extemplo causas obturantes, ne alias brevi sequatur Mors.

31. Sic ob *Faucium ac imprimis Laryngis Obstructionem* Abolita *Aëris Inspiratio* Curabitur remota quamprimum quavis *Obstructionis Causa*; illam vel extrahendo, vel in *Oesophagum*, hinc & *Ventriculum* impellendo.

32. Curabitur eadem, facta ob *anginam angentem extrema Laryngis Angustia*, curata quovis modo *Angina per Averioriam in Artibus*, *Eductoriamque sub Lingua Sanguinis missionem*, atque *Cataplasma & Gargatismati tum potenter Incidentia*, tum *Maturantia*, & similia.

33. Si à *compresso per funem Larynge* Aboleatur *Aëris Inspiratio*, eodem in tempore soluto aut dissesto eadem Curabitur.

34. II. *Frequentior Aëris Inspiratio*, propter *auctum Sanguinis in Corde Incendium & Rarefactionem* Curabitur sedato illo astu, tam per *Sanguinis eductionem*, quam per *Acida temperatiora*, vel *Salem*.

Nitrum, & purum, & postquam Sulphuris ope in *Prunellæ dictum Salem*, Lapidimve deflagravit.

35. Non *Sufficiens*, & ideo *Frequentior Aëris Inspiratio* 2. propter *impeditam Pectoris expicationem*, *Cartilaginibus osscam duritiem* nactis adeoque infelixibus debitam, orta non *Curabitur*, nisi *Cartilaginum emollitione*; quam quæ præstare possint medicamenta paucis hactenus innotuit; quamvis fuerint nonnulli, qui etiam ossa quævis emollierint, varicæ inflexerint, & iterum induraverint pro lubitu, quod mirabile.

36. *Impedita ac Frequentioris ob Pleuriticum Dolorem Inspirationis Curatio* sequitur *Pleuritidis Curationem*, ex generali Inflammatione in quamvis Curandi methodo petendam; de qua vide infra Cap. 40.

37. *Frequentior & Impedita* 3. *Aëris Inspiratio Diaphragmatis Inflammationem* sequens Curabitur illa secundum modo citatam methodum generalem curata.

38. Eadem *Inspiratio impedita* propter *impeditum in sua expicatione Diaphragma* Curabitur, in *Ascite* quidem, evacuata quovis modo ex *Abdominis Cavitate Aqua*;

*in uteri gestatione, excluso Foetu; in Tympanitate, flatibusque distentis Ventriculo vel Intestinis, eorundem exclusione aut subsidentia.*

39. Non Sufficiens ac frequentior Aeris Inspiratio sequens 4. Pulmonum parenchyma vel magis carnosum & solidum factum, vel corrugatum habetur mihi pro incurabili.

40. Eadem Peripneumonia debita emittitur, ipsa cæterarum Inflammationum modo curata.

41. Eadem mediocri notabilium Asperitatis ramorum Angustie adscribenda curabitur, sublata illius Angustia causa, nunc interna plus minus ramos ejus replente, nunc externa & in Pulmonum parenchymate ha- rente atque eosdem compitamente, de quibus in genere agendum alibi.

42. Hic observandum, quoties Pituita sive fluida, viscidave, sive acri, blandave, vel Sanguine concrescente, solutove; vel Putrefatto, tenuive; vel Sanie, vel aliquando Aqua Demersis in Pulmones penetrante operatur Aspera Arteria, toties Curationem institui ac promoveri, aliquando solo effluxu Aquæ admisso, sèpius Tussi à contentis exctata; quorum expulsionem juvabunt interdum

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 245  
dum vel incidentia, vel incrassantia pro excernendorum varietate varianda, sèpiusq; quantitate mediocri assumenda.

43. Observandum quoque Vomitum hic aliquando satis commode institui, cum constet per experientiam vehementi Vomendi conatu promoveri quoque Contentoru in Aspera Arteria expulsionem; excepto Sanguinis Sputo, in quo semper Vomitus existit periculosus.

44. Connatum 5. aut in Nativitate, aut post Nativitatem casu obortum, pertinaxque vnum Nares occupans, & angustia ibi fatigatur, sublata illius Angustia causa, nunc in siorem cogens rarius solet curari, cum difficile sit partium illarum Coalitum, vel Obstructionem antiquam tollere.

45. Eadem inspiratio propter Gravida- nem, aut Polypum impedita, his curatis sponte solet ad integratatem redire.

46. Quoties à Rebus qualibuscunque in Nares immisis & illas obturantibus impeditur inspiratio, toties iisdem exactis expeditur denuò.

47. Impedita propter Pituitam viscidam ostium Laryngis obdidentem inspiratio curabitur remota, excretaq; gargarisando Pituita.

48. Tonsillarum Inflammationes Tumoreſe Oedematoſi partim methodo generali, partim Gargarismis curandi ſunt prius, quam Inspiratio idcirco impedita reſtitui queat.

49. III. Dyspnœa ortum à Flatibus, Halitibusve ex Pituita in tenui Intellico à Bile productis habens Curabitur, 1. Emendando Pituitam Qualitate quavis, ac Educendo eandem Quantitate nimia peccantem remediiſ non ſemel in superioribus laudatiſ.

50. 2. Corrigendo itidem Bilem, Qualitatē aliqua ſi peccaverit, vel Evacuando ipſam, ſi redundaverit, medicamentis ſa plus propositis.

51. 3. Diffundi, aut per alvum elyſterum carminantium diectorum ope abducendo, aut ſurſum quoque ruſtuum forma excludendo Flatius, Halitusque antequam penetrerent in Laetearias Venas, per remedia itidem aliquoties jam praescripta.

52. 4. Potentiū eodem Disciendi & una cum blando Sudore foras propellendo, quam primū ad Pulmones penetrant, atque in ipli harent; idque laudatis ſepenumero Sudoriferis Aromaticis.

53. Dyspnœa verò à Pituita viscida è Capite in fauces delabente, atque Pulmonum bronchia occupante profecta Curabitur 1. Impediendo illius in Capite proventum per medicamenta quævis Aromatica, Rorem marinum, Salviam, &c. toties in superioribus memorata, ſepiuſque indies quovis tem- pote parva doſi usurpanda.

54. 12. Eandem in Capite collectam & Incidendo, attenuandoque per eadem Aromatica, & Educendo tum per Alvum me- diantibus Phlegmagogis paſſim propositis; tum per Nares Errhinorum ope; tum per Os Masticatoriū opera.

55. 3. Eandem in Pulmones delatam Introdendo per modō dicta Aromatica, & Iuſſi mediante excreando per ſimiliter Aromatica Bechica, in ore contenta, nec niſi lentiflame deglutita, quo illorum pars aliqua penetret ad Pulmones.

56. Quemadmodum autem ſemper ſunt ceteris ejusdem generis atque Naturæ medicamentis præferenda ea, quæ longa plurium experientia notata ſunt cuiyis Affectui magis ſpecialia & utilia; ita hic quoque præ aliis Aromaticis eli- genda ſunt, quæ tum aliorum, tum propriæ obſer-

observationes ostenderunt esse singulis Dy-  
spnoæ speciebus magis convenientia : ubi  
nec prætereunda singularis cuiusvis Ægri  
constitutio ; cum & secundum ipsam ex-  
periamur indies delectum esse habendum  
medicamentorum in eodem Affectu alias  
præstantium : quod nemo in praxi benè ver-  
satus & ad ea, quæ quotidie diversimode ac-  
cidunt, attentus negabit unquam.

## C A P. XXIII.

## De Aeris Expiratione lesa.

1. **A** Et in Pulmones Inspiratione attrac-  
ctus, postquam munere suo functus  
est, iterum exprimi debet, quo alii afflicien-  
do paretur locus : diciturque hæc Aeris ex-  
clusio, *Expiratio*.

2. Perficitur imprimis *Expiratio* hæc à  
*Musculis Abdominis*, tum *Thoracem* destrahen-  
tibus, tum omnia in *Abdomine* contenta com-  
primentibus, atque versus *Diaphragma* pro-  
pellentibus, ipsumque adeo *Diaphragma* sur-  
sum cogentibus, ac per consequens *Pulmo-*  
*nes* coarctando Ærem in ipsis contentum blande  
exprimentibus : concurrente simul proprio.

Dia-

*Diaphragmatis Motu*, angustiam in pectori  
majorem faciente.

3. Læditur hæc Æris *Expiratio* 1. in *Ster-*  
*nutatione*, in qua post aliquam *Inspiratio*nis  
inchoata suspensionem subito, & magna,  
sed mox iterum cessante, sive abrupta vi per  
*Nares* imprimis, aliquando & *Os* quoque,  
cum vehementi *Corporis universi concusso*-  
ne, atque occurrentium exclusione Ær una  
vice expellitur.

4. Læditur eadem Æris *Expiratio* 2. in  
*Tussi* ; in qua non una, sed pluribus simul ac  
interruptis vicibus fit *Æris Contentorum*,  
in *trachea arteria* (si quæ ibi occurant & se-  
quacia sint) *exclusio in*, aut *per Os*, cum dissimili  
*Corporis concusione*, nunc blanda,  
nunc vehementi.

5. *Tussis* omnis aut *Humida* vocatur, quo-  
ties ipsius ope *Humores* in aspera arteriæ  
contenti, *Pituita*, *Sanguis*, *Pus*, &c. in os,  
postmodum excreandi; aut per os foras ex-  
pelluntur :

6. Aut *Sicca*, quoties magno licet ac  
multo labore nihil excernitur, sed irrito fa-  
tigatur universum corpus tussiendi conatu,  
unde tum *Capitis*, tum *Hypochondriorum*, a-  
liarumq; *Partium Dolor* vehementis nonnum-  
quam

quam excitatur, quin aliquando *Hernia* producitur, aliquando *Urina*, vel *Alvi* *fæces* *involuntariè* *extruduntur*.

7. Læditur cadem Expiratio 3. in *Singultu*, in quo deprehenditur Ventriculi regio subito & violenter antrorsum, extorsumque propelli, cessante mox, sed saepenumero iterum repetente *motu* illo vero *convulsivo*, adeoque molestissimo tunc & gravissimo *Ægris* Symptome.

8. In Singultu autem illa sui Motus parte *Diaphragma* censeo affici, qua *inservit* *Expirationi*; quaque in apero brutis adhuc viventibus abdomine vi satis magna versus Ventriculi regionem contrahi Tactu non minus quam Visu percipitur.

9. Quapropter proprium *Diaphragmatis*, neutiquam Ventriculi, *Affectum* judico *Singulum*, eum præter jam dicta *Voluntarius* esse possit, & à Me, aliisque omni tempore pro lubitu excitari queat.

10. Trahi tamen utplurimum ad Singulum producendum ab affecto prius Ventriculo Diaphragma in consensem non negaverim, & præsertim ab acribus *Halitibus*, vel *Flatibus*, vel *Humoribus* undecimq; accendentibus, & quaunque demum

via ad membraneum Diaphragmatis centrum penetrantibus, ipsumque pungendo vel rodendo ad convulsivum illum motum efficiendum irritantibus.

II. Veram proinde *Singulus Causam* putto, quicquid ad violentam, non tamen durantem, sed mox interruptam, cessantemve, iterumque saepenumero repetentem sui Contractionem Diaphragma cogere aptum est; sive illud in Ventriculo reperiatur (quo referenda Medicamenta vel Alimenta noxia & acria, Venena potius dicenda) sive idem ex tenui Intestino à vitiosa Humorum confluentium Effervescentia excitatum Humoris, Halitus, Flatusve forma eò assurgat, & superius Ventriculi Orificium ita rodendo præsertim afficiat, ut ipsum ambiens Diaphragma simul afficiatur: sive idem in Thoracis, Abdominisve cavitate conclusum immediate Diaphragma mordicet, vel ad ipsum per vasra sua deferatur, ac in ejus substantia hærens partes ipsius sensiles rodat, vel quovis alio modo ad molestam illam convulsivamque sui contractionem solitariam & subinde continuo repetentem ipsum adigat.

12. *Sternutationis Causas evidentes*, tum externas, tum internas si quis observaverit, comperiet ipsam nunc à *Solis lucentis splendore* aut immediate, aut mediante reflexione per nivem, glaciem, aquam, speculum, &c. facta; nunc à *rebus acribus*, cæpis puta, sinnapi, raphano, &c. vel *naribus adinotis*, attractisve, vel *ore assumptis*; nunc ab *Humoribus* itidem *acribus à capite ad nares* in gravidine sive coryza delabentibus; nunc à *Vaporibus*, *Halitusbus*ve similiter *acribus e ventre calo*, *tenuiue Intestino* ascendentibus, naresque irritantibus excitari, atque semper qualmuncq; tandem *Narium vellicationem* sentiri: unde merito istæ causæ omnes a diversæ eatenus Sternutationem videntur producere, quatenus Nares irritando, vel licando que ad molestiam illam expirato per Nares potenter Aëre simul expellendam Partes Expirationi dicatas movent; Cum qua vehementi Aëris Excussione concurre, re solet universi corporis Concussio itidem vehemens.

13. *Tussis Causa* est, quicquid Asperam Pulmonum Arteriam vellicare, aut quovis modo irritare potest ac molestare.

14. Et *Humida* quidem *Tussis Causa* multiplex

triplex observatur: Alias enim. aëdam fornicatus advenientia, vel ore assumpta, perperamque in Asperam Arteriam delata Tussim mox excitant molestam: Alias *Humores à Capite delabentes* (& quidem ut plurimam Ptitiosi multifarii nunc Acres, Salsique, vel Acidii, nunc Blandi & Insipidi; nunc tenues, fluidique, nunc crassi & viscidi; quandoque *Sanguis purus*, vel cum aliis Humoribus mixtus; & quandoque *Pus vel Sanies*) in eandem Arteriam Asperam penetrantes ad Tussendum Pulmones cogunt: alia *Humores* itidem Varii (*Sanguis, Pus, Sanies, & Putrida forsan, Serumve*) ex Pulmonum substantia vel vasis in Arteriam eandem translati Tussim producunt.

15. Quoties autem Sanguis ex Pulmone prodiens Tussi excernitur, toties peculiari nomine *Sanguinis Sputum*, & *Haemoptoica Passio* vocatur is Affectus.

16. *Tussis verò Sicca pro Causis Externis agnoscit* tum *Aerem*, tum *Potum frigidum* affatim admissum, Asperamque Arteriam molestantem: pro Internis autem aliquando *Catarrum valde viscidum*, vel valde tenuem, acremque expirato vehementius Aëri haud cedentem; aliquando *Halitus*, *Fla-*

insue à tenui Intestino, Ventriculo per gulam elevatos, & una cum Aëre in Pulmones allectos; vel ab eodem Intestino per Lacteas Venas in Cor & Pulmonum Vasa; imo substantiam, usque ad Tracheam Arteriam sese insinuantes, atque ipsam continuo sine sua exclusione ad Tussendum irritantes.

17. Multiplices in Expiratione lassantati *Affectus Curabuntur* 1. sublata, correcta-  
ve *Causa externa*. 2. curando quovis So-  
lidarum partium *Affectus internos*. 3. Emen-  
dando quævis partium *Contentarum vita-*  
tum minuendo ipsorum redundantiam, tum  
*Corrigendo* ipsorum qualitates vicioſas; tum  
*loco moveōdo, emovendove, quæ loco pescant.* &c.

18. Et ut à Singulu faciamus initium,  
quoties *Alimenta, Medicamenta venoria &*  
*acria, vel potius Venena continentur in Ven-*  
*triculo, n̄ temperari possint & corrigi per*  
*alterantia Expelli debent aut per Vomitoria,*  
*fussum via breviore, aut per Purgantia de-*  
*orsum via longiore: quod intelligendum*  
*quoque de quibusvis Humoribus in Ventri-*  
*culo, aut tenui Intestino repertis & Singul-*  
*tum parientibus.*

19. Medicamenta Humores quovis modo

modo peccantes, ut & Assumpta quævis *Alterantia & Corrigentia* non semel proponimus in superioribus, ut non videatur necessum eadem hīc repetere; unum tantum monituri, *Opiata* præ aliis omnibus condūcere in curando Singulu quovis, non tan-  
tum, quatenus quovis Humores acres tem-  
perant, sed insuper, quatenus Ventriculi  
fensum obtundunt, & forsitan Spiritus Ani-  
males quoque faciunt ad motum torpidio-  
res: dummodo per vices exigua usurpen-  
tur quantitatē, atque tamdiu, donec aut ces-  
set, aut notabiliter minuatur Singultus.

20. Inter Vomitoria cæteris omnibus  
præfero hic *Antimoniala*, tum quia pro-  
miscent Humores quovis evacuant feli-  
cissimè, tum quia humanae nature sunt  
familiissima, modo peculiari omnes in ho-  
mīne humores ad statum laudatissimum sen-  
sim deducendo; quæ vis an in aliis rebus  
similiter occurrat dubito, in Antimonia  
ipsam existere novi: quicquid garriant in  
contrarium Viri præjudiciis suis excæcati,  
tum alias Docti, tum Indocti.

21. Cavendum autem (postquam reve-  
ra omne nimium est *Nature inimicum*) ne  
simul nimia sumantur quantitate; cum  
sem-

semper satius sit eorum minorem dosin exhiberi, quam majorem; quoniam nullanova sequetur unquam illam, saepius hanc: nec enim, praeter multorum Suffenorum æquæ, ac Imperitorum Medicorum placitum, tum alia purgantia, tum præsertim Antimonialia rite parata, & minore quantitate usurpata, nullumque humorem sursum aut deorsum evacuantia nocent ulli, quod millies expertus testor, quin semper tunc prosunt, noxios in corpore humores aut emendando, aut ad secuturam postea purgationem amplius præparando: quod imprimis velim notari à Medicis Junioribus, in quorum gratiam hic meus editur Tractatulus, non item Seniorum, atque in Artis operibus versatorum, nec proinde informatione mea cœgentium; multò minus præfractorum, & quævis aliena ex præjudiciis aut invidia mox recipientium, nec minus imperite, quam improbe culpantium.

22. Quoties proinde post usurpata prius convenienter Narcotica Vomitorio assumpto parum, vel nihil est sursum aut deorsum ejectum; & urget adhuc Singultus, quin Humorum in Ventriculo, aut vicino Intestino existentium, malumque hoc excitantium

tum remanet signa, torto stuto licet aut eodem die novum, sed quantitate minore, aut subsequente aliud quantitate aliquanto majore ægro exhibere Vomitorium, quo vel amplius corrigantur, vel sursum, deorsumve aut utraque via expellantur humores peccantes: Sic enim tutissimè, ac minime injunctæ, satisque cito absolvetur Singultus Cura vere rationalis & Dogmatica, Experimentæ potissimum, hinc & rationi Sanæ, non ægræ aut Commentitiæ, adeoque falso innixa.

23. Quod si per assumptum Vomitorium excreti fuerint humores vitiosi, & à vomitu defatigati ægri, conductet Mistura Aromaticæ, molestis Halitibus circa Ventriculum hærentibus dissipandis convenientissima, una cum additis quantitate parva Opacatis, tum ad concitatam per vomitum potentiorum Bilis, Succique Pancreatici Effervescentiam compescendam, tum ad Somnum blande conciliandum, tum ad ipsum Singultum magis sedandum aptissimis. Exempli gratia.

24. Aq. menthae, 3 ij  
vita Matthioli, vel  
Iheriacal. simpl 3 B.

*Conf. alkermes, 3 j.*

*Laud. Opiat. Gran. ij.*

*Syr. mentha, 3 j. M.*

Hujus Misturæ cochleare unum assumat sæpius Æger, donec ad somnum sentiat disponi suum corpus; quem ut citius capiat, commodè decumbat.

24. Huic Misturæ addi possunt *Spiritus Nitr. Guttæ*, vj vel viij. quoties *Flatus* simul vexant, quod sæpe contingit.

25. Si ad Vomitum minus inclinent Ægri, nec Nausea urgeat, præstat deorsum evacuari Humores peccantes, & quidem pro sui varietate nunc *Cholagogis*, nunc *Phlegma gogis*, nunc *Hydragogis* tantum, nunc diversis pro re nata simul mistis, aliquoties in superrioribus propositis.

26. Quoniam verò *Affectus pertinaces* omnes ortum habent ab *Humoribus viscidioribus*, illos saltem agnoscunt Causæ hæc conjunctæ, idcirco in *Singultu obstinato* non sunt negligenda medicamenta humores viscidos incidentia simul ac eduentia. In quem finem convenient *Pilula nostræ Magistralis*, superius Cap. 14. §. 50. descriptæ; ut & *Apozema* Cap. 2. §. 35. propositum. Net tamen opus, ut talia quotidie

die usurpentur, nisi parum educant; ubi namque plures dejectiones faciunt, satius est, ut tertio, vel quarto tantum die assumentur, atque diebus intermediis sola incidentia & Humores quovis modo peccantes corridentia, tum *Halitus*, *Flatus* que discutientia, vel alijs Roborantia sæpius iudicata usurpentur.

27. Ubi Singultus alterius Affectus gravis, Febris acutæ, Inflammationis, &c. est Symptoma, sponte illo curato remittere solet; quamvis tunc nil obstet simul usurpari prudenter Opiata vel Sudoriferis, vel quibusvis Alterantibus, Affectuique primario, Humorive vitiioso corrigendo dicatis Medicamentis addita, & subinde assumpta. A quibus si blandus Sudor promoveatur, & Symptomata cetera una cum Singultu minuantur, benè sperandum de Ægri restituzione; sin minus, male.

28. *Sternutatio*, quæ ab Externis Causis ducitoriginem, mox illis sublatis, vel vitatis cessare solet: quæ verò Internas agnoscit, tum, à Cerebro delabentes, tum ab inferioribus partibus assurgentæ,

*curabitur tum corrigendo in Corypha Humores  
Acido-Salsos, atque ipsis fere conjunctos Pi-  
nitiosos viscidos, & Oleosis & Spirituosis Aro-  
maticis ; tum eosdem educendo partim per  
Alvum Hydragogis & Phlegmagogis , partim per  
per Nares, aut Osterternatorius blandioribus,  
aut Masticatorius : tum corrigendo Humores  
vitiosos in Ventriculo, ac imprimis tenui In-  
stino Effervescentes, atque Halitus acres fur-  
sum ad Nares propellentes laudatis modo spi-  
rituosis & Oleosis , non neglectis vel omissis  
Opiatis ; tum eosdem, si redundarint, edu-  
cendo deorsum potius, quam sursum, medi-  
camentis saepius propositis. Ubi plurimum  
conferre solent Sudorifera, quæ non tantum  
foras protrudant, sed simul emendent Hu-  
mores vitiosos.*

29. *Tussis pro causæ diversitate curabitur  
diversimode. Nam ubi quævis forinsecus  
admissa & in Asperam Pulmonum Arteriam  
delata, vel sola Tussi rursum excreta sunt, vel  
paucò potu superassumpo delinita, cessat  
mox Tussis, vel paulatim saltem sedatur.*

30. *Humores autem Pituitosi à Capite in  
Arteriam nominatam delabentes, ad sui cor-  
rectionem desiderant quidem Acidi Oculos  
Cancri, Coralia, Margaritas, &c. Salsiverò  
Gummi*

Gumini Tragacanthum & Arabicum, Radi-  
ces Althææ, ipsiusque Saccharum, Glyzir-  
rhizæ radicem, ejusdemque Succum insip-  
fatum ; Pilulas de Cynoglossa, vel Styra-  
ce Cap. 20. §. 36. aut Rotulas §. 37. pre-  
scriptas.

31. *Humores autem Pituitosi neutiquam  
Acres, ast Insipidi, quoties simul Tenues sunt  
& Aquei, ad sui Correctionem atque Incras-  
fationem indigent iisdem Pilulis & Ro-  
tulis.*

32. *Qui verò Crassi sunt & Viscidi ad sui  
Attenuationem, Incisionemque tum Acid-  
o-dulcia, tum Aromaticæ, Oxymel sim-  
plex & Squilliticum, additis Syrupo de Hys-  
sopo, de duabus & quinque Radicibus, &  
similibus requiruntur, sive Linctus forma-  
lente deglutiantur, sive Aquis Aromaticis  
diluta cochleatim usurpentur.*

33. *Iudem Humores Pituitosi multifarii in  
Sanguine, Capite saltem redundantes minu-  
endi per Hydragoga & Phlegmagoga, ut &  
quandoque Diuretica & Sudorifera : Quin  
recurrentum aliquando ad ipsam Saliva-  
tionem modis variis excitandam.*

34. *Sanguis à Capite in Pulmones delatus  
& Tussim excitans in effluxu suo sistendus,  
Vena.*

Venæ sectione quidem, si Plæthora concurrat, vel notabilis ejus Fervor, vel solita ejus Evacuationis Supressio: quamvis ejus Fervor nimius Acidis, & præsertim Austeriusculis compesci quoque possit; Exempli loco esto sequens Apozema.

24. Fol. plantagin. Man. ij  
sempervivi maj.

Acetosella, an Man. j.  
Coq. ex Aq. bordei ad Colat. 3 xx.  
addendo Syr. Iujubini, 3 iii.

Salis petræ purificati. 3 j.  
vel Lap. prunelle, 3 B.  
vel Spir. Nitri, Gutt. xx.

M. F. Apozema.

Hujus haustum medicorem subinde assu-  
mat æger ad quemvis Sanguinis astum ni-  
mium, hinc & subsequentem quamvis Ha-  
morragiam compescendum.

35. Idem Sanguis in effluxu suo si-  
stendus Vasorum apertorum Congluti natione  
per laudatam sèpiùs in superioribus &  
Cap. 9. §. 20. præscriptam Misturam,  
vel similem.

36. Sanguinis Corruptio in Pus, vel Sa-  
niem modis omnibus prævenienda, & im-  
primis per Balsamum Sulphuris Anisatum,  
aliumve

aliumve minimè ingratum: quandoquidem  
hujus ope non tantum impeditur San-  
guinis perversio in Pus, Saniemve, Par-  
tisque Ulceratæ læsio ulterior, verùm pro-  
movetur insuper totalis hujus Curatio, si  
præsertim pro Affectu vehementia vel Ul-  
ceris amplitudine varia ter, quater sèpiùs  
in die usurpetur ad guttam unam, vel duas  
ex cochleari Decocti, Misturæve cujus-  
dam pectoralis, saltem Cerevisiæ Saccha-  
ratae.

37. Sanguis idem in Asperam Pulmo-  
num Arteriam undecunque delatus, ne  
ibidem coaguleatur, hinc & corruptatur,  
mox convenientibus medicamentis servan-  
dus Solvendus, vel uerum Solvendus, Excernen-  
dusque. In quem fine in multis aliis præferen-  
ti sunt, una cum Antimonio Diaphoretico,  
Cancrorum dicti Oculi paucò Aceto stillati-  
tio ex parte saltem soluti & gratis additis as-  
sumpti, postquam omnem hic absolvent  
paginam; Exempli loco sit Formula se-  
quens cochleatim usurpanda.

24. Aq. hyssopi,  
fæniculi, an 3 j  
Vite Matthiol. 3 iij.  
Aceti Sullaritii. 3 B.

Ocul.

Ocul. Cancr. 3*ʒ.*

Antimon. Diaphor. 3*j.*

Syr. capillor. vener. 3*j.* M.

38. Cavendum autem in talibus Misturis  
Oculos Cancrorum Aceto solutorum capi-  
entibus, ne Syrupi ex mucilaginosis paratieis  
addantur, quales sunt de Althaea Fernelii,  
Jujubinus, Violaceus & similes; quoniam  
mox aut paulo post redditur inde mucilag-  
num ad instar spissæ & ad usum ineptæ; quo  
non facile fiet, si ex Aromaticis parati u-  
surpentur Syrupi, ac prælertim satis recen-  
tes, cum multi temporis tractu evadant vi-  
scidiores.

39. Ubi ex Pulmonum Affectu proprio  
Sanguis purus vel in Pus corruptus Tussi  
excernitur, majus urget periculum, quapro-  
pter ad ipsius curationem magis festinat-  
dum, ne procrastinando pereat occasio hic  
aut nullibi præceps; facile namque infici-  
tur & corruptitur, difficuler autem re-  
stauratur ac restituitur singularis Pulmo-  
num substantia.

40. Non desistendum proinde ab usa  
medicamentorum Sanguinis è ruptis Pul-  
monum Vasis effluxum ac corruptionem  
curantium, donec in totum sit sublatum  
malum.

malum: quin imò Auctor sum, ut aliquan-  
diu post curatum ad sensum Affectum per-  
severetur in blandorum medicamentorum  
usurpatione parciore, quo adversus novi  
mali accessum roboretur pars semel affecta,  
ideoque facile iterum afficienda.

41. Quemadmodum verò alias semper,  
sic & hic attendendum sedulò medicamen-  
ta unicuique individuo maximè conducen-  
tia, quo hæc cæteris præferantur, & quan-  
diu prosunt, in eorum assumptione conti-  
nuetur; Quamprimum autem minus pro-  
ficere observantur, alia in eorum locum e-  
runt substituenda, atque sic ægrorum sani-  
tas in modis omnibus promovenda.

42. Sicca Tussis ab Aëre aut Potu frigidis  
orta Curabitur compressa sæpius aliquandiu  
Exspiratione, quo aucto in Pulmonibus &  
Faucibus Calore corrigatur vitium ab ex-  
tero frigore ortum & urgens.

43. Ut enim hoc in genere moneam, non  
parum ad Tussim omnem, ac Sicciam præ-  
sertim compescendam, sed andamque con-  
feret compressus, quandiu licet, Spiritus, &  
simil sic cohomba vi Tussis; qua ratione  
non semel in me, aliisque observavi subla-  
tam in totum, vel diminutam Tussim satis-

alias molestam; quemadmodum ipsum quoque Singultum notavi s̄a penumerò sic curatum.

44. *Humores valde viscīi* quoties Siccā Tussis Causa existunt, potenter Incidentibus continuo quantitate exigua deglutitis emendari solent, accorrigi; Cui usui seruant Trochisci Bechicialbi, Radix Helleni pulvērata & cum Saccharo in Tabella redacta vel Frusta dissecta, &c. si ore continēantur, & continuò saliva solura una cum ipsa in asperam deferantur arteriam.

45. *Catharris salī & acres* Siccām Tussim producentes corrigentur, temperabuntur que toties laudatis à Me Pilulis de Cynoglossa, vel Styrace, &c. non neglectis Purgantibus Hydragogis.

46. *Halitus, Flatus* ve ab Intestino tenui per Lacteas Venas sursum ad Pulmones aſſurgentēs, atque Siccām Tussim concitan- tes ad ejus & sui curam desiderant Medicamenta. 1. Humores tum semper Pituitos & Biliosos, tum aliquando simul Acidos Temperantia, Educentiave. 2. Ipos Halitus, Flatusque Discutientia, vel tam in suo exortu, quam post ipsum eosdem sapientia: Quorum pleraque non semel sunt in superioribus

rioribus proposita, & inter alia Cap. 9. §. 29. *Spiritus Carminativus*, magnarum in hoc Affectu feliciter curando virium.

## CAP. XXIV.

*De Pulmonum Nutritione laſa.*

**H**actenus cum aliis Motum Sanguinis Circularem agnoscētibus estimavi non tantum, ut ab Inspirato Aere alteraretur, verum insuper, ut *Ipsa Pulmones nutritur, propelli in eosdem Sanguinem e dentro Cordis Ventriculo*: Unde sicut soli hunc excipiunt Pulmones Sanguinem, ita solos eo ali putavi, donec anno superiore ex observatione Anatomici soleritissimi & Cadaverum Conditoris eximiī D. Frederici Ruyſch, Medici Hagiensis ſcripto publico *Vulnorum in Vasis Lympathicis & Lacteis Diffusionem, atq; quādum Observations Anatomicas variores continentate patefacta fuerit Arteria ex Aortae Trunko descendente oriunda, & quoniā Bronchiorum divaricationes comitantur, Bronchialis ab Ipo dicta; & si quidem Sanguinem in Ventriculo Cordis Sinistro elaboratū, atq; perfectum ad Pulmo-*

nes deducit, eorundem Nutritioni ab ipso assignata.

2. Quamvis autem, ubi ad hujus Capitis editionem per ventum est, opportunè a superiori gelu debitum adolescentis cadaver in Noscomio publico secundum obtigerit, atque in eo Arteriam prædictam ex laudato Tractatulo diligenter, at sine successu inquisiverim, nolim tamen idcirco Virogregio hic derogare fidem: quin potius doleo, quod paucis post diebus prater omnifas impeditus fuerim a nonnullis R. eip. ob præposteras simultates & alia minus addictis, ac sèpè noxiis, quominus Juvenis ex difficii respiratione extincti cadaver in multorum Studiosorum huic rei per autopsiam cognoscendæ avidè in hiantium gratiam potuerim dissecare, Arteriam nominatam iterato investigare, atque publicè forsitan demonstrare; cum præsertim modum ipsam certius observandi uno verbo mihi aperuisset idem *D. Ruy sch*, ac simul retulisset aliis quoq; non semel idem, quod mihi, contigisse.

3. Sive igitur per solam hanc *Bronchiam*, sive simul per *Pulmonalem Arteriam*, nutritum *Sanguinem* accipient *Pulmones*,

nes, quoties ob vitiata in dextro Cordis Ventriculo Sanguinis Ascendentis, Descendentisque Effervescentiam vitiosus existet Sanguis ex utroque exurgens, *ladeatur* ipsorum *Pulmonum Nutritio*; & quidem citius, facilius atque potentius, quam ulla alia corporis pars, si ex parte saltem nutrientur Sanguine è dextro Cordis ventriculo accidente, quippe qui minus temperatus est altero è sinistro Cordis thalamo effuso, & eb inspirato Aëre plus minus in eisdem temperato.

4. *Ladiunt* autem *Pulmonum Nutritio*

1. quando illa *Diminuitur*, vel *Aboletur*, & ipsi plus, minusve contabescunt. 2. quando ipsa *Depravatur*, & substantiam, insistentiamque acquirunt Pulmones naturali duriorrem, compaciorremve, aut contra molliorem, flaccidioremve, aut etiam inæqualem, &c. vix enim puto, nec nisi rarissime. 3. *Augeri* posse, si propriè loquamur, Pulmonum Nutritionem, quandiu permanet ipsorum Parenchyma laudabile.

5. *Contabescunt* plus minus, & quandoque in alterutro latere, atque in hoc vel illo Lobo Pulmones, vel *Sni*, vel *Sanguinis Puris-ve culpa*.

6. Et *Sanguinis* quidem culpa, quandoi-  
dem *purulentus* existit, maximè in *Pleurite*  
in *Abscessum* abeunte, atque *Pus suum* vel im-  
mediate, vel *Sanguine* mediante *Pulmoni-*  
*bus* communicante: unde tamen non *Pul-*  
*monum* tantum, sed universi corporis sub-  
sequi solet *Tabes*.

7. *Pulmonum* verò culpa continget *Tabe-*  
*bes*, quoties à *causa* *ipsis externas*, vel *internas*  
nepti redduntur *assimilando* *sibi debitis* *Sanguini*  
*affluenti*: quod non semel observavi even-  
ire interne ab *Ulcere*, externe ab *Empyemate*;  
utrobique à *Pure* corrupte non tantum  
*Sanguinem* qualemcunque ad *ipso* delas-  
tum, sed ipsam quoque *ipsorum Substantiam*,  
ut amplius ullo nequeant nutriti.

8. Anno 1662. in dextri lateris *Empy-*  
*emate Aquoso*, ex *Pure* ac *Sero* *Albicante* si-  
mul collectis constante, reperimus in No-  
focomio Academicō *Pulmonem* *dextrum cor-*  
*rugatum*, *livedum*, *flaccidumque*, ac meo qui-  
dem judicio *Tabe* *confectum*: quod am-  
bienti *Aqua* *Purulentæ* adscribendum cen-  
sebam malum.

9. In *Phtisis* non tantum *Pulmones* cor-  
rumpi, ac ideo quoque subinde contabesce-  
re, verum *universum* insuper *Corpus Tabe*  
confi-

confici notissimum, & quidem ob *Sanguinem* itidem ab adjuncto *Pure* corruptum,  
atque Partes omnes paulatim corrupten-  
tem ita, ut naturali Nutritioni perficiendæ  
reddantur inepta.

10. *Depravatur Pulmonum Nutritio* à  
*Sanguine* alterutro, vel utroque *vitiōso*, *vi-*  
*tiosi* talē *Humores* admistos habente; un-  
de raro quidem *Pulmones* tantum, verum  
cetera quoque *Corporis* partes simul affi-  
ciuntur, ac perperam nutritiuntur.

11. Hisce *Causis* nunc à *Bile*, nunc à *Suc-*  
*co Pancreatico*, tunc à *Saliva*, nunc à *Liquore*  
hoc *Ternario* exurgente, nunc à *Chylo*, nunc à  
*Lympha* quovis modo vitiatis, nunc à *Sero*  
in *Renibus* *hand secreto*, verum in *Sanguine*  
præter naturam permanente, & si quæ sunt  
plura, quæ *Sanguinem* vitiare possunt ac sol-  
lent, pendentibus debetur. *Tuberculorum*  
hinc inde in *Pulmonibus* sèpius observato-  
rum exortus. *Substantiaque* *ipsorum* *mollis*  
& *spongiosa* *mutatio* in *Carnosam*, *Oedemato-*  
*sam*, multisque modis *solutio* *duriorem*, *solidi-*  
*orem*, aliterve è naturali consistentia de-  
sciscidentem.

12. *Augeri credendum* *Pulmonum Nutri-*  
*tionem*, quoties iidem consistentiam suam  
M 4 & sub-

& substantiæ modum naturalem servantes  
nimium tamen excrescent, atque Pectoris  
cavatatem ita replent, ut inde impedita po-  
tius, quam difficilis reddatur Inspiratio;  
Cujus rei exemplum semel atque iterum  
post mortem in sectione habui.

13. Auctæ hujus Pulmonum Nutritio-  
nis Causam puto partim Constitutionem ipsorum  
optimam, partim Usum alimentorum pa-  
riendis Pulmonibus maximè aptorum, ac for-  
san Pulmonum ex Junioribus Animalibus  
delectumptorum.

14. Harum omnium Nutritionis Pul-  
monum lœsæ specierum Signa petenda erunt  
ex aliis Functionibus simul lœsis. Et I. ipsius  
quidem plus, minusve Deficientis ex Respira-  
tione modis variis lœsa una cum reliquo corpo-  
ris aliquali sicutem conabescentia ipsi superven-  
iente, ac imprimis post Empyema, vel Ul-  
ceris in Pulmonibus exutatum, adeoque Phthisi-  
sin.

15. II. Depravata Pulmonum Nutritio co-  
gnoscetur partim ex lœsa Respiratione, partim  
ex qualicunque Corporis reliqui Cachexia,  
cujus diversitas Humorem solitariè, aut u-  
na cum aliis peccantem manifestabit.

16. III. Auctam Pulmonum Nutritionem  
signifi-

putamus tum ab *impulsi Sanguinis Copia*,  
tum ab ejusdem mox ab Effervescentia Ra-  
recessentis Ampliudine; *Sinistrum* verò im-  
primis à *Sanguinis servidioris* & adhuc quasi  
bullientis, ut ut in Pulmonibus ab Inspirato-  
Aëre plus minus temperati *Copia*: *Urumq;*  
autem *Coarctari* ex mirè Turbinis ad instar  
conporta musculosa *Cordis substantia cætero-*  
*rum musculorum ritu per Animales Spiritus*  
*fibras ejus replete contracta.*

4. *Arterias* verò *Expandi* censemus à  
*Sanguine Cordis Contractione* in ipsas *Expul-*  
*so*, Easdemque rursus *Constringi* à *Spirituibus*  
*Animalibus* *Fibras* iplarum *annulares* *implen-*  
*tibus*, sicque *Cavitatem* iplarum *Angustan-*  
*tibus*.

5. *Exploratur* autem à Medicis *Pulsus* non  
tamen Corde ipso, quam in *Arteriis*, ac præ-  
sertim *in utroq. Carpo*, ubi sunt Sensu Ta-  
ctus manifestiores: quamvis etiam circa  
*Tempora*, & subinde ad *Collum* observari  
possit Arteriarum *Pulsus*; quemadmodum  
*Cordis Motus*, applicata ejus regioni manu,  
imprimis ubi ejusdem *Palpitatio* urget, non  
satis distinctè ex Arteriarum *Pulsatione* di-  
gnoscenda, vel ubi exiguis, vel nullus senti-  
tur in carpo *Pulsus*.

6. *Primaria* in Carpo explorati *Pulsus* Differentia ad triasumma reduci possunt *Capita*, *Pulsus Robur*, *Magnitudinem ac Frequentiam*. Celeritas enim Pulsui adscripta Mente quidem concipi potest, non item Digitis tangi ac percipi: Durities autem non nisi raro in Pulsu reperitur, ac semper in Statu Præternaturali; cum modo dicta in Naturali quoque ac Non-naturali obseruentur.

7. *Pulsus Rebusus* dicitur, quando vi Tangentis digitos ferit Arteria: *Debilis* vero, quando id leniter ac leviter duntaxat contingit.

8. *Magnus* dicitur *Pulsus*, quando multum & ampio spatio; *Parvus*, quando parum & angusto spatio explicatur Arteria.

9. *Frequens* dicitur *Pulsus*, quando eodem Temporis spatio saepius, quam alias, vel in aliis; *Rarus* vero, quando minus saepe, quam solebat, aut decebat observatur Arteriae expansio & ictus.

10. *Moderatus*, sive *Mediocris* vocatur *Pulsus*, qui medius est inter prædictarum Differentiarum trium extremos.

11. *Robustus* sive *Potens*, *Validusq; Pulsus* debetur *Spiriibus Animalibus copiose* ad musculo-

*sculosum Cordis Parenchyma delatis*, & ipsum validè contrahentibus: unde is nunquam sui ratione existit præternaturalis, aliquando quidem ratione Causæ irritantis.

12. *Debilis Pulsus* sequitur saepius *Spirituum Animalium Defectum Universalem* in corpore universo, *partialem* saltem in ipso Corde; aliquando universi Corporis Segnitiem ac Torporem, sive Immobilitatem.

13. *Spirituum Animalium Defectus Universalis* est cum ob *Sanguinis Defectum* ab ejus effusione ac hemorrhagia notabili, quandoque ab Inedia protracta: tum ob *impeditam in Syncope, Suffocatione hypochondriaca &c.* *Sanguinis Effervescentiam & Rarefactionem*; unde semper cum Parvo Pulsu concurrit *Debilis*: tum ob *Spiritus exhaustos Curis, Inedia, Vigilis, nimiove Corporis Motu aut Agitatione*: tuum ob *male affectum Cerebrum Spirituum secretioni, præparationique adversarium*.

14. *In Corde privatum Deficient Animalis Spiritus*, si Nervi ad ipsum tendentes fuerint vulnerati; nam illos solos, cæteris bene habentib⁹, humiditate quavis transmittendis Spiritibus ineptos reddi posse vix putō.

15. *Segnitiem ac Torporem Spiruum Animalium*

nimalium semper in Somno, vel Sopore ipso  
haud reperiri testatur Motus Animalis So-  
mnambulorum, & Ipse Pulsus in Sopore  
gravi non raro valdè Robustus: unde patet  
*Narcotica*, qua talia, non tam *Spiritus Ani-*  
*mali* forsan, vel omnes ex aequo *Nervos*, quam  
*Sensuum Externorum Organa*, vel *Nervos* ad  
ipsa tendentes afficere.

16. Semper autem in Motu Animali se-  
gnities ac Torpor deprehenditur à Gelu ac  
quovis vehementi Aeris, Aquæ, aliorumque  
frigore; quamvis dubitare liceat, an Ipsi  
Animales Spiritus verè ac per se, an Muscu-  
li potius afficiantur tunc à frigore; post  
quam (nisi Causa ejus fuerit extrema) Cor-  
poris agitatione vehementi præveniri aut  
etiam superari potest ille Partium secundum  
Motum Torpor, quod fieri non posset, si  
Torpor ipsos occupasset Spiritus; quibus  
existentibus mobilibus & Animæ imperio  
subjectis à Torpore liberabuntur facilius i-  
psi Musculi per affluxum eorundem ad ipsos  
solito copioso rem.

17. *Pulsus Magnus* sequitur *Sanguinis Ra-*  
*refactionem amplam, plenamq<sup>3</sup>,* concurrente  
*Arteriarum Mollitie.*

18. *Parvus* verò *Pulsus* contingit, tum ob  
*Sanguin*

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 285  
*Sanguinis Rarefactionem exigua*, tum ob  
*Arteria Duritiem*, propter quam multum  
expandi nequit.

19. *Frequens Pulsus* agnoscit pro Causa  
vel summam *Sanguinis Rarefactionem*, ita ut  
sola Pulsus Magnitudine satis excipi ne-  
queat; vel in *Mediocri Sanguinis Rarefactio-*  
*ne Arteria Duritiem*; unde ibi Frequenti  
Pulsus conjunctus est Magnus, hic Parvus;  
vel quidvis altud *Cor ad sui Contractionem cre-*  
*bro vellicans*.

20. *Rarus* denique *Pulsus* accedit ob exi-  
guam, lentamque *Sanguinis Rarefactionem*.

21. *Animalium Spirituum Copia* sequitur  
*Alimentorum Spiritu Volatili abundantium*  
*Usum legitimum*, ac eorundem tum *Fermen-*  
*tationem* in *Ventriculo*, tum *Secretionem* in  
*Intestinis*, tum *Effervescentiam* in corde, tum  
præsertim, præter aliorum *Humorum* o-  
mnium *Productiones laudabiles*, *Partis maxi-*  
*mè Spirituosa Separationem* in *Cerebro* ac  
*Cerebello integras*: quemadmodum Eo-  
rundem *Defectus* præterea, quæ §. 13. & 14.  
diximus, omnia in modo dictis contraria; sicut  
ex nominatarum Functionum Læsarum tra-  
statione patet.

22. *Sanguis multum Rarifit*, quando is  
landa-

laudabilis existit, excitaturque in Corde, dum Effervescit, *Ignis porens*: qui tamen, quando *Nimius* existit, plus satis, adeo que male Rarefit Sanguis, uti solet in Ardentibus evenire Febribus.

23. *Minus*, Parumve Rarefit Sanguis, quando Is est ad rarescendum ineptior, atque solito aut fluidior, aut viscidior; vel *Ienis* excitatur in Corde *Parcitur*, Sanguinique sufficienter rarefaciendo impar.

24. *Arteriarum Durities Naturalis* adscribenda *Tunicarum Crassitie*; quemadmodum *Præternaturalis* adscribi solet vulgo *Membranarum Inflammationi*.

25. Plurimum ac subito Rarefit sanguis, quoties tum ipsus est ad rarescendum aptior, tum in ipso & Corde *Ignis ascendit*, *acrior*.

26. *Ad Sui Contractionem* *Crebro* vel continuo *vellicatur Cor*, tum à quocunque Aeri una cum Sanguine ad Ipsum delato, sive illud sit *Acidum*, sive *Salum lixivum*, sive ex utroque mixtum, quale *Salsum* est *Muriaticum*; tum à quocunque *Halituso* vel *Flatulento* in Cordis Ventriculos penetrante, ipsumque *Parietes aliquantum*, non tamen nimium explicante, & ita quidem, ut iterum

que-

queant contrahi; tum ab *Re Cordi externa*, in Pericardio puta contenta, ipsumque *rodentie* aut *pungente*. Sic offendim⁹ ante trienium in Pericardio Humorem *Salsum* & *Acrem*, à quo tam Pericardii, quam *Cordis Membrana* erat erosa, excoriataque.

27. *Exigua, Lentaque Sanguinis Rarefactione* debetur vel *Ipsius Visciditati excedentia*, vel *Ignis parcus in Sanguinis utriusque confluxu erumpens*, vel *Utrique* simul concurrenti. Vix enim unquam fiet, ut *Sanguine Universo* existente aliquandiu *Viscidore*, *Bilis*, aut *Lympha* sint valde acres; nisi ratione *Diaœ*, ac præseruimus *Alimentorum modo* *Bilis* producatur *Acrior*, modo *Lympha*, *Succusque Pancreaticus Acidior*; modo *Saliva*, & *Pituita* *viscidior*: quod facile contingit, ubi multifariis utuntur homines *Alimenti*, nunc uni, mox alii *Humori* pravo generando aptis; & insuper *Aërem* usurpat nunc æstuantem mox gelidum; ac præterea immoderati sunt in *Corporis, Animique* sui *Motibus*, &c.

28. Quomodo enumeratis *Pulsus laesissimis* *Successu* debeat, non difficile erit ex passim propositis concludere.

29. Sic cæteræ *Pulsuum laesorum Inequalium* puta

puta, *Intermittentium* ac *similium Differentiae*, *Causaq;* non ita difficulter ex jam dictis eruentur.

30. Alias autem, si Deus volet, in secunda nempe Opusculi hujus Editione hæc omnia examinabimus, explicabimusque accuratius, & notabili auctario ditabimus, jam verò ad Affectus læsi, variis modis *Pulsus* consequarios, comitesve festinamus.

### CAP. XXVII.

#### *De Febribus in Genere.*

1. **S**i quod in Affectuum latentium, aut controversorum natura investiganda omnino fieri oporteret Præticorum morem, atque Signa, ex quibus de *Febris* præsentia Ipsi & Alii omnes concludere solent, observemus, facile patebit ex Solo *Pulsu* præter naturam Frequentiore Ipos Febrem arguere. Ubi autem *Febris* species certa determinanda & ab aliis est distinguenda, tunc ad plura *Signa* ipsos simul attendere, quis nisi planè hospes in praxi nescit?

2. Ne autem (quæ binis de Febribus Disquisitionibus publici juris, jam fecimus, atque huic Libro, vel alii subjicimus) inutiliter hic repetamus, *ex Pulsu* præter natu-

ram Frequentioris Causis variis modo vario agentibus varias rimabimur *Februm* multiarum Species ac *Differentias*, quemadmodum ex praxi quotidiana petitas, ita denuò ad eandem praxin directas.

3. *Pulsus ergò præter naturam Frequentioris*, conjunctum neinpe, aut mox accedente corporis molestiam, Doloremve notabilem, Functionisque adeò alicujus ad Vitæ Naturalis beatitudinem requisitæ Labefactionem habentis, *Causa* est vel I. *Nimia*, permanensque *Sanguinis Rarefaction*, ab Igne potentiore ex utriusq; *Sanguinis Effervescentia* erumpente facta.

4. Vel II. *Quodlibet Acre*, nunc *Acidum*, nunc *Laxivo-Salsum*, nunc *Muriatico-Salsum* per Venas una cum Sanguine ad Cor propullum, atque Internè Cordis Paranchyma mordicans.

5. Vel III. *Quodlibet Halituoso-Flatulentum*, itidem cum Sanguine ad Cor delatum, aut ex ejusdem in Corde Effervescentia excitatum, atque Cordis Ventriculorum Explanationem augens.

6. Vel IV. *Quodlibet Acre Durumve aut in Pericardio, aut alibi existens, atque Cor externè rödens aut pungens.*

7. Observandum porrò *Pulsus præternaturam Frequentioris Causas*, nunc continuò, nunc per intervalla duntaxat, eaque nunc ordinata, certaque, nunc inordinata, incertaque, Cor afficere: Unde maximè notabilis pendet *Februm in Continuas, & Intermittentes Distinctio ac Divisio.*

8. *Continua* dicitur *Febris*, quæ à primo invasionis suæ momento permanet usque ad ultimum durationis suæ momentum, ac integrum sui cessationem.

9. *Continua Febris*, quoties blandior uno duntaxat durat die, *Diarii, Epichemeraque* vocatur; quemadmodum *Diaria plurium dieorum*, sive *Synochus non purus*, quoties ipsa itidem blandior per paucos, tres, quatuorve continuatur dies.

10. *Intermittens* autem dicitur *Febris*, qua post intervalla nunc breviora, nunc longiora diversis reddit Paroxysmis.

11. Unde pro *Singulorum Accessuum & Paroxysmorum Intersticio diverso Eadem nomina quoque sortitur diversa*. Nam si quotidie novus redeat Paroxysmus præcedenti proportione respondens, dicitur *Quotidiana*; Sin' hoc alternis tantum contingat diebus, *Tertiana*; Sin' post duos demum intermissiones,

missionis dies revertantur paroxysmi, *Quartana*, & sic porrò. Quamvis rarius observentur *Quintana, Sextana, &c.* observantur tamen aliquando.

12. Præter has binas primarias *Februm Species* occurrit adhuc alia ex utraq[ue] mixta vel *composita*, & *Continua* quidem, *Exacerbationes* tamen aliquas, & rursum *Remissiones* habens, & quidem nunc quolibet, nunc tertio, nunc quarto demum die, unde *Febris* ista merito vel *Quotidiana-Continua*, vel *Tertiana-Continua*, vel *Quartana-Continua* nuncupatur.

13. Observantur insuper *Febres ex pluribus Intermittentibus multipliciter composta*. Tales sunt I. *Quotidianæ Duplices, Triplices* ve, quoties eodem die duo, tresve sibi proportione varia successivè respondentes producuntur paroxysmi.

14. Tales sunt II. *Tertianæ Duplices, Triplices* ve ex duabus, tribusve *Tertianis constantes*, sive in *Duplici* eodem die bini, aut alternis diebus singuli revertantur paroxysmi; sive in *Tertiana Triplici* uno die bini, altero unus, aut quandoque uno die Terni, altero nullus infestent paroxysmi.

15. Distinguitur autem à *Quotidiana* N 2 Du-

Duplex Tertiana diversis repetens diebus, tum ratione temporis invasionis, tum ratione durationis, tum ratione comitum Symptomatum. Quoties namque horum omnium ratione Paroxysmus Primus respondet Tertio, & hic Quinto; Secundus verò Quarto, & hic Sexto, & sic porrò, Tertianam Duplicem adesse concludim<sup>9</sup>; Quotidianam verò Simplicem, quoties Paroxysmus Primus respondet Secundo, hic Tertio & sic porrò.

16. Arguitur quoque Duplex Tertiana, quoties præcessit Tertiana Simplex, alternis repetens diebus: quæ si postea redeat quotidie, omnino erit habenda pro Duplici Tertiana, non item pro Simplici Quotidiana.

17. Novi non deesse Magnos Medicos, qui omnes Quotidianas negant Febres, & tantum Tertianas Duplices, Quartanasve Triplices admittunt, & quidem, quantum Ego saltem judicare valeo, magis ex Præjudicio, quam Experientia certa, vel Ratiocinatione cogente: quas si quis attenta Mente consulat, non video, quo jure tolli possint è Cæterarum numero Febres Quotidianæ; sicut id clarius patebit, ubi de Febris Intermittentibus Causis Cogitationes nostras proposuerimus.

18. Ta-

18. Tales ex Intermittentibus Febris Compositæ sunt III. *Quartana Duplices*, *Triplicesve*. Contingit enim aliquando, ut Æger uno tantum die imminutus sit à Febre, ac binis sequentibus novos patiatur paroxysmos: atq; tunc de Quartana Duplicinulum est dubium.

19. Sed contingit quoque, ut quotidie novus revertatur paroxysmus, ita tamen, ut Primus respondeat Quarto, & hic Septimo; Secundus verò Quinto, & hic Octavo; Tertius denique Sexto, & hic nono, & sic porrò; velut ex Quartana Simplici producta sit Duplex, atque tandem ex Duplici Triplex, unde itidem facile distinguitur à Quotidianâ Simplici, vel Tertiana Duplici.

Cujus Confirmatio habetur nonnunquam ex ipsius Cura, si nempe unus paroxysmus primum tollatur, atque tunc binis consequentibus diebus revertantur adhuc paroxysmi, uno interposito intermissionis die: aut si duo tollantur paroxysmi, uno duntaxat remanēt, atq; quarto quovis die revertente. Ut nunc sileam alia symptomata Febris Quartanis magis propria, nec nisi raro in Tertianis, vel Quotidianis observabilia, & quidem tunc ferè, ubi ad Quartanarū naturam & typum vergunt. N 3 20. Præ-

20. Præter has Febres intermitentes ordinatas, definitoque tempore ut plurimum, nisi aliquod in Diæta committatur erratum, vel aliquod usurpatum fuerit Medicamentum, recurrentes, observantur & aliae satis frequenter nunc hoc, nunc alio & planè incerto tempore redeentes, & afflgentes, quas proinde Inordinatas & Vagæ quis haud ineptè posset nominare.

21. Quamvis autem cum majore aut minore Frigoris Sensu pleræque soleant Ægros invadere Febres, succedente illi Calore muncleviore, nunc graviore; non desunt tamen, quas solum Frigus, solusve Calor, aut neutrum tam Ægorum, quam Medicorum, vel Adstantium Sensu manifestum comiteatur: ne quis putet Febris omnis efficiam in Calore præter naturam in Corde aut in hinc per universum corpus diffuso, sicut vulgo dicitur, *Confidere.*

22. Continuarum quidem Februm Causam Continuam, hoc est, continuo ad Cor delatam requiri; uti contra Intermittentium Causam non continuo, sed per Intervalla duntaxate eo delatam, ideoque in motu suo ad Cor impediri aptam nemo negabit, qui tum Corporis Continentis fabricam & vias,

Sive

sive Vasa, tum Corporis Contenti, hoc est, Sanguinis aliorumque Humorum naturalē Motum mente attenta expenderit accuratè.

23. Cum inter pluri<sup>m</sup>a Februm multifariarū Symptoma merito tanquam primaria & frequentiora numerentur Frigus & Calor, inquirendum seduloin maxime probabiles sint, hinc & in Continua: i post superarum primum Frigus Caloris; aut per intervalla recurrentia tum Frigoris, tum Caloris; aut exacerbati duntaxat diverso & slato tempore Caloris Causas: His enim perspectis, determinatisque non erit forsitan valde arduum Febres diversissimas licet explicare, atque ab infinitis penè difficultatibus à quovis movendis animum veritatis avidum extricare.

24. Ut proinde, missis aliorum de hac re Opinioribus, (unicuique namque suam probandam censeo) quod mihi etiam nunc verum videtur, paucis proferam, existimo I. Februm Continuarum omnium Causam esse Bilem, aut Lympham (sub qua Succum Pancreaticum, Ipsamq; adeò Salivam comprehendo, quatenus cum Ipsa deferuntur ad Cor) aut Ultramque vitiosam, & in dextro Cordis Ventriculo Effervescentiam talem excitantem, unde continuo Pulsus producatur frequentior.

N 4

25. Fri-

25. Frigus autem, si à Bile sola primario vitiata pendeat Febris Continua, circa pri-  
mam invasionem observabile ad eadem deduc-  
co Bile vitiosa, & una cum Succo Pancreatico  
vitiōsam in tenui Intestino Effervescentiam  
excitante, & quidem talem, ut *Halitus aci-*  
*diusculi* à dicto Succo attollantur & mox  
quaquaversum propulsi Frigus leve ubique  
patiant, quod tamen paulò post Calorem ab ea-  
dem Bile ad Cor delata productio cedat.

26. Sin' à *Lympha sola* primario vitiata pendeat Febris Continua, cum male affectas consequatur illa tum *Glandulas Conglobatas*, tum ex parte quoque *Glandulas Conglome-*  
*ratas*, ipsumque adeo *Panreas*, quid minum  
si hujus *Succus aliquanto* factus audior vitiō-  
sam producat in tenui Intestino cum Bile Ef-  
fervescentiam, simulque *Halitus* promat <sup>AE M</sup>  
*cidiusculos*, qui per Universum Corpus di-  
spersi ubique Frigoris sensum excitant pro vi-  
tio suo majore aut minore diversum?

27. Sin' tum à Bile, tum à *Lympha* simul vitiatis pendeat Febris Continua, ex memo-  
ratis Causis conjunctis producetur Frigus cir-  
ca ejus initia *Ægros* infestans.

28. Post præcedens Frigus aliquando,  
gravius, aliquando levius solet in Febris

Con-

Continuis plerisque subsequi Calor, isque lon-  
gè major, & molestior à Bile sola primario pec-  
cante, à qua proinde ortum habent Febres  
Ardentes dictæ; longè verò minor & blan-  
diores quandoq; Nullus à *Lympha sola* prima-  
rio peccante, imprimis quoties multa simul in  
Ægris redundat Pituita, quibus adscribi de-  
bent Febres *Algide*; denique modo medio se-  
babens Calor, ab ultraque simul vitiata, seque-  
quodammodo vicissim temperante.

29. Quoties *Lympha* vitiatur, & *Glan-*  
*dula in Cerebro* existentes simul valde effici-  
untur, solet ( si propriam Vocabulorum si-  
gnificationem sequamur) primum *Gravedo*,  
id est, Dolor Gravatus in Capite excitari,  
& paulò post tum quandoque *Coryza*, ubi  
ad Nares; tum quandoque *Raucedo vel Tufsis*, ubi ad Fauces vel Pulmones distillat de-  
labens à Cerebro liquor, *Catharri* nomine  
notus; à quo tunc comites *Febres* nominari  
solent *Catharrales*.

30. II. *Februm Intermittentum omnium*  
*Causam* esse puro *Succum Pancreatum ali-*  
*quasi parte in uno pluribusve Pancreatis Du-*  
*ilibus lateralibus obstrutis stagnarem*, ac  
mora sua ibi acriorem factum, atque *acri-*  
*monia ista acida per Pituitam plus, minusve*

N. 5

visci-

viscidam & notatae obstructionis Causam via vi parata penetrantem ac in tenui Intestinum effusum, vitirosamq; ibi cum Bile atq; Punita Effervescentiam excitantem, ac in paroxysmi quidem principio Frigus diversum, aliquando gravius, aliquando levius, aliquando diuturnius, aliquando brevius producentem, donec tandem (ubi ejus præternaturam retenti ac ideò vitiari nil amplius affluit) superetur idem vicissim (quod plerunque fieri solet) à Bile, partim prius compressa & quasi suppressa, nunc denudo sibi redditæ, partim continuè allabente; unde citius, tardiusve Mixtura ex Utroq; ac Pituita exurgens, & ad dextrum Cordis Ventriculū delata subsequentis Caloris aliquando majoris, aliquando minoris, aliquando nullius Causa existit, prout variè se habet ad Succum Pancreaticum semper tunc ex parte saltem viariatum Bilis & Pituita.

31. III. Febrinum ex Continuis ac Intermittentibus compositarum, atque non plane Intermittentium, verum Remittentium duntaxat rursusque exacerbatarum Causam censeo utramque utriusque jam memoratam Causam simul concurrentem.

32. IV. Febrinum Continuarum & Blandorum

rum quidem, interim Duabus circiter post alimenta quevis assumpta horis exacerbatarum (quas Helvetica vocare solent) Causam existimo imprimis Salivam propter affectas Glanulas plures simul vitirosam, & vitioso Chylansam præbentem; à quo ad Cor sic delato Effervescentia læsa quam prius frequentior adhuc excitetur Pulsus.

33. Quemadmodum autem Frigus omnem in Febris quibusvis deducendum judico partim ac imprimis à Succo Pancreatico, qua acido, & forte aliquando etiam à Lympha, itidem acidiore existente; partim à Pituita vel insipida, vel acida: Sic Calorem omnem acceptum puto ferendum Bili ratione sui tum Salis lixivio, tum Olei; Oleum namq; aptum est longum suscipere, ipsamque conservare: Acidum contra eundem extinguere, Oleumq; ab Igne Rarefactum denudo condensare; Salum vero lixivium Oleo præserum junctum, quoties cum Acido effervescit, Calorem notabilem producere. Atq; sic, ubi omnia moderata sunt & proportionem servant requisitam, modumque debitum, conservatur per pugnam illam amicam in Sanguine universalis Ignis vitalis; augetur vero, quoties dominum habet Bilis multū salsa & oleosam minuitur contra

contra quoties vis *Acidi* major est; extinguitur deniq; idem, ubi *extremus excessus* est in *Subcontrario*rum illorum alterutro vel utroq.

34. In genere *Curabitur Febris* vel I. *Condensando Sanguinem* nimis rarescente, & *compescendo Sanguinis Effervescentiam* nimiam.

35. Vel II. *Temperando Acre quodvis vel Acidum*, vel *Salsum lixivium* in *Huinoribus* repertum & ad *Cor delatum*.

36. Vel III. *Discutiendo omne Halitumosum Flatulentum*, ejusve ortum præveniendo.

37. Vel IV. *Demendo Acre orme forinsecus Cor vellicans*.

38. Inter *Symptomata Febrium* magis frequentia & primaria *Frigus* corrigitur medicamentis *Acidum temperanibus* & *Pituitam Insipidam* emendantibus; *Calor* vero medicamentis *Salem lixivium demulcentibus* & *Oleum condensantibus*.

39. *Obstructio Ductuum Pancreatis* Curiabitur solvendo, loco saltem præternaturali removendo *Pituitam viscidam*, eandemque educendo per *Vomitum*, *Alvum*, *Urinas* vel *Sudores*.

40. Quibus autem mediis ac remediiis hæc omnia præstari queant, ex jam supradictis colligere non erit difficile, magisque adhuc

adhuc parebit ex peculiari variarum Febris specierum Curatione in sequentibus proponenda.

## CAP. XXVIII. De Febre Diaria.

I. **N**E Tyrones in *Classicorum Auctorum* lectione occupatos videamus magis confundere, quam juvare, libet Variarum Febritum Species, prout vulgo distinguuntur & proponuntur, ordine tractare.

2. A *Diaria* proinde faciemus initium, quæ aut unius est diei, & vix quatuor & viginti horarum spatio durat, *Ephemera* dicta; aut per duos, tres, quatuorve dies durat, *Plurimum dierum Diaria*, tum *Synochus simplex pura*, vel *non purida* quibusdam vocata.

3. Solet *Diaria* cum *levi horrore* comitans, aut prægressum Frigusculum testante aliquando incipere; aliquando *sine ipso*, & imprimis, quando universum corpus à *Re Non-naturali* dicta sensim eousque *incaluit*, ut tandem excitetur *Febricula*, in qua tunc non tam incipit *Calor* in Corde & Sanguine augeri, quam ex *Non-naturali* antiore degenerare in *Præternaturalem*, qui præterea *Funcliones*

*Etiones alias lēdat, & Pulsū Naturali Frequentiōrem, sublataque, moderatave licet ipsius Causa solito tamen diutius cum majore, minoreve laborantis molestia permanentem producat.*

4. *Calor* in Diaria Horrorem excipiens, aut sine ipso quovis modo excitatus nec intermittere, nec ullis paroxysmis novis exacerbari solet, verum continuus ad furem usque perseverare, atque in Ephemera, ut & Homotono sive Acmaistica Synocho dicta in eodem ferè gradu permantere; sicut in Paracmaistica sensim decrescere in Epacmaistica vero perpetim accrescere, donec tandem paulatim rursum desinat.

5. *Calor* idem in Ephemera misis est, blandusque & halitusosus, cutē molli & humecta permanente: in Synocho aliquantō major, non tamen acris, ubi Sanguis, ceterique Humores existunt temperati; acrīor verò, ubi Sanguis ob Bilem, Lymphamve naturali paulo acriorem occurrit acrīor, ad Putridarum dictarum naturam & morem tantillum deflectens.

6. *Diariarum Febrium omnium Causa* sunt Sex res Non-naturales dictæ vitiose usurpate, ideoque mox manifestæ.

7. Sym-

7. *Symptomata præter Pulsū Frequentiōrem* in Febribus Diariis observabilia pro Causarum notatarum Solitariarum aut Copularum diversitate occurunt diversa.

8. Nam ubi à Solo Aēris vel Soli, vel Ignis, vel Balneo adscribendo estu excitatur Diaria, nullus observatur Horror, quin solum *Calor*, isque paulatim magis, magisq; in corpore auctus, donec tandem præternaturalis factus non tantum *Pulsū* solito *Majore* ac *Frequentiore*, verū *Capitis quoq; Dolore*, ac *Pulsatione*, similibusve Symptomatis mox recensendis *Febris præsentiam* testetur.

9. Quod si Corpori quavis de causa abstanti superveniat Aēris, alterius rei Frigus, unde Diaria Febris excitetur, Horror levius præcedet mox secuturum *Calorem auctiōrem*; atq; tunc in principio quidem *Pulsus* erit *parvus*, mox vero *major*, & utriq; conjunctus *frequentior*, accedentibus aliis quoque Symptomatis.

10. Sic ubi à Potu generoso, id est multum spirituoso, & imprimis Aromatico nimia quantitate assumpto excitatur Diaria Febris, vix unquam Horror præcedet *Calorem continuo auctum*, tandemque præternaturalē

ac Febrilem factum, nec tantum *Pulsu Majore* ac *Frequentiore*, verum *Calore insuper molesto*. aliisque *Symptomatis* manifestum.

11. Ubi à *animia Corporis* agitatione, defatigatione ac *Motu vehementiore* pròducitur *Diaria Febris*, *Pulsus* non tantum *Frequentior*, sed *insuper Debilis* præter *universalē* ac *molestam totius corporis lassitudinem* observatur.

12. Ubiverò *Animi Affectibus* sive *Motibus* debita *Diaria Febris* pro Causa sua iram agnoscit, tunc non tantum *Frequentior & Major*, sed *insuper Inequalis & turbatus* occurrit *Pulsus*; quemadmodum, ubi à *suddeno Mæmore* producta est ipsa, idem existit *Parvus, Debilis & Inequalis*, atque circa initium accessus *Rarus*, & paulò post *Frequentior*, utrobius cum *Calore acriore, Cutisq. leuis ariditate*.

13. Ubi à *Vigilius protractis*, atque *Solitudinibus* oritur *Diaria Febris*, Comes solet adesse *Pulsus Frequens, Parvus, ac Debilis*, cum *Calore corporis aridore, Capitisq. Dolore* nunc *Gravativo*, nunc *Vacuitatis aut Inanitatis Sensum* præ seferente.

14. *Omnia Febrium Diariarum Symptoma-*  
ta pro memoratarum *Causarum, Corporisq.*  
*tum Continens, tum præsertim Contentis, hoc*  
*est,*

est, *Humorum multifariorum constitutione variā* non parum solent variare.

15. Sunt autem *Symptomata in Febribus Diariis frequentissima, Horror levis præcedens, Calor aliquantò gravior subsequens. Sitis nunc major, nunc minor. Aliquando Osis amaritudo manifesta, aliquando nulla. Corporis universi, ac præsertim *Artuum Inquietudo, & Lassitudo plus, minusve molesta. Capitis Dolor cum Pulsatione notabilis gravis. Vigilia protractæ, Somnusve profundior. Respiratio concitator. Pulsus Frequentior, & simul aliquando Major & satis Robustus, aliquando Minor & Debilis: raro Inequalis Venerurgidule, Cutis plerumq; mollis & matida, rarius durior & aridior. Facies rubens, tumensq;. Urina in Ephemera vix à statu naturali mutantæ; in plurimum dierū Diaria colore magis rubeo tinctæ. Sudor aliquando citius aliquando serius erumpens, nec graveolens, nec ægro molestus; raro nullus.**

16. *Periculosa ex sui natura non est Diaria Febris, unde nunc sponte cum Sudore aut madore ut plurimum terminatur, nunc arte facilis superatur: Periculum autem metendum vel ob vitiosam Corporis affecti, Contenti præsertim Constitutionem, propter quam in alias,*

alias tum *Putridas* dictas, tum *Hecticam* degenerare potest; vel ob *commixsum novum* illa durante in aliqua *Dietæ* parte, aut *Medicamentis erratum*, propter quod itidem mutari potest in notatas *Februm aliarum* species, aliosve *Affectus* graviores.

17. *Difficilis non est Diariarum Februm Curatio*, cum pleræque *sponte Sudore solvantur*: Ubitamen ad Curam vocatur Medicus, quemadmodum aliás semper, ita hīc quoque *varianda Curatio secundum Causarum varietatem*; *Corporis tam Continentia*, quam *præsertim contenti constitutionem varians ipsa que Symptomata præ aliis urgenter*.

18. Ubi proinde *Aëre* est illam produxit solus; idem cum temperatore mutantus, temperandus saltē *Aqua frigida* vel *Aceto* in pavimentum effusis, *Plantis & Aquosis & Acidis*, *Lactuca*, *Acetosa*, *Vitium foliis &c. per ægrotantis cubiculum dispersis*: *Febricitantiverò simul fitienti Julapium* sequens aut simile per intervalla sumendum præscribatur.

*24. Aq. Card. bened.* 3 iv.

*Aceto/a*, 3 ij.

*Syr. papav. errat.* 3 j.

*Spir. Nuri*, Gutt vj, M.

Maneat *Æger* moderatè tectus ad Sudorem blande promovendum, Febremque simul tollendam.

19. Si *aestuanti Corpori* supervenerit *Aëris*, alteriusve rei *Frigus*, atque hujus ratione metuatur securita forsan levior, praviorve alicubi in *Vasis Obstructio*, *Contentorumque Stagnatio*, hinc & alia mala graviora, prædicto Julapio admisceri poterit utiliter *Salis volatilis* & *cornu cervi*, *sale Armoniaco*, aliosve similibus parati *Sirupulus unus*, & idem partitis vicibus usurpari.

20. Si à *Poto Generoso* largius hausto excitata fuerit *Febris Diaria*, Curatio instituenda per *Potum Acidiusculum*, *Julapium* modo præscriptum, aut sequentem *Rosarium Tincturam*, quæ

*24. Ag. Hordei*, 3 xxx.  
*rosacea*, 3 ij.

*Florum Ros. rubr. sicc.* 3 j.

*Ol. sulphur.* per camp. parati q. f. ad acidiatam gratam.

*Infundantur in Vase vitro clauso & in loco calente ad Tinctura eleganter rubentis extractionem.* Colatura addere

*Syr. jujubini*, 3 iii.

M,

Hujus

Hujus Tincturæ gratissimæ usu moderato  
Æstus præter naturam in Sanguine, univer-  
soque Corpore productus, Paulatim com-  
pescetur, Febrisque ipsi conjuncta cito &  
jucunde tolletur.

21. Si à animo Corporis Motu ac Defati-  
gatione excitata fuerit Febris Diaria, Spir-  
ituoso Potu reparandi sunt Spiritus & Animales  
plus satis consumpti, ita tamen, ut conjunctus  
Corpori Æstus non augearur, sed potius  
simul minuatur. In hunc finem Mixturam  
laudo sequentem cochleatim per intervalla  
brevia usurpandam.

22. Aq. fl. Tilia,  
betonicae  
fæniculi, an 3 ij.

Spir. Vinirestificas.  
vel Aq. Vita Matthiol. 3 i. b.

Spir. Salis dulcis, 3 j.  
Iulap. rosat. 3 j. M.

22. Ubi ab ira vehementiore excitata est  
Diaria Febris, præter illa, quæ Animum  
præstant serenum, sequentem commendo  
Mixturam, quæ Bilem simul commotam &  
acriorem factam corriget, ac Æstum Febri-  
lem ab Ipsa pendente compescet; si subin-  
de cochleatim assumatur.

23. Aq plantagin.

Lactuca,  
Acetosæ, an. 3 j.

Cinamom. 3 b.

Spir. Salis dulcis, 3 b.

Syr. diaconii, 3 j. M.

23. Quod si permaneat Mentis Com-  
motio vehemens, utile erit Laudani Opiati,  
Granaij. vel iij. prædictæ Mixturæ addere,  
quo ad Somnum Corpus, & ad Tranqui-  
llitatem Mens citius reducatur.

24. Ubi contra à subitanæ & gravi Ma-  
rore orta est Diaria Febris, ad ejus Curati-  
onem una cum salutaribus Animo solando  
ac erigendo aptis consiliis sequentem laudo  
Mixturam, quæ Succum Austerum in omni  
Merore gravi productum vel auctum e-  
mendare solet, simulque vitiatam tunc ac  
Febrilem in Corde Sanguinis Effervescent-  
iam redintegrare.

25. Aq. puliegis,

fæniculi, an. 3 ij.

Spir. Carmin. nostri,

vel Aq. vita Matthiol. 3 b.

Laud. opiat. gr. ij.

Spir. sive Salis volat. è sale

Armoniac. 3 j.

Syr. fæniculi, 3 j. M.

Exhibetur sèpius ejus Cochleare unum, donec Somnus obrepatur, melius saltem habeat Æger, minusque angatur circa præcordia, ubi semper in Mœrore gravianxietates urgere solent inexplicabiles.

25. Ubi à Vigiliis protractis oritur Dia-  
ria Febris, ad ejus Curationem promoven-  
dus blande Somnus, tum removendo Vig-  
iliarum Causas, tum disponendo Corpus ad  
Sommum capessendum per Emulsionem  
hanc vel similem.

26. Hordei mund. ad crepaturam  
cocti, 3 i. β.

Sem. papav. alb. 3 β.  
Cum ejusdem hordei decocto

F. Emulſio ad 3 xv.

addendo Syr. papav. albi, 3 j.

Aq. fæniculi, vel

Rosac. 3 i. β. M.

Hujus Emulsionis haustulum bibat sèpius Febris, donec Somnum experiatur. Qui si ne sic quidem accedat, eidem Emulsioni Laudani Opiati Grana ij. vel iiij. tuto addentur, atque tunc Somnus facilius & potentius producetur; quo accedente absti-

abstinendum est ab ulteriore Emulsionis usu, nisi eodem mox interrupto necessitas redeat eadem amplius utendi.

26. Ubi à Solicitudine Animum ro-  
dente, ac præter Vigilias, cunctos fere  
Humores Acriores redditente Diaria, in a-  
liam brevi degeneratura, excitatur Fe-  
bris, quam in Animi Mœrore Diariam  
producentे exhibui Mixturam, in hac  
quoque curanda Febre Tyronibus com-  
mendo.

27. Pro Humorū in quovis Diaria Fe-  
bre laborante occurrentium varietate vari-  
andam quoque illius Curationem non sine  
causa monimus §. 17.

28. Ubi proinde Sanguinis Plethora  
in tali Febriente observatur, consultum  
est Venamox aperta ejus tantum educere,  
quantum sine noxa vel Animi deliquio de-  
min potest. Quamvis enim non semper male  
cessit Sanguinis missio ad deliquium Animi  
facta, quoniam tamen aliquando & satis sæ-  
pe mala plurima non nullis ægris attulit ma-  
gna ejus evacuatio confertim facta, præfero  
semper iteratam ipsius diminutionē mino-  
rem, ubi res ac necessitas desiderat eodem  
quandoq; die institutam: ne dum cito curare  
volu-

volumus, non satis tuto curemus; postquam sat cito, si sat bene, & sat tuto: quam observationem unice commendo Medicis junioribus.

29. Parum autem videtur referre, an in *Brachio*, vel *Mano*, an in *Pede*, an in hac vel illa *Vena* instituatur Sectio; nisi forsitan *Egris* unus locus præferatur alteri: vel in *Fa-*  
*minis* propter *Fluxum Menstruum* aut instan-  
tem, aut impeditum una pars soligenda in  
præ altera; & Una *Vena* aperi possit tu-  
tius, faciliusve altera: quæ omnia ubique  
velim à Medicis & Chirurgis accurate ob-  
servari

30. Ubi *Copiosa* est in *Corpo*re *Bilis Chro-*  
*lagogo* blando tuto minuetur, ac præsertim  
Apozematis vel Julapii laxantis forma, ad-  
ditis, quæ Febrilem æstum simul temperent.  
Ex. gr.

*24. Rad. Cichorei, 3 j.*

*Taraxaci cum toto, Man. ij.*

*Fol. Acetosa, Man. j.*

*Tamarindor. 3 i b.*

*Cog. ex Aq. hordei, ad Colat. 3 xx. addende*  
*Syr. de Cichor. cum rheo, 3 ij. b.*

*M.*

vel *24. Aq. hordei, 3 xij.*

*Fæniculi,*

vel *Cinamomi, 3 β.*

*Syr. de Cichor. cum rheo 3 ij.*

*Spir. Vitriol. q.s. ad aciditatem gra-*  
*tam.*

*M.*

Accipiat Eger subinde Apozematis, aut  
Julapii præscripti Haustulū, donec Alvus  
reddatur laxior; tunc cessandum ab ulterio-  
re usu, nisi eadem fiat adstrictior, tunc enim  
alterutrius aliquid denuo sumendum.

31. Ubi non tam multa, quæ *Acris ad-*  
*est Bilis, Alierantia & imprimis Acidæ* sunt  
in Potu assumenda, & imprimis ea, quæ Si-  
dorem quoque solent promovere, Acetum  
Stillatium tam simplex, quæcum unà cum a-  
lisante distillationem ipsi additis composi-  
tum, quo referenda *Aqua Alexipharmacæ*  
*Amstelodamensum*, & ipsa longe gratior *A-*  
*qua Prophylactica* (Pesti namque præcaven-  
dæ Anno 1655. una cum D. Francisco van der  
Schagen, & D. Paulo Barrette, Medicis exi-  
miis, præter alia quædam communī consi-  
lio curavimus Amstelodami in Ægitorum  
nostrorum gratiam & bonum parati) cuius  
formulam idcirò hic addere libet.

*vel*

*O*

*Aqua*

*Aqua Prophylactica Egregia.*

*24. Rad. Angel.*

*Zedoaria*, an.  $\frac{3}{3}$  j.

*Petasitidis*,  $\frac{3}{3}$  ij.

*Fol. Rutæ hortensi*,  $\frac{3}{3}$  iv.

*Melissæ*,

*Scabioæ*,

*Flor. Calend.* an.  $\frac{3}{3}$  ij.

*Nucum lugland.* immatur. concis.

Lib. ij.

*Pomor. Curior. recent. concis.*

Lib. j.

*Contundantur omnia simul*, deinde affund. *Aceti Vini Opt.* ad tres quartas partes ex arena in cucurbita vitrea per se distil. lat. Lib. xij.

*Digerantur per noctem*, manè distillentur igne Cinerum lento penè ad siccitatem, idque sine usione.

*Acetum hoc magnarum virium*, & gratissimum servandum Usui.

*32. Ad miseri potest Potui ordinario, Cerevisiæ, Apozemati, Jusculo, &c ad acitudinem cuivis Aëtro gratam*, & ad Sudorem tollendam, Sudoremque blandum promoven- dum saepius quantitate parva usurpari.

*33. Ubi Acidorem Lympham, Succumque Pan-*

*Pancreaticum* in corpore adesse propter Causas prægressas, Frigus Aëris acutæ toleratum, Acida multa diutine usurpata, Mœrem Animi continuatum, & similia, metus est rationalis, vel aliqua ejus magis manifesta se produnt signa, commodum erit una cum Alimentis ex Vino, vel alio Potu ordinario *Salia* usurpare *Volatilia* Cornu Cervi, Salis Armoniaci, vel alia benigniora, tum *Acidam temperantia*, tum ad Sudorem Corpus blande disponentia.

*34. Ubi Diaria Febris corripit Hominem*, in quo vel copia, vel visciditate, vel sal- sedine peccans *Pistula* reperitur, danda mox opera, ut illa nimis per evacuationem mi- niatur viscidæ incidatur, salsa temperetur, atque sic fecutora aliâs, metuenda certe mala plura præcaveantur; idque per medicamen- ta saepius in superioribus proposita & lau- data.

*35. In Deliculis & constitutionem Cor- poris tenerorem habentibus Medicamenta usurpanda sunt blandiora*, magisque tempe- rata: In Robustioribus validiora.

*36. S. tis blandior & solum astum sequens* Aqueis præsertim, & subscidis tolletur; sic- ut eadem gravior, Bilisque acrimoniam au- stam,

316 FR. DE LE BOE, SYLVIT.  
auctam, similemve causam agnoscens Aci-  
dioribus indigebit; de quibus vide §. 18. 20.  
22. &c 31.

37. Ubi Oris Amaritudo urget, condu-  
cent quæ Bilem blande per alvum eduent,  
de quibus actum §. 30.

38. Quæ Corporis Inquietudinem, Laffitu-  
dinemve curare possint, proposita sunt §. 21.

39. Capitis Dolorem & Pulsionem, Vig-  
liaque tollent, quæ habentur §. 22. & 23, concinnare aut copulare auxilia, quæ iis-  
quibus addi possent inter externa Epithem, dem conducant.  
vel Linimentum sequens.

4. Aq. betonica, 3 ij.  
rosacea, 3 j.

Aceti Calend. 3 vj.

Opii Thebaic. 3 fl.

M. pro Epithemate, quo te-  
pido linteis excepto tum tota Frons, tum x.  
imprimis temporum regio tegatur, & quo-  
tient Lintea exsiccati deprehenduntur, mo-  
tarum (de quibus Capite proximè præce-  
eodem similiter madeſiant, donec dolor mi-  
nuatur & Somnus sequatur.

40. Linimentum ex his aut similibus pa-  
retur.

4. Ungu. Popul. 3 ij.

Opii Thebaic. Oleo rosaceo dissolut. Scrub-  
pul. j.

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 317

M. F. Linimentum,

Quo inungatur Temporum regio utra-  
que, vel charta bibula idem excipiat &  
ibidein applicetur.

41. Somnum profundiorem minuent, quæ  
continentur §. 21. & imprimis 24. sed omis-  
so tune Laudano Opiato.

42. Ubi plura concurrunt Symptoma, non erit valde arduum ex prædictis talia  
concernere aut copulare auxilia, quæ iis-  
quibus addi possent inter externa Epithem, dem conducant.

## C A P. XXIX.

De Febribus Synochis, Continentibus  
vulgo dictis.

Q uas aliqui ad Diariarum & Syno-  
charum non putridarum ipsis voca-  
tiones Lintea exsiccati deprehenduntur, moi-  
tarum (de quibus Capite proximè præce-  
dente actum) differentiam Putridas nomi-  
nant Febris, distinguunt pleriq; in Continuas  
& Intermittentes; uti rursus istas in continen-  
tes, sive synochas, & continuas generis nomine  
speciatim appellatas, sive synochas.

2. Parum verò refert, quod Σύρων Ve-  
teribus Græcis & Hippocrati vox est ignota,  
& apud

& apud Latinos *continuum* & *continens* pro eodem usurpatur; quia, ubi res diversæ occurunt, aut finguntur, quæ distinctis nominibus destituuntur, licet, inò decet originationis, & significationis ejusdem voces doctrinæ distinctionis ergo subinde ab invicem distinguere, atque singulas sensu diverso prius satis explicatas usurpare.

3. Συρόχες igitur, sive continentēs illas vocant *Febris*, quæ sine ulla Exacerbatione perdurant usque ad ultimam & integrām sui cessationem: Συρέχεις vero, sive continuas generali nomine illas indigitant *Febris*, quæ licet ad finem usque continuo perseverent, quotidiè tamen, aut tertio, quartove quovis die aliquam patiuntur Exacerbationem. Illa hōc, has 31. Examinabo Capite, uti proximè sequente intermitentes.

4. *Continentium* autem *Februm* Causam dixi Cap. 27. §. 24. esse judicio meo nunc *Bilem*, nunc *Lympham*, & quæ cum *Lympha* confluunt, nunc *uramque simul* male affectant, & talem in dextro Cordis Ventriculo Effervecentiam excitant, unde continuo *Pulsus* producatur prater naturam frequentior.

5. Has proinde continentēs, sive *Cynoches Febres*

*Febreratione* cause diverse haud ineptè quis posset distinguere in *Bilioſas* & *Lymphaticas*.

6. Et quoniam sub generali *Lympha* nomine non tantum eam comprehendimus *Lympham*, quæ à *Conglobatis Glandulis*, & ab aliquoque Partibus ad Cor pergit; verum *Succum*, insuper *Pancreaticum*, ipsamque *Salivam*, ex *Conglomeratis Glandulis* prodeuntes. Liquo emque adeo ex *Intestinali Trium viratioriundum*, omnes una cum *Lympha Descendenti Sanguini admistos*; subdividi poterunt *Febris Lymphatica* in *Lymphaticas Glandulares*, *Pancreaticas*, & *Salivares*.

7. Hæ *Febrē* omnes pro diversa cæterorum Humorum in corpore simul existentium constitutione aliquam patientur diversitatem.

8. A *Bile* quidem produci existimo maxime Ardentēs; à *Lympha* vero *Glandulosa Febris capitis*, artuumq; doloribus acutioribus & lancinationibus copulatas; uti à *Succo Pancreatico* quasvis cum *Venirū* tormentibus & lancinationibus conjunctas; denique à *Saliva* eas, quæ cum *Venericis* & *vicinarum partium* anxietatibus, & distensionibus molestæ observantur. Quoties autem ex memoratis phœnix

simul vitiati sunt Humores, toties plurium Symptomata simul solent concurrere, uti subinde ob mutuam humorum peccantium temperationem eadem solito benigniora occurtere.

9. *Bilis* tunc temporis vel *Acrimonia* *galina lixiva sola*, aut *insuper Inflammabile Oleosa* peccare solet. Unde ibi quidem *Acrior* observatur *Calor* auctus; hic simul *maximus Pulsus*, ibi cæteris paribus frequentior; hic simul *Major* existit *Vrina* ibi *Crasiores*; hic *insuper magis Tinctoria*. Situ ibi valde *Molesta*; hic *Inexplebilis*. *Lingua* ibi *Arida*; hic simul *Fissa vel Nigra*.

10. *Lympha Conglobatarum Glandularum omnium*, aut plerarumque saltem *Acrior & Acidior*, *Febrile* in dextro *Cordis Ventriculo* Effervescentiam excitans calorem rotundem magis, quam *Magnum*, atque *Lantinationibus* ubique molestum parit.

11. Eadem *Lympha in Capitis praesertim Glandulis Acrior facta & Salsa Muriatica*, vel simul *Acida* præter *Gravedinem*, sive *Capitis Dolorem* gravantem, hinc subsequentem postea *Coryzam*, vel *Rancedinem*, *Tussim*, *Febrem* solet producere catarrhalem diætam, *Calore*

*Calore* non tam vehementi & intenso, quam *Mordicante & Acri comitatum*.

12. In *Lymphatica Febre* omni *Horror* levis subinde molestus adeat & urget. *Pulsus frequens* magis, quam *Magnus*. *Vrina Tinctoria* quidem ac *Rubentes* excernuntur plerunque, mox tamen conturbantur, & flavescent, vel albescunt, videnturq; multum deponeat *Sedimentum pro Humorum constitutione varia multifarium*. *Lassitudo* gravis & lancinans occupare solet *Artus*.

13. *Succus Pancreaticus* secundum se totum diversimode vitiatus & *Acrior* factus, *Febremque continentem* patiens tum *Anxiitatibus circa præcordia*, tum *Ventriss Torminibus*, & *Lancinationibus*, aut *Dejectionibus cruentis*, acrie *Dolore copulatis* se manifestat, ut & *Pulsus imprimis frequenti*, & ad partitatem, ac debilitatem inclinante; sapientiusq; inqualis; cum *Appetitu* quandoque *prostrato*, quandoque *aucto*; *Sitirarius urgente*; *Vrinis Crudis ferè Aqueisque*.

14. *Saliva Febrem* *Continentem* producens *Visciditate* aucta peccare solet; unde *blandior* quidem, ac *Lenta* deprehenditur *Appetitus febre prostrato*, & in sequente *Alimentorum assumptionem* *Dolore* *gravante*, accidente

nonnunquam Ventriculi ac Intestinorum Dis-tensione ac Inflatione; mox & Anhelatione, si-ve Difficili Respiratione; ut & Somnolentia; una cum aucta post unam, duasve ab assum-ptis Alimentis horas Pulsus frequentia, sen-sim denuo remittente; ideoque cum Hectica dicta Febre magnam affinitatem habet, hoc Salivaris, si non sit levior ejusdem species, aut Hectica saltem copuletur semper.

15. Has novas Februm continentium Distinctiones ac Nomenclaturas minus mi-rabitur, aut contemnet, quisvis ab omni præjudicio liber attendet accurate ad omnia Symptomata, peccantiumque Humorum vitia in variis Febrientibus observabilia; nec nova hujus ævi negliget Inventa Anatomi-ca: quippe quæ cum Chymicis Mutationi-bus collata miram Lucem afferunt intricata Februm Doctrinæ facilius ac felicius extri-candæ.

16. Qualibus Rebus Non-naturalibus or-zum suum debeant prædicta Bilis, Lympha, Succi Pancreatici & Salivæ vitia, docuimus in superioribus, ut non videatur necessum hic amplius illis imorari, cum inde possint, ac debeant peti.

17. Sed quærat Veritatis Studiosus, Qui

à causis tam diversis producatur Calor in Fe-bribus h[oc]c Synochis molestus, ls. et diversus?

18. Huic æquæ petitioni, ut quantum mihi datum est, satisfacere coner, existimo I. Calorem Febrilem produci propriè ac per se à Bile tum Acriore, tum Pinguiore, quatenus illa & intenui Intestino cum Succo Pancreati-co, & in Cordis ventriculo Dextro cum afflu-ente undique Lympba Effervescentis non tan-tum plures Ignis particulas, quibustunc ab-undat, de se promit, verum maximam ea-rundem tunc erumpentium partem utrobi-que partibus suis Oleosis denuo excipit, at-que in Corde quidem Sanguini mox pen-i-tius admiscer, unde idem solito magis rare-ficit, Caloremque itidem Majorem ubiq; com-municat, cum Pulsu Majore ac Frequentiore.

19. II. Calorem Febrilem puto per accidens à Conglobatarum Glandularum Lympha Acti-vatore produci quatenus illa in Dextro Cordis Ventriculo cum Bile Ascendenti Sanguini ad-mista Effervescentis, illam solito acrius aggre-ditur, & ita immutat vel corruptit, hoc est, sua visciditate liberat & privat, ut copiosius tunc erumpant Ignes particulae, à quibus ob Aciditatem Calor Acrior & Morda-cior excitetur, isque pro cæterarum Sanguini

nis partium constitutione diversa non pa-  
rum in quibusdam circumstantiis varians  
tum *Pulsu frequentiore* quidem, *rarius* verò  
simul *Majore*, ast *sépe* potius *Minore*.

20. III. *Febrilem calorem* similiter per ac-  
cidens à *Succo Pancreatico* in totum *Acidiore*  
producit censeo, quatenus non tantum in *te-  
nui Intestino Bilis* ab ipso nimium alteratur &  
infringitur, verùm *Miscella* ex utriusque, atq.  
*Pituitæ Salivaris* confusione orta solito exi-  
stens *Acidior*, ubi cum *Lympha ad Dextrum  
Cordis Ventriculum* pervenit, inox in reli-  
quam *Bilem* una cum sanguine ascendentem  
potentius insurgit, & post visciditatem ipsi-  
us naturalem diminutam, acrem cum ipsa,  
*Corporique noxiā Effervescentiam* exci-  
tat, unde itidem non tam *Magnus*, quam *Acris*  
prodit *Calor*, isque pro totius massæ *Sanguini-  
neæ* diversitate in quibusdam diversis, præ-  
fente *Pulsu frequentiore* semper, ac quoad  
magnitudinem *Parvo vel Mediocrī*, vix un-  
quam *Magno*, ni simul *Bilis* existat multum  
*Acris*.

21. Nam quoties IV. reperitur in corpo-  
re *Bilis vel naturaliter*, vel *non-naturaliter*  
(hoc est, ob rei non-naturalis, *Aërisputa  
æstivi*, *Potus* & *generosi*, &c. continuatum  
ali-

aliquandiu usum) *satis Acris & Oleosa*, nec-  
dum famen functionem aliquam lœdens, at-  
que à Re non-naturali *Aëre* puta *frigidore*,  
*Potuve Acidiore*, *Vino Rhenano* nempe,  
&c. augetur subito ac eosque *Lympha*, *Succive  
Pancreatici*, *velutinusq; Aciditas*, ut inde pro-  
ducatur *Febris Synocha*, non mirum si tunc  
ob *Bilem Acrōrem* & *Pinguorem* simul  
concurrentem *Calor* excitetur, non tantum  
*Acris*, sed simul *major*, *Pulsusq;* conjungatur  
cum *majoře* non tamen maximo, *frequentis-  
simus*.

22. Ubi autem V. *Saliva Visciditate* tali-  
peccat, unde non tantum *Alimentorum Fer-  
mentatio minus commoda* fiat, sed insuper  
duabus fere post ipsorum assumptionem horis  
*Pulsus* jam continuo frequentior reddatur  
ad hanc tempus aliquod magis frequens, cum  
*calore* *Egris* quidem rarissime manifesto, vel  
molesto, Adstantibus tamen ac Medicis ali-  
quando præter *Genatum ruborem* auetum  
notabili; Mutationem illam, tum quoad  
*Pulsum* & continuo, & magis adhuc post as-  
sumpta *Alimenta* frequentiorem, tum quo-  
ad quale incunq; *Calorem* tunc simul obser-  
vabilem, contingere arbitror, quatenus *Sa-  
liva Ventriculo* vacuo ad tenue *Intestinum*

tendens ita vitiat Bilem, Succincte Pancreatici Effervescentiam, ut non tantum obtundatur Liquor ex hisce tribus prodiens, verum in-super Halitus subflatulent ex ipsa exurgant, & quidem copiosiores atq; magis volatiles, quando Alimentorum Pars fluidissima horis duabus fere post ipsorum assumptionem ad Intestina delabitur: Qui Halitus ad Cor delati & ad frequentiorem sui Contractionem ipsum irritant, & una cum Sanguine quaqua versum delatis Calorem producunt non magnum quidem, aut multum Acrem, Ægrisve gravem ac molestum, Cutis tamen Ariditatem satis manifesta (pro Caloris aucti signo habita) copulatum; & ad eorundem copiam & volatilitatem subinde auctam Genarum rubore notabilem; dum interim Pulsus frequentior quidem observatur, & satis Parvus, Debilis-que; concurrente ac indies aucta, ob San-guinem indies Viscidiorem, Corporiq; nutriendo ineptiorem factum, totius Corporis Tabe.

23. Postquam vero ad quatuor primarias differentias Febres Synochas omnes ratione cau-sarum notabiliter in corpore humano pec-care solitarum reduximus, libet paucis quo-que aliquot eorundem differentias à Sympto-mati-

matibus gravioribus easdem subinde comitan-tibus petitas Eximiorum Practicorum, ac im-primis Magni Plateri ad exemplum confide-re, atque hoc loco expendere: nulla hīc facta Febris Catarrhalis, de qua §. II. jam egimus, mentione.

24. Primum autem locum dabimus Febri, quæ ab æstu, & ardore sumo maxime urgen-te Ardens dicitur, Græcis Κῦνος: Qui sum-mus æstus quoniā observatur non tantum in continuis Synechis, alternis diebus exacer-bationem patientibus, verum in continen-tibus quoque Synochis, merito hic quoque Ardentis Febris facimus mentionem. Cui non mirum, si comes adsit Arida Sitis, quam vix extinguiās.

25. Secundum locum tribuunt aliqui Febri, quæ Lespyrias dicitur, in qua toto Af-fectus tempore Externa frigant, dum Inter-iora suruntur.

26. Tertium locum sibi vendicant illæ Fe-bres, quæ imprimis Fauciū ardore ac rubore obscuro sunt molestæ, unde Lingua quoque non tantum Arida existit, verum Colore puniceo-nigrante dicta. Hic Affectus ob dictum Colorem tam Belgis, quam Germanis Bren-ne dicitur, & non raro Epidemius existit.

27. Quar-

27. Quartum locum concedemus *Febribus*, quas *Deliras* vocabimus ob Delirium non leve (quale in multis Febribus subinde observatur) sed grave, ad Furorem nonnumquam *vergens*, quod intra paucos dies advenit *Ægris*, Adstantesque non parum turbat; imprimis ubi Epidemiae sunt tales febres, atque *Convulsionibus* supervenientibus tandem iplos necant. Eisdem solent *Vigilie* pertinaces comitari, *Capitisq; dolor magnus*. Delirium præcedere.

28. Quintum locum occupent *Colliquantes* dictæ *Febres*, in quibus brevi tempore consumi solet Corpus ac emaciari.

29. Sexto loco *Febres* ponemus malignas dictas, Vires vitales præter Causas & Rationes manifestas subito dejicientes, aut in expectato *Ægros* necantes; quæ ut plurimum solent esse simul Epidemiae. Præter *Pulsum Debiliorem*, Symptomata cætera habent ferè solito blandiora. Sed de his Cap. 33. agemus ex professo.

30. I. *Ardentis Febris Synocha causa* est *Bilis* & primario, & tantum peccans, non tantum acrimonia falsa, sed insuper valde inflammabili Oleofitate: quo circa præter *Pulsum frequenter* concurrere solet *Maximus*,

*mus*, & in principio saltet satis Robustus, una cum Vigiliis molestis, ac Siti morosa.

31. II. Quoniam non memini unquam observatam mihi *Febrem Leipyriam*, idcirco magis hæreo in *vera causa* ipsi assignanda; cum præsertim non satisfaciant, quæ alii ex suis præjndiciis potius, quam ex iis, quæ in *Ægris* observari debuissent atque aliis proponi, afferunt.

32. Si tamen unquam, de quo valde dubito, Leipyrias Febris existat *Synocha*, & licet in mihi aliquid de ipsius causa conjectare, putem illam tunc ex duplice *Febre constare*, *Biliosa* & *Pancreatica*, & ita quidem ut à *Succo Pancreatico* universo acidore continuò in temni Intestino eleventur *halitus similes*, qui confundantur tantum mastæ Sanguineæ, atque in corporis habitu *Frigeris Sensum* producent, dum in partibus internis à *Febre Biliosa* & *magnis*, quæ acri debita excitatur calor uens.

33. III. *Febris punico-nigricantem Lingue, fauiciumque colorem comitem habentis causa* videtur esse *Bilistum acrior*, tum *pinguior*, sed *Salivæ imprimis*, & *Glanduloso Fauci* *Liquori infesta*, ipsisque arctius adhærens, ubi una cum Aëre Halitus specie expiratur, quo circa præter universi corporis æstum mole-

molestum Labia quoque nonnunquam fin-  
duntur, exulceranturque, imò crustis sœdis  
onerantur.

34. In quo autem illa peculiaris consti-  
tutio vitiata Bilis consistat, propter quam  
ori magis, & humoribus ad os delatis adver-  
sa sit, quām cæteris, haec tenus determinare  
non possum, ni siat ob *Bilis Oleofitatem*.

35. IV. Februm notabili & gravi Delirio  
post aliquot saltem dies comitatarum, ideo-  
que *Delirarum* vocandarum. Causa est Bilis  
tum *Salina acrimonia plus*, tum *Oleofitare au-*  
*ctaminus peccans*, & *Succus Pancreaticus visci-*  
*ditatem ita minuens*, ut idcirco cum ipso a-  
criore facto vitoſe effervescens *Humorem*  
efficiat *Bilis atra* non valde dissimilem, à quo  
una cum *Vigilis Capitis Dolor*, hinc *Delirium*,  
tandem *Convulsio*, denique *Mors ipsa* produ-  
cantur.

36. V. Festinanter Colliquantis Febris causa  
est Bilis talem Sanguini constitutionem cito  
afferens, ob quam idem quovis modo ine-  
ptus reddatur corpori nutriendo, & tamen  
ob febrilem partium variarum consumptio-  
nenem copiosiore alimento indigenti.

37. In quo autem illa *Sanguinis ad nutri-*  
*endum Ineptitudo* consistat, an uniusmodi  
tantum,

tantum, an multiplex in variis hominibus  
producatur, necdum suppetunt mihi data  
vel observata sufficientia, ex quibus Dubii  
hujus solutionem hauriam.

38. Postquam plures Synocharum pro-  
tulinaus Differentias tum secundum causas  
ipsarum varias, tum secundum Symptoma-  
ta insigniora & graviora ipsas comitantia,  
proximum est, ut ipsarum causis subjungam  
mustandem Methodum singulas curandi tum  
Rationi, tum experientiae consentaneam,  
ideoque verè Dogmaticam.

39. I. *Synocha ergo Bilaria curabitur*.  
Corrigendo *Bilis Acrimoniam Salinam*, im-  
primis per *Acida temperatoria*, Spiritum  
Salis dulcem, &c. 2. Emendando *Bilis Oleo-*  
*fitatem inflammabilem* per *Acida austeriori-*scula**, *Sempervivum majus*, *plantagineum* &c.  
3. Attinuendo *Bilem*, si vel minimum, quod

ferocieri solet, abundare observetur, per  
*Chalagoga*, sed blandiora & subacida, vel aci-  
dis juncta, *Cremori* vel *Crystallis Tartari*,  
*Sali Tartari Vitriolato*, &c. & quidem mox  
*in principio*, vel postquam Medicamentorum  
alterantium ope *Bilis Sanguini penitus* iuncta  
incipit ab eodem iterum *secerni*, & ut in totum  
excernatur, aptareddi: quod imprimis ex-  
spectan-

332 FR. DE LE BOE, SYLVII  
spectandum à sèpius laudatis Acidis, sed  
blandioribus, vel artificiose temperatis.

40. Corrigendæ *Arimonie* *Bilis Salina*  
inter Composita conductet Apozema se-  
quens sèpius in die usurpandum quantitate  
mediocri & tepidum.

ꝝ. Rad. *Acerosæ* cum foliis, Man. ij. fol.  
fragar.

violariae, an. Man. j.

Coq. ex Aq. *hordei* ad Colat. 3 xx.

add. Syr. *aceros. cirti*, 3 iij.

Spir. *Salis dulcis*, D. B.

M.

41. Ad Emendandam *Bilis Oleofistulam* In-  
flammabilem præscribi poterit sequens A-  
pozema similiter usurpandum.

ꝝ. Rad. *plantagin.* 3 j.

fol. *semper v. maj.*

portulac. an. Man. j.

Coq. ex Aq. pura ad Colat. 3 xx. addendo

Syr. portulac. 3 iij.

Ol. sulph. per campanam parati q. s.  
ad aciditatem gratam. M.

42. Ad Bilem Sanguini penitus immistam  
denuo ab ipso scernendam conferet Apoze-  
ma sequens modo eodem, quo priora, usur-  
patum.

ꝝ. Rad.

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 333

ꝝ. Rad. *Taraxacicum* fol. Man. ij.  
Herb. *Fumarie*, Man. j.

Coq. ex Aq. pura ad Colat. 3 xx. addendo  
Syr. *Cichor. simp.* 3 iij.

*Salis Tartar. Vitriol.* 3 j. M.

43. Denique ad Bilem Apozemate præ-  
cedente aut simili medicamento à *Sanguine*  
*Solentam* & ad Excretionem dispositam sen-  
sim & blandè una cum *reliqua in sua Vesicu-*  
*ta redondante, turgenteve minuendam, eva-*  
*cuandamque inserviet* præter alia tum sim-  
plicia, tum composita hinc inde in superio-  
ribus notata sequens Apozema, bis, terve  
in die ad *Vneias* iij. vel iv. tepidè assumen-  
dum.

ꝝ. Rad. *Cichorei*, 3 iij.

Fol. *Endiviae*, Man. ij.

Flor. *Ros. pallid.* Man. j.

Crem. *tartari*.

vel *Tartari crudi*, 3 iij.

Coq. in vase fictili vitrato ex

Aq. pura ad Colat. 3 xx.

add. Syr. de *Cichor.* cum *Rheo*, 3 iij.

M.

44. Quoniam vero in Febrium à Bile  
quovis modo peccante ortarum Curatione  
non sufficit ad ipsam Bilem, ipsarum causam,

curam

Curam suam dirigere, quo Febris nec au-  
geatur, nec foveatur; verum insuper atten-  
dendum est ad omnia Symptomata Febres  
hasce Bilarias comitantia, omnesque Mu-  
tationes utriusque Corpori, tam Continenti,  
quam Contento idcirco contingentes, plu-  
ra sunt ad integrum, perfectamque illarum  
Curationem in usum revocanda.

45. Quapropter *Summi Aëstus* simul ex-  
citati, Pulsusq; in magnitudine aucti, atque  
*Majorem Sanguinis* ab aucto in Corde igne  
Rarefactionem consequentis ratione, ne tan-  
dem *Vasa* tensim magis, magisque dilatata  
rumpantur, aut quovis alio modo aperian-  
tur, vel *Ignis noster Vitalis* propter impedimen-  
tum *Sanguinis* ob nimiam sui rarefactio-  
nem *Vasa* sua replentis motum in Corde, ali-  
bive *suffocetur*, Locus ipsi parandus per *San-  
guinis* sufficientis è Vena in brachio, manu  
pede, alibive secta *missionem*.

46. Hac vero *Sanguinis eductione* quonia  
constat per quotidiam experientiam non  
parum minui *Sanguinis aëstum*, hactenus etiam  
Vene sectio laudanda; sive Ardor ille mole-  
stus tēperetur propter Halitus acres & pin-  
gues una cum Sanguine copiosius effusos, si-  
ve id accidat alia de causa pro cuiusvis præ-  
judicio varicē singenda.

47. *Sitis* tunc valde importuna compe-  
scenda erit sensim per Apozema §. 40. & 41.  
præscriptum; vel Tincturam Rosarum Cap.  
præcedentis §. 20. descriptam, vel Julapium  
sequens, aliudve simile, parum ejus sæpius  
assumendo, quod præfero multo potui con-  
fertim hausto, quia omissis Mutationibus ini-  
merito judicata est Hippocrati Naturæ ini-  
mica, & ideo periculosa.

48. *Aq. hordei*, 3 xx.

*Syr portulaca*, 3 ij.

*Acetos. Cirti*, 3 j.

*Spir. Salis dulcis*, 3 B. M.

48. *Lingnam molestè Aridam*, veletiam  
Eissam leniter Succus crassior è quibusdam se-  
minibus Aquæ cuiusvis ope elicitus, & Mu-  
cago, vel Mucilago vulgo dictus, qualem è  
Cydoniorum, Psyllii, &c. seminibus extra-  
himus Aquarofacea, vel alia conveniente.  
Hujus autem aliquid ore aliquandiu conti-  
netur, ac postea iterum expuitur; idemque  
aliquoties repetitur.

49. Idem obtinetur, si folia Sempervivi  
majoris membranula externa denudantur,  
Aquæ puræ aut Rosaceæ induntur, hinc sub-  
inde Linguae imponuntur, atque identidem  
renoyantur.

50. Idem

50. Idem præstabit *Aquapura*, sicutus aliquid ore contineatur, & post gargarisationem iterum excernatur; hocque saepius repetatur. Potest etiam loco *Aqua pura* usurpari decoctum *Raparum* aut *Emulſio blanda*, qualis sequens.

**2.** *Hordeimundat. adcrepat.*

*cocti*, 3 ij.

*Cum ejusdem decocto*

F. *Emulſio ad 3 xv.*  
addendo *Islap. roſati*, vel

*Syr. Violac. simp. 3 j.* M.

51. Potest quoque in hunc finem similiiter usurpari conquaſſatus *Ovi vitellus* & cum *Aquarofacea*, vel alius & gro gratae *Xanthi* ij.  
iv. vel v. atque *Sacchari tantillo mixtus*, & cochleatim ore sumptus, & postmodum aut deglutitus, aut iterum excretus.

52. II. *Glandularis Synocha Lymphatica*  
*Febris curabitur*, si i. mox in principio durante adhuc *Horrore Mixtura* sequens cochleatim brevibus exhibeatur intervallis.

**2.** *Aq. petroſelin. 3 iß.*

*fæniculi;*

*Iheriacal. simpl. an.*

*Drach. vij.*

*Syr.*

*Syr. fæniculi*, 3. j.

*Spir. Salis dulcis*, 3. j.

M.

Hujus enim openon tantum *Horror minuetur*, sed insuper *Acia Lympha Acrimonie temperabitur*, quin secuturus postea *Æſtus ex parte saltē p̄venietur*.

53. Si 2. præſente *Calore* talia dentur Medicamenta, quæ *Ignem Rodentem magis*, quam *Urentem doment*, sintque ex Acidis temperatis composita, non neglectis *Salibus Volatilibus*. Conducet proinde *Mixtura* sequens ſubinde cochleatim assumpta.

**2.** *Aq. petroſelin.*

*fumarie*, an. 3 iß.

*fæniculi*, 3 j.

*Spir. Salis dulcis*, 3. j.

*Sal. Volatilis succini*, 3. ß.

*Laud. opiat. Gr. ij.*

*Syr. quinq<sup>ua</sup> rad. 3 j.*

M.

54. Quoties sitis quoque urget, parati poterit *Apozema* sequens, atque pro re nata exhiberi, abſtinendo tamen à nimia potatione.

**2.** *Rad. scorzonera*

*Apj. an. 3. j.*

P

*Hordei*

*Hordei crudi*, 3 ij.

*Coq. ex Aq. pura ad Colat.* 3 xx.

*addendo Syr. papav. alb.*

*errat. an.* 3 i β.

*Spir. salis dulcis*, 3 β.

*M.*

55. Si 3. Redundans in Corpore *Lympha*, & quodammodo saltem laudaris aut similibus medicamentis temperata per blanda Minuatur, Evacueturq; *Hydragoga*. In quem finem conferet Apozema sequens.

*ꝝ. Rad. petroselin.*

*feniculi,*

*eringij,*

*ebuli*, an. 3 j.

*Fol. Soldanella*, 3 β.

*Coq. ex Aq. pura ad Colat.* 3 xx.

*add. Syr. diacnicu*, 3 iiij.

*M.*

Hujus Apozematis, 3 iiij. vel iv. bis, terve in die assumentur, donec comoda sequatur Humorum Serosorum Evacuatio.

56. Cui *Conditum* præfertur, ei sequens ad nucis moschatæ quantitatem subinde assumendum præscribatur.

*ꝝ. Cons. rosar. pallid.* 3 i β.

*El. è succorosar.* 3 j.

*pulv.*

*pulv. rad. jalapp.* 3 ij.

*Crem. tartar.* 3 j.

*Syr. res. sol. parum.*

*M. F. Conditum.*

Conducet quoque *Electuarium nostrum* *Hydragogum* supra Cap. 7. §. 55. descriptum, valde blandum, gratuunque.

57. Si 4. Lymphatica Febris *Corpus Pectorum* corripiat, & imprimis *Aëria Aeris Constitutione*, non dissuaserim mediocrem *Sanguinis Educationem*, maximè in *Affuetis*; cum illam ferant facilius & cum majori commodo.

58. Siverò ꝝ. Lymphatica Febris superveniat *Biliofo*, tum *Bilis* non tantum in consensum tractæ, verum *Ardorem* solito majorem patientis ratione usurpanda erunt Medicamenta tum *Alterantia*, tum *Purgantia* ex modo atque §. 40. & seq. propositis judiciose componenda. Exempli loco esto sequens Apozema utriusque Indicationi satisfaciens, si tandiu quantitate mediocre assumentur, donec moderata prodeat *Dejectio*.

*ꝝ. Rad. Cichorei,*

*Feniculi*, an. 3 j.

*Herb. Fumaria,*

*Borraginiis*, an. Man. j.

*Cog. ex Aq. Hordei ad Colat.* 3 xx.

*Add. Syr. de cichor. cum i heo,  
diacnici, an.* 3 i B.

*Spir. Salis dulcis,* 3 B.

M.

59. Quod si ratione *Bilis* à *Lympha* vi-  
tiata *Magnus* lequatur *Aëstus*, Hujus quo-  
que causa *Missio Sanguinis* conferet, sicut do-  
cuiimus modo §. 45. & 46.

60. Si denique 6. *Catarrhalis* fuerit *Lym-*  
*phatica Febris*, tum quia præ aliis *Glandu-*  
*lis Conglobatis* omnibus affectis sunt im-  
primis eæ, quæ in *Capite* occurunt, ita erunt  
paranda Medicamenta, ut Partis maximè  
affectæ habeatur ratio maxima. In quem fi-  
nem non tantum *Suffitū* tentabitur *Capitis*  
*Glandularum Restitutio*, verum inter *Uni-*  
*versalia* tum *Alterantia*, tum *Evacuantia* p-  
surpabuntur, quæ actu observantur. *Capitū*  
maximè dicata & utilia; quin ad *Evacua-*  
*tiones Capiti* peculiares in tempore acceden-  
dum.

61. Fiat proinde *Suffitū* ex *Succino*, *Masly-*  
*che*, *similibusque*; qui non tantum, quoties  
commodè licet, *Capite tecto*, *Naribus*, &  
*Ore excipiatur*, verum *Capitis Tegumenta*  
omnia eodem condiantur, atque ipsi mox  
impo-

imponantur, ne *Suffitus* vis tardando diffi-  
petur.

62. *Alterantis, Evacuantisque Universa-*  
*lis exemplum præbeat sequens Apozema*,  
sicut præcedentia, usurpandum.

*2. rad. pœonia,*

*scorzonera, an.* 3. j.

*apij,* 3. B.

*fol. besoniiæ,*

*violarie*

*primul. veris, an. Mai. j..*

*Turbul. Gummos.* 3 B.

*Rad. Methoacann.* 3 ij.

*Tariari Crudi,* 3 i B.

*Sem. siler. mont.* 3 ij.

*Cog. ex Aq pura ad Colat.* 3 xx.

*add. Syr. diacnicu,* 3 ij.

M.

63. *Evacuationes Capitis Particulares* obtri-  
nenntur, *Erbinis atq; Masticatoriis*. *Sola Beio-*  
*nica aut Majorana folia recētia digitis contri-*  
*ta & narib<sup>9</sup> indita Errhini benigna rationem*  
*habere possunt;* & multum proderit *Spiri-*  
*tus Salis Armoniaci* in longioris colli vasculo  
naribus applicatus, quoniam Humorem  
tum viscidum Glandulas obstruentem sol-  
vit, tum Salsō-acidum exinde productum  
temperat.

64. Sola *Mastiche*, aut *Pyrethri radix mansa Pituitam*, Serumque in Os deditur è Capite, ut excreentur.

65. III. *Pancreatica Synocha Febris Curbatur*, si i. usurpenter medicamenta *Humorem Acidum Temperantia*, & quidem blandiora, uti sunt omnia *Salia Lixiva*, sed impri-  
mis *Volatilia & Oleosa*. Qua de causa pluri-  
mum hic præstat *Opium*, & omne *Opium*  
medicamentum, atque *Aromaticum* quod-  
vis: Ex quibus Composita plurima præseri-  
psumus hinc inde in hoc Opusculo. Epime-  
tri tamen loco esto sequens Mixtura, quan-  
diu *Frigus* urget cochleatum sumenda.

4. *Aq. petroselini,*

*graminis,*

*fæniculi, an. 3 j.*

*Aq. vite Matthiol.*

*vel Theriacalis simpl. 3 x.*

*Laud. opiat. Gr. iiiij.*

*Syr. quinquerad. 3 j.*

*M.*

66. Si 2. *Galore jam urgente*, ob *Bilem vi-*  
*tiatam & in consensum tractam exhibeantur*  
*Medicamenta utriusque Acrimonie Acidæ*,  
*atque Salina simul temperanda apta*, ideoque  
*ex Binis Acribus, sed fractis parata*. In quem  
finem

finem conductet *Apozema sequens, subinde*  
*ad Uncias aliquot bibendum.*

4. *Rad. Apj,*

*Cichorei, an. 3 j.*

*fol. Agrimon.*

*Sum. Fæniculi,*

*Fumar. an. Man. j.*

*Cog. ex Aq. Hordei ad Colat. 3 xx.*

*addendo Syr. Byzantini, 3 iiij.*

*Spir. Salis dulcis, 3 j.*

*vel Nutri, Gutt. xij.*

*M. F. Apozema.*

67. Cui magis arridet *Mixtura*, ei sequens  
præscribatur cochleatum assumenda.

4. *Aq. Card. bened.*

*Fæniculi, an. 3 i 8.*

*Theriac. simpl. 3 B.*

*Spir. Salis dulc. 3 j.*

*Laud. opiat. Gr. iiij.*

*Syr. Fumar. 3 j.*

*M.*

68. Si 3. *Anxietatis circa Præcordia*  
*permanentibus molesta sit hæc Febris*, pro-  
pter *Pituitam Viscidiorem* simul concur-  
rente, atque in *Flatulentos Halitus resolu-*  
*latam conferent Salia Volatilia Oleosa*, &

Olea stillatia præcedentibus mixturi quantitate parva juncta. Ex. gr.

*24. Aq. fumaria*

menthe, an. 3 i. fl.

vita Matthiol. 3 fl.

Spir. Nitri, Gutt. viii.

Laud. Opiat. Gr. ii.

Ol. macis stillat. Gutt. iii.

Syr. menthe, 3 j.

M.

69. Si 4. Ventris Tormina imprimis urerint, ob Humorem Pancreaticum non tantum Acidorem, at simul Austeriorem, conducent imprimis Sale, volatilia oleosa, vel additi s Oleis stillantibus Oleosa facta, & cochlearium assumendis Mixturi addita Exempli loco esto sequens Formula.

*24. Aq. menthe*

fœniculi.

petroselin.

cochlearie, an. 3 j.

Spir. Nitri, Gutt. x.

Laud. opiat. Gr. iii.

Spir. Salis Armoniac. 3 j.

Ol. anisi, Gutt. vi.

Syr. fœniculi, 3 i. fl.

M.

70. Si 5. Dejectionibus Cruenis, Acrise saltem Dolore copulatis existat Febris haec gravis, præter modo laudatas Mixturas conducet imprimis Enema ex Lacte bubulo, Terebinthina & Ovi vitello paratum, saepiusque perseverante malo injectum, quale est Cap. 13. §. 51.

71. IV. Salivaris vel Pituitosa Synocha Febris curabitur, si 1. Saliva, hinc & Pituita Visciditas Medicamentis vel Aromaticis, hoc est, Sale Volatili Oleoso præditis, vel Acidus temperatis, vel Virisque simili mistis, & quidem pro Cæterorum Humorum Bitis, Succique Pancreatici Constitutione varia, Corrigitur ac Emendetur: Qualia plura sunt hinc inde, atque in hoc etiam Capite proposita, una cum Formulis ad feliciter praxin faciendam convenientibus. Vide Cap. 14. §. 45. & seq.

72. Si 2. Halitus Flatulentus ab Ipsa educti & in Ventriculo primum & Intestinis Distensionem ac Inflationem, postea in Corde Irritationem, atque Pulsum Frequentiorem, in Pulmonibus autem Anhelitionem; in Cerebro tandem Somnolentiam excitantes Discutiantur, novusq; Ipsorum proventus Inveniatur. In hunc finem conducent Medicamenta Cap. 14. §. 56. & seq. laudata. P. 5. 73. Si

73. Si 3. *Appetitus plerunque prostratis Spiritus Salis dulci, Elixire proprietatis & similibus Acidis temperatis Potui ordinario admistis, aut cum aliis Affectui primario convenientib<sup>9</sup> Liquoribus & Mixturis cochleatim subinde usurpandis paulatim Restituantur, & si præterea plus minus Depravatus fuerit, Corrigatur.*

74. *Febribus Synochis à gravibus & valde urgentibus Symptomatibus denominatis Cura debetur eadem, quam propoluimus, nisi quod nunc, sicut alias semper, Symptomatum istorum gravissimorum ratio sit habenda exacta & sollicita.*

75. Falluntur enim, & Discipulis suis non minus, quam Ægris injuriam insignem faciunt Medici Doctores omnes, qui putant, docent saltem, curari posse ullos ex Arte Morbos, neglectis gravibus, ideoque urgentibus ipsorum Symptomatibus; quæ volunt omnia morbis primariis curatis sponte cessare: postquam magno mortaliū damno observamus indies ob præfatem horum Sciolorum & Garrulorum Medicastrorum pertinaciam, negligentiamque à Symptomatibus gravibus tollit tam sèpè prius Ægros, quam tollantur ab ipsorum medicamentis Morbi solum curati.

76. Adde, quod Medicamenta Symptomatibus quibusvis tollendis, minuendis convenientia emendent, corrigantque simul vitia Humorum; Partiumve Solidarum, à quibus pendent immediate ista Symptomata. Tolluntur ergo simul Morbi, dum tolluntur Symptomata: Neque dubitamus cum non nullis Medicis celebribus in Morborum censum referre Humorum Vitia; quoniam non minus ad Totius Corporis & Functionum Integritatem requiriuntur, faciuntque Partes Contentæ, quam Continentes.

77. Ad Februm igitur *Synocharum Ardentium Dogmaticam Curam Educendus* quamprimum *Sanguis* satis copiose ac frequenter, quo sumus ille minuatur, tollaturve Æstus; quod tanto magis faciendū, si adfit *Plethora*, hoc est, Sanguinis abundantia.

78. Misso, quantum Vires commodè ferre possunt, *Sanguine*; quandiu *turget* adhuc *Bilia*, atque ipsius ad Intestinum deducendæ, mox & cum successu educendæ spes est, totò exhibebitur, & quidem unica saltem post ligatam Venam sectam hora, *Chologogum* blandum; quale est Apozema §. 43. notatum; à quo si brevi, hoc est, intra

intra horas duas nulla contingat dejectio,  
plus ejus assumi debet, donec Alvi sequatur  
ductio: qua succedente usurpanda sunt  
sæpius Alterantia, Æstumque ac Sitim com-  
pescientia medicamenta, de quibus actum  
§. 47. & alibi.

79. Nec sufficit semel Sanguinem mittere, aut Bilem expurgare, quin non raro iter-  
randæ sunt illæ Evacuationes, non neglectis  
Alterantibus; donec ex diminuto æstu fe-  
brili appareat diminutam, sublatamq; aut  
superatam Febris hujus Causam.

80. II. Si rectè conjectavi, quando Leipyriam Febrem suspicatus sum constare ex  
Bilioſa & Pancreatica, Curabitur eadem, u-  
surpando medicamenta, quæ Aciditatem  
Succi Pancreatici excedentem, arque Oleo-  
ſitatem Bilis exuperantem corrigant, & Acidum  
quidem concentrent, Oleosum vero im-  
bibant, & offuscent.

81. Quæ utrumque hoc prætent, laudo  
Margaritas, Coralia, Oculos Cancri, & o-  
mnia Concharum genera, imprimis calcina-  
ta, Cretam, &c. si sæpius parva suman-  
tur quantitate.

82. Possunt præterea usurpari medica-  
menta nunc Calorem, nunc Frigus magis  
tem-

temperantia, prout hoc, vel ille magis Æ-  
grum molestat: qualia non semel præscri-  
pta sunt in superioribus, & proximè se-  
quente Capite plura præscribentur.

83. III. Febrū punicea-nigricantem Lingua,  
Fauciumque Colorem, Caloremque aridum  
comitem habens Curabunt, si præter Univer-  
salia isti Febris satis ardenti convenientia, &  
ex jam dictis petenda remedia, in specie u-  
surpentur ea, quæ huic Oris partium Ardo-  
ri, Ariditati, & vitiato Colori observata  
sunt conducere.

84. Laudantur imprimis Gargarismi  
parati ex Aqua vel Decoc̄to Plantaginis,  
Lactucæ, Solani, Portulacæ, Ligustri, Fra-  
gariaz, Frunelle, aut Brunelle (quod nomen  
ipsi ab hoc Affectu inditum ajunt, quoniam  
præ aliis omnib; ei creditur conferte) Ca-  
prifoli, &c. additis nonnunquam Succis  
acidis & austeri Mororum, Berberorum,  
Acetosæ, Citri, &c.

85. Commendatur etiam hic à Chymi-  
cis Nitrum cum Sulphure præparatum, at-  
que idcirco Sal Frunelle dictum.

86. Gargarismi optimi Formula esto se-  
quens.

24. fol. *Prunella,*  
*Salicis,*  
*Fragar an. Man. j.*  
*Hordei integri, Pug. j.*  
*F. Decoction ex Aq. pura,*  
*In Colat. 3 xij. dissolv.*  
*Diamori, 3 j.*  
*Lapid. Prunell. 3 B.*

*M. F. Gargarismus, quo tepido  
 saepius Os colluat & gargarizet Ægrotus.*

87. Conducit quoque ut plurimum in  
 hoc Affectu *Apertio Venarum Rannarum*  
 sub Lingua, & quidem quiores tumere ob-  
 servantur, atque *Angina instantis*, vel ur-  
 gentis signum præbent. Nam novum non  
 est huic Affectui copulari Anginam.

88. *Crustas Labiorum* sœdas leniet, siccä-  
 bit ac tollet Pulvis *Crete Lactis* Cremore ex-  
 ceptus ad consistentiam Linimenti, & ipsi-  
 applicatus; ut & Unguentum album Ca-  
 phuratum similiter usurpatum.

89. IV. *Febris Delirium grave ac furiosum*  
*comes habens Curabitur, adhibitis, præter a-*  
*lia superius laudata, iis præsertim, quæ non*  
*tantum Somnum promovere possunt, sed A-*  
*cre biliosum potenter atq; blandè temperare,*  
*atq; sic acriorem ipsius cuim Acido Efferve-*  
*scentiam compescere.*

90. In hunc finem conduceat præ vulgo-  
 notis omnibus *Opium*, & quodvis paratum  
 inde Opiatum medicamentum: Præstan-  
 tius tamen judico *Sulphur* quodvis minera-  
 le, *Vitriolivel Antimonij* &c. fixum.

91. Usurpari possunt *Opiata* tum inter-  
 nè, tum externè: quorum *Formulas* plures in  
 superioribus dedimus, ac in specie Cap. 28.  
 §. 22. 25. 30. & 40. unde peti poterunt.

92. V. *Brevi Colliguans Febris Curabitur*,  
 in tñsum revocando & cæteris admiscendo  
 Medicamenta, quæ *Bilem Acriorem simul, ac*  
*Pinguiorem potenter, blandè licet corrigant*: In  
 quem finem laudo præ multis aliis *Dulcem*  
*Satis Spiritum*, & similes alios per Vini Spi-  
 ritum prius temperatos, aliis Alterantibus  
 in hoc Capite passim præscriptis admiscen-  
 dos.

93. Semper autem attendendum est ad  
 cetera *Symptomata*, in singulis Ægris plus  
 minus differentia, & idcirco aliquam in  
 Cura rite instituenda medicamentorum di-  
 versitatem desiderantia: ubi Medici pru-  
 dentia & judicium ad incudem revocatum  
 mirè nonnunquam elucet; postquam  
 Præcepta aliorum egregia & longo rerum  
 uia

usu formata formant quidem, non conserunt Medico Juniori Judicium.

94. VI. *Febrium Malignarum Curationem*  
dabimus brevi secuturo Cap. 33.

## CAP. XXX.

*De Febribus Intermittentibus.*

1. **I**NTERMITTENTES *Febrē* sunt & dicuntur, quæ diversis Ægros urgent *Paroxysmis*, sponte tum in totum recedentibus, tum de novo accendentibus.

2. Quoties namq; ab *Internis Causis*, nullo in Rebus non-naturalibus dictis patrato errato, *intervallo ceris aut incertis* redeunte molestantur Ægri *Febrē*, toties illa vocatur *Intermittens*, hoc est, haud continuo affligenſ, aſt per *Paroxysmos* repetens, iterumq; in totum desinens.

3. Quoties contra non ab *Internis*, ſed ab *Externis Causis*, ac imprimis ab uno pluribusve in Rebus non-naturalibus commiffis erratis excitatur *Febris*, toties illa *Simpli- citer Febris* vocatur; donec aut ex *comitibus Symptomatibus* probabiliter ceneſatur futura vel *Continua*, eaque *Diaria*. *Synochave*, vel *Intermittens*: aut post paucos ſaltem dies certò determinetur ipsius species.

4. Ni-

4. Niſum namque ſibi adſcribunt, quotquot, falſi ſæpius licet arguti, ad conſequendam judicii actis apud imperitos famam, inaniter gloriantur, ſe mox in prima cuiusvis *Febris* invaſione, & invaſionis principio ſtuere poſſe certò, an *Ephemera*, an *Synocha*, an *Intermittens*, & qui- dem an *Quotidiana*, an *Tertiana*, an *Quar- tana* ſit futura *Febris*. Quam gloriationem *Thrasonicam* libenter concedimus iis, qui ſe, aliosq; pafcere ſolent fumo ac dele- ctare vento.

5. *Februm Intermittentium Species ac Differentia* petuntur 1. ab *Intervallo* diverso nunc breviore, nunc longiore, quod inter ipſos intercedit *Paroxysmos*. 2. à *Symptoma- bus gravioribus*, quæ ipſas comitari ſolent, diversis.

6. 1. Ratione *Intervallorum* diverſorum dividuntur *Febrē Intermittentes* in *Quotidia- nas*, *Tertianas*, *Quartanas*, *Quintanas*, & ſic porrò, quatenus vel unoquoque, vel tertio, vel quarto, vel quinto, & ſic porrò repetunt die. Quas nunc *Simplices*, alias *Multiplices*, *Duplicesve*, *Triplexve*, aut etiam ex *Diversis Compositis* ſæpius obſervari docuimus Cap. 27. §. 13. & seq. additis eadē ab invicem diſtinguentibus Signis.

7. II.

7. II. Ratione *Symptomatum Graviorum*  
 (quemadmodum de Synochis jam dictum  
 Cap. 29. §. 23. & seq.) Nomina diversa for-  
 titæ sunt Febres Intermittentes. Nam I.  
*Algidae* observantur nonnunquam, non tan-  
 tum Frigore præsertim, sed Frigore tantum  
 molestæ; adeò ut aliquando & frequentius  
 levis, aliquando & rarius nullus sequatur  
 Calor.

8. Tales, etiam semper Algidas, in No-  
 socomio Academico habuimus ita manife-  
 stas, ut non tantum incipiente, atque auge-  
 scente, sed etiam vigente ac declinante, imò  
 cessante Paroxysmo, id est, semper tum  
 Suo, tum Adstantium, tum Medicorum  
 Sensu molestè ubique frigerent, nunquam  
 teperent, minus calerent ullibi Ægri. Sunt  
 que hæ Algidae graviores semper forsitan *Quo-  
 tidiane*.

9. Tam frequenter autem occurunt  
 Frigore præcedente, quam (calore subsequen-  
 te) molestiores Febres Intermittentes, ut non  
 tantum ab Ipso Denominationem suam in  
 pluribus Germaniæ, aliisque Septentrionis  
 Regionibus acceperint, verum Plebejo-  
 rum plerique tam diu se duntaxat febricitata-  
 re putent, quandiu Frigus patiuntur acre,  
 seque

seque à Febre liberatos judicent, quam pri-  
 mum incipit Calor sæpenumerò minime,  
 parumve molestus, vel gravis. Suntque ta-  
 les tum frequentius *Quartana*, tum inter-  
 dum *Tertiana*.

10. II. *Ardentes* non rarò existunt Intermi-  
 tentes Febres, ac imprimis *Tertiana*, in qui-  
 bus breve ac leve duntaxat, vel nullum ferè  
 notatur Frigus, vel Horror tantum medio-  
 cris præcedere Calorem, Ardoremq; sum-  
 um, eundemq; post finitum paroxysmum  
 sæpenumerò diutinè permanentem, ac sem-  
 per molestum: adeò ut nonnunquam novus  
 Paroxysmus prius revertatur, quam præce-  
 dentis Calor auctior in totum remiserit.

11. Non est autem necessum, ut idcirco  
 credatur simul permanisse cum remainente  
 Calore Febris, quoniam Pulsus quidem re-  
 mittit ab acquisita sua frequentia, non redit  
 autem auctus Corporis Calor ad pristinam  
 temperiem: unde etiam non rarò accedit  
 paulatim tali Febri Intermittenti Synocha,  
 fitque Tertiana Continua.

12. Quamvis autem aliquando Febres  
 Intermittentes solo Frigore, vel Calore sint  
 Ægris graves, *uplurimum* tamen utroque  
 urgentur, & Frigori succedere solet Calor;  
 Atque

Atque tunc ipsos quandoq; Frigus, quandoq; Calor magu angit, diuinusve durat, rarius a- qualiter eosdem afficit. Toto namque cælo errant, qui ex falsis suis Præjudiciis, atque contra Experientiam quotidianam Discipulos suos malè docent duplo, triplo vel quadruplo superari semper Frigus præcedens à subsequentे Calore, vel ratione Durationis, vel ratione Vehementie.

13. Nam, ut plerarunque Intermittentium Febrium secundum bina modo memorata Ipsarum Symptomata præ aliis omnibus frequentissima & maximè notabilia, non neglectis tamen cæteris, Historiam, & Invasionis, Affectionisq; modum paucis describam, solet in antecessum fere Ossitatio & Pandiculatio, quin aliquando Universalis Artuum Lassitudo vel Inquietudo, rarius Somnolentia præcedere, atque plus vel minus durare ac urgere.

14. Harum molestiarum uni, vel pluribus succedit plerunque (quantum Ego saltem in Ægris meis observare potui) Frigus in Regione Lumbari, & quidem nunc gravius, nunc levius; quod paulo post secundum Spinæ ductum tam sursum, quam deorsum ad omnia Corporis Extrema pergit atque non tan-

rantum in Manuum, Pedumq; Digitis, verum in Naso, Auribus, Mento, Lingua, imò Universa subinde Cùte se manifestat, & interiora interim non minus, quam exteriora molestat & affligit.

15. Rarius quidem Nullum in Lumbari Regione Frigus, vel non nisi serius sentitur. Quod aliquando in Ventris medio, ubi Tenuia Imæstina convolvuntur, præsertim, vel tantum Ægris observavi moleustum.

16. Sed & nonnunquam in Capitis partibus Interioribus, & quidem nunc in Occidente, nunc in Syncipite, nunc in Vertice potissimum

17. Frigus grave notavi.

17. Frigori leviori Horror, graviori vero Rigore esse solet Comes.

18. Durante Frigore Dolores urgent magis Rodentes, Contundentes, Lancinantes, cum Ventris Torminibus, aliisque Symptomatis quibusdam molestis, à quibus mox nonnullas denominabimus Febrium Intermittentium Species.

19. Incipiente Frigore una cum Pulsu mox Frequentiore observabis tum Minorem, tum Debilitorem, atque eodem magis adhuc urgente tam Exiguum, ut sèpius Tactu amplius percipi nequeat.

20. Ubique remittere Frigus incipit, solent non raro *Anxieties circa Piacordia esse mox secuturi Caloris præludia.*

21. Quin una cum Calore paulatim acceditur & augetur *Situs*; rarius enim durante Frigore urget; urget tamen aliquando.

22. Cum Calore autem *Pulsus*, continuo *Frequentior*, redditur sensim *Major*, & plerunque simul *Robustior*. Nam illo tunc existente *Parvo*, *Debilitate* judicatur *Febris Malitia*, *Summave Virium prostratio*, ideoque auctum periculum.

23. Accedit Calori auctoriori utplurimum *Lingua Ariditas*, *Respiratio austra* & quandoque *dificilis*, *Capitis Æstus*, *Dolorque*, *Temporum Pulsatio*, *Vigilia*, & non raro *Delirium*.

24. Denique paulatim remittente iterum Calore *Sudor* ferè manare solet copiosior, vel *parcior*, *Urinæ* saltem satis *copiosa extremitio*. Atque tunc ferè concurrente *Somno variio*, nunc magis tranquillo, nunc multum irrequieto, atque *Somniis*, vel *Insomniis* gravi, omnibus, plerisque saltem Symptomatis liberatur iterum ad tempus *Æger*; donec novo adventante *Paroxysmo* Febrili nunc eadem, nunc pauciora, plurave gravi, levius-

leviusve ipsum affiant; Quæ tandem sponte, arteve in totum, ex parte saltem tolluntur, aut ipsum tollunt.

25. Atque ita præcedente Frigore, atque succedente Calore solent utplurimum *Ægros* plerosque torquere *Febres Intermittentes*: quamvis nonnunquam (ut ad ceteras Ipsarum à Comitibus Symptomatis bus alii non parum *Ægros* quandoque urgentibus denominatas, denominandasve Species ac Differentias pergamus) III. observentur *Epiæ* dictæ, in quibus simul ac ubique *Frigus* & *Calor* vehementer urget.

26. IV. A *Siti* valde importuna & inextincta vocentur *Siculosa*: Quales non tantum observantur frequentius Calore urente, verum etiam Frigore urgente, adeò ut licet continuo bibant *Ægri*, nihil tamen sitiant minus. Nec duntaxat *Ægris*, ac præsertim potui tunc nimio indulgentibus, sed ipsis Medicis quoque morosam *Sitim* curaturis pariunt *Febres* tales molestiam luminam.

27. V *Famelicas* liceat eas nominare *Febres*, quibus conjuncta est *Fames rabida* & inexplibilis, adeò ut nisi concedatur, exhibeaturque durante licet *Paroxysmo* *Cibus*, in *Animi Deliquium*, aliaque Symptomata

ptomata molesta incident Aegri. Quamvis enim plerisque tunc Diminuitur, vel Abolletur aliquando in totum Ciborum Appetitus; alios tamen non tantum levis, sed dira invadit una cum Paroxysmo Febrili Fames.

28. VI. *Cardiacæ* occurunt Febres Intermittentes, inexplicabili sœpè, intolerabili que circa superius Ventriculi Orificium Dolore comitatæ, atque hoc præsertim Symptome graves, ac nonnunquam Epidemiarum; sive Vomit⁹ simul cōcurrat, sive absit.

29. VII. *Torminales* aut *Colicæ* Torminibus Ventris gravissimis, ejusdemve Distensionibus mirè angentibus, & una cum Intermittentis Febris Accessu accedentibus, ejusdemq; Discessu discedentibus denominandæ subindevisuntur Febres.

30. VIII. *Syncopales*, à Syncope Aegtos una cum Febre invadente nomen fortitæ occurunt nonnunquam Febres, valde graves ac periculose, silentio idè haud prætereundæ.

31. IX. *Observantur* aliquando Febres Intermittentes à comite Suffocatione Hypochondriaca, vulgo Hysterica diæta, cum Paroxysmo febrili gravius (& Fœminas præsertim) affiente *Præfocantes* nominandæ;

nandæ; cùm reverà nonnunquam Aegras tunc suffocent ac interimant, licet non valde graves simul existant, quoad cætera Symptoinata, Febres ipsæ.

32. X. Prædictis subinde valde affines subjungeamus *Anhelosas*, à diffici & anhelosa respiratione nominatas, & mirè, miserèque cùm, vel sine *Cordis Palpitatione* Aegros angentes. Has observavi non semel cum *Abdominis distensione*, atque *Præcordiorum* anxietate incipientes, *Pulsu* mox existente *Parvo*, *Debilique* ac *Frequentiore*, *Frigore* ac *Dolori Lumborum Regionem* simul urgente. Quod si tunc *Flatus* vel sursum per *ructus*, vel deorsum per *crepitus* aliqui erumperent, *Paroxysmus* existebat levior, sin minus, gravior; Nam postquam per unam, plurime horas duraverat illa *Distentio* & *Anxetas*, sensim utraque minuebatur, atque simul *Respiratio difficilis* & *Anhelatio summa* excitabatur, & quidem tanta, ut corpus vel minimam sui agitationem, motu invenire ferre non posset, *Pulsu* sensim aliquantò *Majore magis*, quam *Robusto* existente, ac continuo *Frequentiore*, unà cuim *Venis* ubique valde turgentibus, quæ extra paroxysmum erant exiguæ ac vix conspicuæ. *Anhelatio hæc*

aliquando gravius, aliquando levius, aliquando diutius, aliquando brevius angerbat; unde nonnunquam Præfocationi Hypochondriacæ convenientia medicamenta simul utiliter usurpabantur. Tandem vero *Madore magis*, quam Sudore solvebatur *Paroxysmus*, donec novus accederet, rarius quotidianus, crebreus tertianus.

33. XI. Nec infrequentes sunt Febres Intermittentes *Asthmaticæ*, à comite Asthmate, nunc graviore, nunc leviore ita descendæ. In quibus itidem Abdominis Anxietas & Distentio præcedere solet, atque illis remittentibus difficultis Respiratio & verè Asthmatica sequi, que una cum Paroxysmo utplurimum satis diu & aliquando ad unum, vel plures dies durante minuitur, & tandem cessat; nonnunquam illo sublato perseverat. Hujusmodi Asthmaticam Febrem vidi decimoquarto die aliquam di recurrentem, atque per plures dies vicibus singulis Ægrum satis molestè afficien tem, nî convenientibus & quoad anxietatem, & quoad durationem minueretur medicamentis.

34. XII. Non tantum Asthmaticas modò descriptas comitari solet *Tussis*, sed alias

alias quoque nullo Asthmate tunc simul urgente; à qua Tussi præ aliis Symptomatibus omnibus Ægros valde nunc molestante *Tussiculosas*, *Brechicasve* ipsas non incommodè nominari posse putavi. Mox enim, atque ingravescit Paroxysmus febrilis, urgere quoque incipit *Tussis*, utplurimum *Sicca*, rarius, nec nisi per accidens, *Humida*; quoties scilicet præterea Humor varius aut sponte, aut à Febris Causa, aut à sicca Tussi motus delabitur ad Pulmones.

35. XIII. Sed observantur quoque Febres Intermittentes *Catarrhales* vocandæ, à Catarro non tantum ad Pulmones, verum ad alias quoque Partes ruente, atque unà cum Paroxysmo febrili moto, ac cefante. Humor namque novus non delabitur ad partes extra Febrilem Paroxysmum, qui verò jam defluxit, non recedit aut deferit partem affectam, licet definat Febrilis Paroxysmus.

36. XIV. Ad Catarrhales Febres revocant aliqui Practici *Arthriticas*, quoniam existimant ortum suum Catarhis debere Arthritidem. Quoniam verò Ego judico unà cum sanguine per Arterias deferri ad Articulos Humorem diversum Arthri-

tidem producentem, omnino distingue-  
das existimo Arthriticas Febres à Catar-  
rhalibus : Cæterum quoties accurate satis  
observare potui ex fideli Ægrorum nar-  
ratione Arthritidis ortum & progressum, to-  
ties quoque notavi Ipsam unā cum Febre  
Synocha, vel intermitte fuisse produ-  
ctam: unde novis redeuntibus Intermitten-  
tis Febris Paroxysmis non parum augebatur  
Arthritis, donec aut in Continuum muta-  
retur, aut cessaret sponte, tollereturve arte  
Intermittens, perseverantibus nihilominus  
Articulorum Doloribus.

37. XV. Quemadmodum Synochæ, ita  
frequenter Intermittentes occurunt Fe-  
bres Insana aut Deliræ vocandæ, Belgis Ra-  
rende Koortsen dictæ, à Delirio, rariis qui-  
dem durante Frigore, crebrius urgente Ca-  
lore post Capitis Dolorem, Vigilias, Tempor-  
rum Pulsionem ipsis superveniente, atque  
unā cum Paroxysmo iterum & quidem post  
Somnum vel placidum, vel Insomniis tu-  
multuosum sensim cessante.

38. XVI. A Vomitu aut mox incipiente,  
duranteve adhuc Frigore, aut mox incho-  
ante, accrescenteve Calore nunc continuo,  
nunc per interyalla occurunt Emetica aut

Vomi-

Vomitoria dicendæ ; tantò graviores, quod  
plerunque inde non levantur, sed gravantur  
magis Ægri. Unde meritò vomitus ille non  
censetur Criticus, sed Symptomaticus.

39. XVII. Sic observantur quoque Alvi  
Dejectione multâ, vel frequenti, & quan-  
doque simul tormentosa diverso Accessus  
tempore Ægros valde molestantes, ac debi-  
litantes Febres Intermittentes, *Catarrctica*  
idcirco, aut *Dejectoria*, aut, si à vocabulis  
magis emphaticis non abhorreat delicatæ  
aures, *Cacatoria* vocandæ.

40. XVIII. Non tantùm singuli plera-  
rumque Intermittentium Febrium Paro-  
xyymi desinere solent ac solvi Sudore Ægris  
utili, ac proinde pro Critico tunc habendo;  
sed non nunquam durante bonâ vel maximâ  
cujusvis Paroxysmi parte Sudor multus,  
Ægrisque noxijs, ideoque Symptomati-  
cus, sèpius calidus, rarius frigidus ex uni-  
verso corpore, aut parte privatâ, Capite,  
Thorace, Abdomine, Artibusve manans  
Febres constituit Sudatorias: Quales obser-  
vantur etiam Synochæ, Sudoris Angli no-  
mine notæ ac celebres.

41. XIX. Sed observantur etiam Febres  
Intermittentes continuâ ferè Miëtione, &

Q 3

quidem

quidem Symptomaticā, Ægrosque infirmantere, non Criticā & ipsos levante moleſta; quas proinde apte *Micturientes aut Ureticas* vocaveris.

42.XX. Observantur denique, ut tandem hisce nomenclaturis ex parte novis finem imponam, Febres Intermittentes, quas durante Paroxysmo Sputatio & Salivatio gravis & molesta comitatur, ideoque *Sputatoria* aut *Ptyalodes* nominandæ.

43. Occurrunt dubio procul adhuc plures Intermittentium Februm Species ac Differentiae à Symptomatisbus gravibus, molestisque appellandæ; sed sufficiente hoc tempore aliquot satis notabiles ad exemplum proposuisse, quas diversissimis quotidiè peragendis avocatissimus potui reuocare in Memoriam segnius concedita reponentem.

44. Februm autem Intermittentium tot modis inter se differentium *Causas* si quis me rogaverit, respondebo aliam esse *Intermittentis Febris*, quâ est *Intermittens*, alias hujus vel illius Speciei, quatenus hoc vel illo recurrit die, his vel illis comitata est Symptomatisbus gravibus.

45. Quoniam verò, si alicubi, certe in assignan-

assignanda vera Februm Intermittentum omnium & singularum Causa portentosus observatur Medicinæ Doctorum dissensus, atque à ceterorum omnium Opinione non parùm forsitan recedit ultimò etiam meas; liber in eorum præsertim gratiam, qui nunquam me de hac materia publicè, privatè docentem audiverunt, audientive, aut sermones saltem mecum contulerunt, conferentive, totum hoc negotium arduum & intricatum altius repetere, accuratiū examinare, atque, quâm unquam est haec tenus à me factum, enucleatiū explicare: quod faciam, quantum operas indies urgente Hypothetâ, easdemque præstolante Auditorio privato, licebit per occupationes, distractionesque quotidiè acrecentes magis, quâm decrescentes, ideoque Animum à meditatione attenta, omnino hic requisita, perpetuò abstrahentes.

46. Ad Febrem igitur *Intermittentem*, hoc est, Intervallis nunc certis, nunc incertis, nunc brevioribus, nunc longioribus, & quidem post cessationem totalem, eamque itidem nunc duriorem, nunc breviorem novis Paroxysmis pariter tum ratione Fri-

goris, tum ratione Caloris nunc brevioribus, nunc longioribus sibi repetentem, producendam requiritur aliquid, quod in Sanguine non existens, alias Synocha Febris excitaretur, sed ipsi admistum una cum ipso ad Dextrum Cordis ventriculum deferratur, & quidem à Parte corporis tali, que per Vasa sua aut immediate, aut mediatae communicet cum corde. Fundamentum namque Postulatique loco hinc supponimus Circularem Sanguinis Motum, & ab aliis, & à nobis alibi abunde probatum.

47. 2. Aparte tali, perque Vasa talia, in qua, vel in quibus possit ipsum, ob Causam Externam, in Rebus nonnaturalibus ferè consistentem, ita infici & affici, ut subito secundum aliquam saltum sui partem in motu suo sistatur, atque ad tempus aliquod, idque nunc longius, nunc brevius impediatur, ne hactenus continuo ad Cor deveniat.

48. 3. Illud idem tale sit oportet, quod aut propter solam sui moram & stagnationem in Foco suo vel Vasis sua sponte, aut propter quamcunque aliam Causam Internam à quavis ejus Affertore nominandam, demonstrandamque ac concurrentem tale vitium acquirat, ex quo (ubi denique ipsi quoque

que demuin modo ac medio restitutus est patens ad Cor aditus) vel Solo, vel alis pariter determinandis juncto cuncta Symptomata etiam diversissima & in descriptis multifariis Febrium intermittentium Speciebus observabilia tum commode possint deducuntur rationali, certaque Curatione confirmari. Commentis namque, Figmentisque inanibus, praxi Medicæ adversis semel ac semper vale dicere jubemus omnes Cordatos & dignos Medicinæ, Artium Regina, Aluminos.

49. 4. Impedimentum ipsum: tale sit oportet, quod ad tempus Humorem prius stagnans cogere possit, postquam vero eidem transitum quacunque demum de causa concessit, mox ad pristinam revertatur naturam suam, & proinde similem priori Humorem tamdiu eodem in loco similiter sistat, donec idem, uti prior, per paratam quovis modis viam effusus Paroxysmum novum producat; idque tamdiu alternatim continuetur, donec tandem (nisi prius perierit Æger) aut sponte, aut casu, aut arte notatum corrigitur, tollaturve Impedimentum, atque eo ipso intermittens curetur Febris.

50. Si proinde omnes corporis Humanæ  
QS (nam

(nam Brutorum Oeconomiam Veterinariis relinquimus expendendam , explicandamque) *Humores* suis in Locis parati, aut etiam coacervari , posteaque per Vasa sua ad Dextrum Cordis Ventriculum deferri solitos excutiamus , & attentè considemus , observabimus præter *Sanguinem* à Partibus Continentibus omnibus ac singulis ad Cor per Venas refluenterem ; 1. *Bilem* tām immediatē *Sanguini* ascendi per Ductum suum Hepaticum ; quām mediatae *Sanguini* descendenti per Ductum suum Intestinalem , Intestinorum fistulam , Lacteas Venas , Ductumque Lymphaticum Thoracicū ; 2. *Lympham* immediatē *Sanguini* descendenti per Vasa sua Lymphatica , eorundemque Truncum ; 3. *Succum Pancreaticum* mediatae duntaxat eidē *Sanguini* descendenti per Ductum proprium Intestinalem Fistulam , Lacteas Venas , & Ductum Thoracicū ; 4. denique *Salivam* itidem mediata tantū *Sanguini* descendenti per suos Ductus , Os , Oesophagum , Ventriculum , Intestina , Lacteas Venas , & Ductum Thoracicū admisceri , atque unā cum ipso ad Dextrum Cordis Ventriculum propelli.

§. Præ-

51. Præter quos *Humores* nominatos quatuor , cùm hactenus innotuerint nulli ad Dextrum Cordis Ventriculum delati , merito ab illorum Uno vel Pluribus Februm Intermittentium , quā Intermittentium , Casam deducendam , petendamque judicamus : postquam ab Ipso *Sanguine male affetto Synocham* , non Intermittentem futuram Febreū , propter ipsius Motum ad Cor perpetuum , nemo non videt.

52. Quod si stagneret alicubi *Sanguis* , mox ibide orientur *Inflammatio* : quæ si reliquo *Sanguini* communicetur , itidem non Intermittens , ast *Synocha* produci solet Febris . Cui aliquando Intermittentem ac præser-  
tim Tertianam copulari , atque tunc ex utraque Tertianam Continuam fieri haud novum , nec mirum , obrationes ex posteā dicendis satis futuras manifestas.

53. *Sanguine* igitur relēto I. *A Bile Febrēs Intermittentes* , quā Intermittentes , deducendas censem̄t nemo , qui attentā mente consideraverit , nec in sua Vesicula , nec in suis Ductibus posse illam subitō ab ulla Causa Externa ita infici & affici , ut ibidem aut secundūm aliquam fui partem in motu suo ad tempus sistatur , atque iterum

Q 6

vd

vel sponte suâ, vel ob quamcunque aliam demonstrabilem Causam Internam inveniat viam, per quam quocunque modo feratur ad Cor, ac vel sola, vel aliis juncta producat Symptomata superius notata.

54. Concrescit aliquando, nec diffiteor, Biliſ tum in Folliculo ſuo in Calculos, Lapilloſve maiores aut minores, tum in Hepaticis ſuis Ductibus in calculoſam Crufiam: Verum quemadmodum neutrū fit ſubitò, ita nunquam eſt observatum alterutrum ab Interna Cauſa, quin Externa duntaxat ſerum ſolutum, nec tamen ita, ut aliq[ui]d Febribus Intermittentibus ſimile poffit inde deduci.

55. Judicatur itidem aliquando, fateor, ex obſcurè albicantibus & vifcidioribus Alvi ſœciibus in Ictero Bilis ad tenue Intefinum quacunque demum de cauſa non deferriri. Attamen non ſemper, ſubinde licet, obſervatur Ictero Intermittens conjuncta Febris; quæ proinde ab illo Bilis impedimento deduci nequit.

56. II. A Lymphasimiliter Febrēs Intermittentes, quâ Intermittentes, haud videntur deducendæ. Nam, præterquam quod Symptomata pleraque ipsas frequentius comitantia,

tantia, & in Abdomine imprimis obſervabilia, ne per ſomnium quidem à Lympha expectari queant, prætereà, ſi à Lympha penderent, producerenturque Febres Intermittentes, tunc vel univerſa Lympha, vel aliqua ejus pars culpanda foret, tanquam in Motu ſuo ad Cor reciprocè impedita, itenique expedita. Si univerſa? ubi & quale fingetur illud Impedimentum? an in omnibus Glandulis Conglobatis, Musculis & Visceribus? an in omnibus Lymphaticis Vafis, eoruñdemve Trunco circa ſuam in Vnam Jugularem, Axillaremve ſinistram insertionem? Si' aliqua duntaxat ejus pars? Quænam & ubi? An quæ à Glandulis Conglobatis omnibus, vel quibusdam tantum ad Cor tendit? An eadem in omnibus Glandulis impeditur? Sed raro deprehenduntur, nec niſi ferè in Gravedine, atque Catarthalibus Febribus (de quibus præcedente Capite actum) tumentes, aut induratæ iſtæ Glandulæ, vix unquam valde licet urgentibus, quarum Cauſas rimamur, Intermittentibus Febribus: adeò ut, quò quis attentiùs Lymphæ ortum & motum, ejusdemque Focum & Vafa deferentia enucleat, eò minus inclinet ad Februm intermittentium,

57. III. A Saliva Febres Intermittentes, quâ Intermittentes, minimè videntur deducenda. Quanvis enim (ne argumenta plura ex modo de Lympba dictis hoc transferamus) aliquando, id enim non est perpetuum, paulò antè Paroxysmum Febrilem, aut unà cum ipso Incipiente obseretur Saliva copiosior, vel parcior ad Os dederi, talis tamen tunc non notatur eadem Saliva, ut ei solidè adscribi queant, non dicam omnia, sed ne frequentissima quidem in omnibus penè Intermittentibus Febribus molesta Symptomata. Non fertur, inquam, semper, quod tamen omnino fieri oporteret, Saliva tempore Intermissionis parcior ad Os, & copiosior instantे aut urgente Paroxysmo; cùm aliquando eveniat contrarium, ali- quando neutrum. Quæ autem in Saliva deprehenduntur plerunque vitia, eadem nil minùs, quān primarium testantur Salivæ vitium, sed potius secundarium dunraxat, quemadmodum id ex postea dicendis clarius patet.

58. IV. A Succo Pancreatico Febres Intermittentes, quâ Intermittentes, quivis merito cense-

59. Nam i. Laudatus ille Succus defertur ab ipso Pancreate, Parte Iali, qua per Vasa sua & Ductus proprios mediae (sicut §. 50. dictum,) communicat cum Dextro Cordis Ventriculo.

60. 2. Defertur idem Succus per Vasata lia, Ductus nēmpe Laterales, in quorum uno vel pluribus potest ipse ob Causam Externam trahisci & affici, ut subiō secundū aliquam sui partem in Motu suo sifstatur, atque ad tempus aliquod impediatur, ne hactenus continuo ad Cor deveniat.

61. Eventus autem illud, quoties nunc ab Eflu Aeris, nunc à vchementiore Corporis Motu, nunc à Vigiliis protractis, nunc ab Animi Solicitudine, aut Ira durante, nunc ab Alimentis, Condimentis, Medicamentisve acrioribus, vel quacumque demum Causa alia Pituita in tenui Intestino plurimum colligi & accumulari solita solviunt, mox & Sanguini admista unà cum ipso quaquaversum ad omnes Corporis partes propelliunt, quin humorib⁹ singulis ubivis præparatis arctius

arctius vel laxius conjuncta cum iisdem per ipsorum Vasa devehitur. Unde superveniente subito causâ Externâ , Pituitam coagulare aptâ (Aëre puta glaciali, Ventisque algidioribus agitato, vel quoconque Afflatu frigus pariente , Pluviâ vel quâvis Aquâ corpus contingente, frigoreque suo ipsum afficiente ; Potu cujusvis Liquoris gelidi , majore imprimis copiâ sumpti; Animi T errore aut Mœrore summo , repentina præsertim & inopinato, &c.) quemadmodum alibi, ita in Ductibus Pancreatis Lateralibus , angustioribus scilicet, concrescit eadem Pituita, Ductus eosdem obstruit, ac, ne per illos Succus, ibidem idcirco Stagnans ; in Ductum Medium, ampliorem, & sic ulterius perget, impedit.

62. Illud autem in Pancreate, qualiter ceteris forsitan Corporis Partibus omnibus , accidit facilius, sèpiusque, quoniam cum Succi Pancreatici , ceteros Humores omnes Aciditate superantis Materiâ acidiore jungitur, transportaturque facilius & copiosius Pituita ; quin ab eadem secedit rursus non ita difficulter accedente Causâ ipsam coagulante ; à qua promovetur ille Secessus inter Succum Acidiusculum quidem, non ta-

men

men valdâ Acrem , atque Pituitam, sed Viscidiorem simul confusos tantum , neutriquam intimè mistos.

63. Nec tantum Obstructionem in Ductibus Pancreatis Lateralibus ex modo enumeratis Causis ex parte sibi contrariis , sequentia mutuò excipientibus fieri posse probabiliter conclusimus , verùm ipsam non semel acta factam evidenter in Cadaverum Sectionibus per autopsiam evicimus.

64. Aliquoties namque publicè quibusvis præsentibus in Nosocomio Academicò Agrorum, præter alios Affectus graves, Intermittentibus quoque Febribus , & quidem non raro multifariis , diutine laborantium & tandem mortuorum Cadavera dissecantes, per Syringam huic rei aptam infundimus Salem Volatilem liquidum & tinturâ cœruleâ infectum in Ductum Pancreaticum, ubi in tenue hiat Intestinum. Qui Sal quoniam nunc in plures, nunc in pauciores Glandulas non penetrabat ; dum in ceteras tum viciniores, tum remotiores, & quidem non coloratis tamen ulteriores, quam citeriores admitteretur, ipsaque colore suo inficeret, obstaculum aliquod hinc inde latitasse, propter quod, ne per Laterales Pancreatis Ductus

Ductus omnes in connexas ipsis Glandulas  
mearet, Liquor infusus impediretur, Spe-  
ctatorum nemo non videbat, & procul  
omni dubitatione agnoscebat.

65. Obstaculum autem illud *Obstrunctionem*  
fuisse ab *Humore crasso*, *viscidoque Lateralis*  
*Ductus* *infarciente* vel idcirco assevero,  
quoniam (praterquam, quod nullum  
vel minimum, cui hoc adscriberetur, occur-  
rebat vel *Compressionis*, vel aliis *Angustiae*  
speciei signum) causæ antecedentes omnes,  
quoties innotescunt, Symptoma Febres  
Intermittentes comitari solita, ipsaque adeò  
eadem curandi Ratio maximè rationalis ac  
certissima cum Obstructione planè con-  
venire, & amissum quadrare deprehen-  
duntur.

66. 3. *Talis est Succus Pancreaticus*, qui  
propter solam sui moram & Stagnationem in  
*Ductibus suis Lateralibus* sponte suā vitium  
tale possit acquirere; adeò ut tunc ex ipso par-  
tim Solo, partim aliis postea determinandis  
juncto cuncta Febrium intermittentium Sym-  
ptomata, etiam diversissima commode, nec ita  
difficiliter possunt deduci, atque Rationali, cer-  
taque Curatione confirmari.

67. Est enim *Succus Pancreaticus* naturā  
suā

suā *Subacidus*: quod evincunt non tantum  
Argumenta plura à Me in *Disquisitione mea*  
de *Febribus Secunda* §. 32, & seq. proposita,  
sed ipsa Experientia fœlici successu ab Inge-  
niosissimo D. Regnero de Graaf tum sibi  
hīc & alibi in Canibus, tum etiam semel  
Andegavi in Homine infœliciter sub tra-  
bile opppresso ac extincto instituta, & pecu-  
liari *Exercitatione* sub finem Anni 1664.  
examina publico sub meo præsidio hīc ex-  
posita.

68. Hic *Succus*, quoniam *Subacidus* est,  
idecirco simul talis est, qui propter solam sui  
moram & Stagnationem in *Ductibus suis*  
quibus vis sponte suā vitietur, & quidem ita,  
ut reddatur primum solito acidior; hinc Ob-  
sirumento suo *Ductus Putitam*, si non in to-  
tum solvit & secum educat, perforet saltem  
ac permeet; atque tandem tum *Solus*, tum  
aliis *Humoribus* posteà explicandis junctus  
*Symptomata in Febribus Intermittentibus*  
*omnibus* *occurentia omnia* non tantum pro-  
ducere possit, ast revera producat.

69. Testatur enim Experientia quotidiana  
na quavis *Acida* sponte suā reddi continuo  
*Acidiora*. Sic *Acetum* quod servatur diutius,  
eo acescit magis. Cujus eventus Ego se-  
quentem

quentem puto Rationem; Acrimoniam  
nempe Acidorum augeri nunc, quoniam  
evanescunt ex parte saltem Spiritus Volati-  
les Aciditatem illam temperantes, unde  
non mirum, si conservatus liquor quivis  
Acidus reddatur sensim Acidior. Eandem  
ob causam multis licet ignoratam promo-  
vetur Aceti confectione in loco Igne vulgaris  
calefacto, vel sub ædium tecto summo Solis  
radiis exposito; horum enim ope via para-  
tur Spiritibus Volatilibus citius & faciliter  
sic ex parte paulatim effluxuris.

70. Quemadmodum autem extra cor-  
pus nostrum Acida quævis acescunt sponte  
magis, magisque; ita in eodem ipso, & nomi-  
natim *Succum Pancreaticum Stagnantem*  
amplius acescere probant Symptomata tum  
in Melancholicis Affectibus dictis plerisque,  
tum, quod hinc magis urget, in Februm In-  
termittentium initia observabilia, & sicut  
absque ullius Acidii abusu sæpè oborta, ita  
uni Acidio accepta referenda; quæ idcirco  
mox accuratius excutiemus.

71. Acescit vero Succus Pancreaticus in  
Ductibus suis Stagnans, quoniam sece-  
dit tunc ab Ipso sensim magis magisque  
Spiritus Volatilis ei secundum naturam

con-

PRÆCOS MEDICÆ LIB. I. 381  
conunctus, ipsiusque blandè tempe-  
rans.

72. Hic *Succus Pancreaticus Stagnatio-*  
ne, sicut dictum est, Acidior & Acrior fa-  
ctus in *Obstruentem Ductus suis Pituitam*  
viam suam exercere, ipsamque incide*re* inci-  
pit: Quæ sitenacitate ac visciditate tantâ  
prævaleat, ut in totum ab ipso abstergeri,  
solvi atque inde removeri nequeat, eandem  
saltem perterebrat, sibique per ipsam vi viam  
aperit, quam pervadat.

73. Symptomatum omnium in Febribus  
Intermittentibus observabilium exortum  
a Succo Pancreatico Acidiore, aliisque Hu-  
moribus ipsiusunctis deducemus, postquam  
verbo præmisierimus 4. Requisitum §. 49.  
notatum hic quoque concurrere: Pituitam  
nempe Viscidam Ductus Pancreatis Latera-  
les Obstruentem talem esse, quæ non tantum  
in ipsis Succum laudatum ad tempus cogere  
possit, ut ibi stagnet; sed insuper, postquam ei-  
dem acrimoniam suam sibi paranti transi-  
tum concessit, mox iterum coeat, concrecat,  
solutamque ex parte Obstructionem reparet  
ac redintegret, hinc & similem priori Succum  
tamdiu eodem in loco similiter sistat, donec  
idem, ut prior, per apertam similiter viam  
effusus

*effusus Paroxysmum novum producat; idque tamdiu alternatim continuetur, donec quo- cunque modo tollatur in totum Obstructio ac Febris, aut ipsus Æger.*

74. Pituitæ Viscidæ Naturam esse, ut perforata licet, sponte coeat iterum & coalescat, evincunt non tantum viscida omnia eandem mutationem spontaneam, subite solita, verum insuper pleraque Febres Intermittentes eradicantia vel etiam jugularia dicta medicamenta; sive sint ea Incidentia, & Diuretica, Sudoriferave, sive Vomitoria, Purgantiave per Alvum. Illa enim omnia videntur mihi Febres Intermittentes quasvis curare, quatenus Pituitam Viscidam in Ductibus Pancreaticis hærentem incident, solvunt, abstergunt, atque secum ad Intestina deducunt, quin aliquando diuersâ licet viâ è corpore in totum educunt. Quod agnoscat facile quivis medicamenta Febribus Intermittentibus feliciter tollendis specialia, vulgo specifica dicta serio expendens, trutinansque: quod pluribus hic probare studiò supersedemus, quod brevitati studeamus; cum præsertim ex iis, quæ haec tenus dicta sunt, & dicentur adhuc, proclive sit unicuique id ipsum elicere.

75. Quo-

75. Quoties non subito & à Medicamentis casu vel arte usurpati, aut Rebus Non-naturalibus non-naturaliter se habentibus, modumque excedentibus exterminantur, verum lentè ac penè insensibiliter evanescent Febres Intermittentes, toties, si quis omnia, quæ nunc Ægris obveniunt, observaverit, comperiet solutionis hujus rationem adscribendam omnino iisdem rebus Non-naturalibus, & quandoque Medicamentis, sed valde moderatis, ideoque seguius, minime notabiliter laudatum effectum prodicentibus.

76. Postquam pluribus deduximus Febrium Intermittentium, quâ Intermittentes sunt, exortum à Succo Pancreatico in Lateralibus suis Ductibus Obstructis Stagnante, proximum est, ut jam Symptoma-ta omnia, eademque diversissima in Febribus iisdem notabilia tum ab eodem, tum ab Humoribus aliis cum ipso junctis deducamus, atque sic nostram de Februm harumce ortu Sententiam ex parte saltem, uti speramus, jam probatam comprobemus ac confirmemus.

77. *Succus ergo Pancreaticus Stagnatione notata redditus naturali Acidior, atque post*

post perterebratam obstruentem Pituitam  
in tenuis Intestini cavitatem effusus mox in  
*Confluentem Bilem qualemcumque* insurgit,  
atque cum ipsa Effervescentiam solito acrio-  
rem parit, & quidem pro Pituita simul oc-  
currentis varietate variantem.

78. Quamdiu enim *Succus ille Acidior*  
*Pituita adjutus oppressam tenet Bilem*, tam-  
diu *Frigus* in multis circumstantiis pluri-  
um differens profert.

79. Nam 1. frequentissime in *Lumborum Regionem*, ubi confluxus est trium modò me-  
moratorum in tenui Intestino Humorum,  
*Frigus angit vehemens*, quando *Succus praedictus* est Acidior & Pituita non valde vi-  
scida, per quam penetrans Intestinorum  
Tunicam Frigoris Sensu afficit.

80. 2. In eadem Lumborum Regione  
paucum vel nullum sentitur *Frigus*, quando  
valde viscida existit Salivaris Pituita, Succi  
Pancreatici penetrationem ad Intestini tu-  
nicam impediens, unde tunc aut in *Ventriss medio*, tenuis nempe Intestini parte ulterio-  
re, aut in *extremis* duntaxat corporis partibus  
urget Frigus.

81. 3. In Capitis partibus Interioribus Fri-  
gus maximè molestare videtur, quando  
idem

idem Humore scatet Pituitoso, cui se jun-  
gens *Succus Acidus*, ejusve *Halitus*, ibidem  
magis, quam alibi, se manifestat, ægrumque  
torquet.

82. 4. Ab iisdem Halitibus lenioribus,  
& ob admissam Pituitam Intestinalem ma-  
gis Flatulentis ad Pulmones tendentibus  
excitantur in Paroxysmorum plerorum-  
que initii *Oscitationes*, uti ab iisdem per  
Corporis Habitum dispersis *Pandicula-  
tiones*, *Inquietudines*, *Artuumque Lassitudi-  
nes*.

83. 5. Ab iisdem Halitibus acrioribus,  
minusque Pituitæ admistæ habentibus, sed  
gradibus acrimoniarum differentibus produci-  
tur alias *Horror*, alias *Rigor*.

84. 6. Ab iisdem Halitibus, majorem acri-  
moniam obtinentibus *Dolores rodentes*, *lan-  
ciantes*, *Ventrisque adeo Tormina gignun-  
tut*: sicut ab admista multa Pituita *Dolores*  
*Gravantes* magis ac *Contundentes*.

85. 7. *Pulsus* mox cum accessu *Frequen-  
tior* existit propter irritationem Cordis ab  
Halitibus tum flatulentis, tum acribus eò  
tendentibus : Idem aucto Frigore paula-  
tum redditur *Minor ratione Aciditatis au-  
ctæ* in Halitibus assurgentibus, *Sanguinis-*

que magis coagulati, adeoque ad sui rarefactionem minus apti: Unde non mirum, si præterea unà cum *Animali Motu* universo *Debilior* fiat *Pulsus*; qui proinde urgente valde Frigore vix, aut ne vix quidem observari potest.

86. Ubi autem omnis *Succus Parcreatus* stagnatione acrior factus effusus est in tenuem *Intestinum*, atque *Bilis* aut per se acrior existens, aut proprie *vitiōsam* eum dicto succo factam *Effervescentiam Acrior facta* vicissim dominium nanciscatur, qui tunc ferè plures attolluntur *Halitus* magis *Bilioſi*, i. *Anxietatem* circa pracordia solent parere, quin nonnunquam *Nauseam*, *Vomitumque*, aut subinde *Alviflumsum*, de quibus postea agemus pluribus.

87.2. Ab iisdem *Halitibus* magis *Bilioſi* partim ad *Ventriculum*, hinc & *Fauces* aſſurgentibus, partim ad *Cor* & *Pulmones* tranſcuntibus *Sitis* excitatur.

88.3. *Bile* dominium in *Corde* quoque recuperante, *Sanguis paulatim* magis rarefit, *Pulsusque major* fit & robustior; permanente nihilominus priore *Frequentia*, propter irritationem non minùs à *Bilis* *Acri monia* & *Sanguinis rarefactione* aucta cor di contingentem.

89. Sed

89. Sed imprimis 4. *Calor* & *Ardor* in *Corde*, hinc & universo *angetur Corpore*, propter imperantem successivè *Bilem*.

90. Nec mirum proinde, si tunc 5. *Ardori* tali copuletur *Lingua Ariditas*, cùm *Halitus* è *Sanguine* in *Pulmones* delato per asperam arteriam effusi candem exſiccent.

91. Nec mirum, si 6. rarefacto valde *Sanguine* difficultas procedat & angeatur *Respiratio*.

92. Nec mirum, si 7. *Capitis præfertim Effusus*, *Dolor*, *Pulsatio* que angat *Ægros*, postquam nulla *Corporis Pars* tot habet *Arterias*, tantum accipit *Sanguinis*, quād idem *Caput*: in cuius temporali regione cū sit notabilis illæ *Cerebri anfractuoſa Eiſiura*, per quas grandes feruntur *Arteriae*, ibidem *Pulsatio*, quād alibi sentitur moleſtior.

93. Nec mirum quoque, si 8. tum *Vigilia* tam frequenter urgeant, tum non rarò *Delirium*: *Vitiosi* namque producuntur tunc necessariò *Spiritus Animales*, moventur iisdem turbulentè, quin à quiete, tranquillitate saltē naturali impediuntur, quapropter *Mens illius egens*

R 2

turba-

turbatur ; quin s̄apenumērō Amens fit  
Æger.

94. Postquam verò *Bilis* à *Succo Pancreatico* propter stagnationem suam Acriore factō similiter *Acrioris facta astus præternaturalis* ac *furor pauplatum remittere incipit*, jamque ad serenitatem , tranquillitatem que pristinam Universi Corporis Humores disponuntur, qui durante Paroxysmo turbulentio penitus erant confusi, jam sensim ab invicem rursum secerni ac secedere, quis eorum aliqui unā cum Potu liberalius fere assumpto per *Sudorem*, aut *Urinam excerni* solent.

95. Quemadmodum autem durante & urgente paroxysmo Vigilæ angere , sic eodem declinante *Somnus blandus fatigatis obrepere solet*, atque ipsos iterum recreare.

96. Quòd si arctiùs uniti Corporis Humores ex parte duntaxat secesserunt iterum ab invicem, *Somnus observatur minus tranquillus*, & *Somniis vel insomniis gravis*; qui Affectione potius ingravescere, quām minui testatur.

97. Sed , ut omnes à nobis enumeratas Febrium species ordine persequamur , I.

*Algen-*

*Agentes* ortum suum debent *Succo Pancreatico Acidiori* , & *Pituita satis copiosa ac viscidæ juncto* , *Bile* interim existente valdè inerte.

98. II. *Ardentes Febres* originem trahunt à *Succo Pancreatico minus acri & Pituita paucâ minusque viscida* , *Bile* autem tum *Acri, & Oleosa*, tum *copiosa*.

99. III. *Epizalias Febres* puto esse duplices Intermittentes , sed utrasque à *Succo Pancreatico Acriore* , *Bile*que itidem *Acri productas* , & ita quidem , ut continuò unius Frigus concurrat cum alterius ardore, atque prioris Paroxysmus novus & Frigus revertatur, quando posterioris Calor incipit augeri & Ægrum angere.

100. IV. *Siticulosas Febres* adscribo *Saltatoriori* in *Bile* existenti; cui si Comes adfit *Oleofitas multa* , urget Sitis maximè durante Calore ; fin' eadem fuerit parcior, etiam vexante Frigore : Vis autem ipsius nocens manifestatur magis ad *Succi Pancreatici post stagnationem febrilem erupti* occursum, Effervescentiamque vitiosam.

101. V. *Famelicas Febres* deduco à *Succo Pancreatico* propter stagnationem suam

exciditate graviore, potenti tamen prædito, quæ ad Ventriculum usque ascensens, tum Famem illam immanem, tum aliquando, si denegetur Cibus, Animi Deliquium, & alia Symptoma producat.

102. VI. *Cardiacas Febres* parit *Succus Pancreaticus* stagnatione suâ Corrodentem vim noctis, imprimis quando *Bilis* concurredit *Acris*, atque potens contingit ex ipso rum confluxu Effervescentia; unde Halitus acerrimi ad superius Ventriculi Orificium assurgententes ipsum acriter mordent ag rodunt.

103. VII. *Terminales Febres* sunt ab eodem *Sacco Pancreatico* stagnatione suâ tum Acriore, tum Austeriore facto, atque Acrimoniam suam nunc in Tenuia, nunc in Crassa quoque Intestina exerente: Cum quo siconcurrat *Pituita Viscida*, & *Bilis* mediocriter saltē *Acris*, *Flatus* excitantur, qui unā cum Intestinis Abdomen distendant, & *Colicum Dolorem* importunum. Febris Comitem pariant.

104. VIII. *Syncopales Febres* itidem *Succo Pancreatico* debentur, sed stagnatione suâ Volatiliè magis, quam Acrem Aciditatem dacto, *Bile* interim existente *panca vel iner-*

*re*, unde idem absque mora per Lacteas Venas versus Cor penetrans non tantum quaquaversum prorumpit, ac *Sudorem frigidum* excitat, verū *Sanguinem* quoque mox ita coagulat, ut ad tempus sensibiliter rarefieri non possit, nec proinde *Pulsus* observari, donec cessante hujus *Succi* nocentissimi accessu paulatim aliquid virium recipiat *Bilis*, atque videatur *Ager* nunc à Mortuis redire ad Vivos.

105. IX. *Prefocantes Febres* triduo *Halitibus Austeris* è *Succo Pancreatico* propter sui stagnationem *Austeriore* facto in suum *Bile* Effervescentia excitatis, nec tantum ad Ventriculum, ac *Oesophagum*, verū per Lacteas Venas, Ductumque *Thoracicum* ad Cor etiam & Pulmones assurgentibus, atque in *Oesophago Suffocationis Sensum*, in Pulmonibus autem Suffocationem veram nonnunquam producentibus.

106. X. *Anhelosas Febres* itidem *Halitibus*, sed minus *Austeris* modo simili ex *Succo Pancreatico* minus *Austo*, sed *Pituita Viscida* in tenui Intestino concurrenti mixto eductis, & ideo magis *Flatulentis* acceptas puto referendas: e quibus facilè tan-

tumque Symptomata omnia §. 32. enumera possunt deduci, & satis commodè explicari.

107. XI. *Asthmaticas Febres* producit meo Judicio *Pituita viscida* in tenui Intestino reperta, & à *Succo Pancreatico* Febrilem Paroxysmum excitaturo soluta, quin una cum ipso ad Cor ac Pulmones delata, ibidem hærens atque Stertorosam Respiracionem proferens; dum multi, paucive Flatus simul ex eadem prodeunt, & Paroxysmum graviorem, aut leviorem, longiorē, aut breviorem faciunt.

108. XII. *Tussiculosas Febres* rariū Flatus, saepius Halitus, non tam Viscidi, quam Acres proferunt, partim *Succo Pancreatico*, partim *Pituita Intestinalis*, sed acrioribus & mordicantibus adscribendi, quoties illi ad Pulmones pertingunt, ipsoque irritando ad continuò tussiendum irritant & cogunt.

109. XIII. *Catarrhales Febres* debentur Humoribus in capite paulatim collectis, atque ab *Intermittentis Febribus Causa* eò delata solutis, & ad sui Distillationem ac defluxum quaquaversum commotis.

110. XIV. *Arthriticæ Febres* quero in  
Succo

*Succo Pancreatico ita corrupto*, ut *Articulis* potissimum sit infestus, sive *Acrimoniam* simul, quod frequentissimum, insigni præditus *Bilem*, cum qua vitiosè efferbuit, unā secum eò deducat, & Dolorem atrocissimum producat; sive *minus Acer*, atque *Pituitam viscidam* non item *Bilem* Acrem offendens, ab eadem assumpta plurimū obtundatur, atque Tumore Oedematolo, quā in Dolore acuto affectæ partis Motum potius impeditat. Ubi notandum sèpenerò, indies, alternisque diebus qui repetunt, Paroxysmos Febriles nullo vel notabili, vel molesto Frigore, Calorevè, at potius levī Capitis Dolore, ac subinde Siti Agros urgere; concurrente Pulsu aliquantò Frequentiore, atque Minore primùm, deinde aliquantò Majore: ex quibus quoque Paroxysmus novus notatur; exacerbatis post aliquot demùm horas Doloribus Arthriticis, & quidem ita, ut quamvis tardius, citiusve ipse ex parte iterum remittant, non tamen in totum intermittant, verum sublato licet Paroxysmo Febrili persistant nihilominus Articulorum Dolores nunc graviores, nunc leviores, donec tandem a sponte, aut arte discedant.

111. XV. *Insanas Febres Bili* præsertim  
jam per se satis *Acri*, ad occursum, tamen  
*Succi Pancreatici* novum. *Paroxysmum Fe-*  
*brilem parientis Acriori factæ tribuendas*  
*extera Symptomata ipsas ferè comitantia*  
*evincent.*

112. XVI. *Vomitorias Febres ab eadem Bi-*  
*le* valdè *Volatili*, & quandoque simul *Acri*  
ad prædictum *Succi Pancreatici* affluxum,  
ipsumque consequentem vitiosam Efferve-  
scientiam multùm agitata & ad Ventriue-  
lum assurgente petendas nēnō non viset;  
quod *Bilis* nunc flava, nunc æruginosasi-  
mul excreta confirmat.

113. XVII. *Cacatorias Febres Bili* quoque;  
sed minùs *Volatili*, & magis *Acri*, ad nota-  
tum verò *Succi Pancreatici* accessum adhuc  
*Acriori factæ*, hinc & post solutam Inte-  
stinalē Pituitam ipsa Intestina morden-  
ti & ad Contentorum propulsionem deor-  
sum irritanti & cogenti omnino puto as-  
gnandas.

114. XVIII. *Sudatorias Febres ipsi*  
*Succo Pancreatico* magis *Volatili*, quam  
*Acri*, & idē Sanguinis Massam solventi  
potius, quām coagulanti existimo adjudica-  
andas.

115. XIX.

115. XIX. *Ureticas Febres* ab eadem Cau-  
fa, sed minùs Volatili produci sum persua-  
sus, postquam non tantum eadem est Sudor-  
ris, quæ Urinæ Materia, verùm ab externo  
frigore impeditus Sudor Urinas reddere so-  
let copiosiores.

116. XX. *Sputatorias Febres* ab eodem de-  
duco *Succo Pancreatico*, stagnatione suâ ita  
vitiati, ut in Paroxysmi Febrilis productio-  
ne ad Salivares Glandulas copiosius deferan-  
tur & Salivæ tum copiosiori materiam, tum  
fluidiori ansam præbeat.

117. Plurimum aliarum Intermittentium  
Febrium cum gravissimo *Capitis, Dentium,*  
aliarumve partium Dolore, aut alio Sym-  
ptomate notabili molestiarum Causas ex-  
tis, quæ nunc dicta sunt, non ita difficul-  
ter ab ingeniosis elici posse confido, qua-  
propter, antequam ad omnium, singula-  
rumque jam propositarum, expositarum  
que Februm Curationem accedam, Ea-  
rundem secundū Accessum & Paro-  
xyasmorum Intervallis nunc brevioribus,  
nunc longioribus redeuntium diversitat-  
em in Quotidianas, Tertianas, Quarta-  
nas, Quintanas, ceterasque distinctarum  
rationem, causasque, quas puto diversissimas,

proferam, explicatasque Opinionis meæ applicabo.

118. Quamvis autem Typorum horumce rationem diversam Humoribus diversis vulgo adscriptam in totum haud sequar, non puto tamen Humores illos diversos hic negligendos, cum, si non immediate illam diversitatem producant, faciant tamen multum, ast medietatē tantum, ad illius prodigionem, sicut patebit ex dicendis.

119. Quemadmodum ergo cuiusvis Febris Intermittentis Paroxysmus novus secundum ea, quæ docui, excitatur roties, quoties à Succo Pancreatico propter stagnationem suam Acriore facto perforatur Pituita Ductum ejus Lateralem obstruens, transitque nominatus Succus ad tenue Intestinum, hinc post qualitercumque vitiatum cum Bile Effervescentiam & alia Symptoma ibidem, ac in vicinia producta per Lateas Venas, Ductumque Thoracicum, ac Venam Cavam superiorem in Dextrum Corporis Ventriculum, & sic porrò: ita citius, tardiusve excitatur idem Paroxysmus novus, prout citius tardiusve penetratur, perforaturque à memorato Succo Pancreatico Pituita Ductum ipsius Lateralem obstruens.

120. Hæc

120. Hæc autem Pituita Obstruentis Penetratio ac Perforatio citius, veltardius contingit tum ratione ipsius Pituitæ Ductum Obstruentis, tum ratione Succi Pancreatici eam Perforantis.

121. Quò namque Viscidior & Copiosior existet illa Pituita, eò difficiilius, adeòque tardius eadem perforabitur: & contrà, quò eadem minus existet Glutinosa & Paucior, eò perforabitur facilius, adeòque citius.

122. Quò rursus existet Succus Pancreaticus per se Acidior, simulque Copiosior, eò citius acquiret stagnatione suâ majorem, atque Pituita Obstruenti facilius citiusque perforandæ sufficientem Acrimoniam: & contrà, quò succus idem magis existet Obtusus vel Austerus & Paucus, eò difficiilius & tardius eadem Pituitæ perforandæ sufficientem acquiret Acrimoniam.

123. Quò igitur Pituita Obstruens Pancaev erit & minus Glutinosa, Succus verò Pancreaticus Acidior & Copiosior, eò citius contingit novus Intermittentis Febris Paroxysmus, ad còque Quotidianus, hoc est, intra horas circiter quatuor & viginti recurrentis.

124. Quò verò Pituita Obstruens Visci-  
R 7 dior

dior erit & copiosior, Succusque Pancreaticus  
Obtusior vel Austerior & Paucior, eò tardius  
eveniet novus Intermittentis Febris Paro-  
xyasmus adeòque Quartanus, vel Quinta-  
nus, & sic porro.

125. Quoties autem 1. modo medio se ha-  
bebunt Pituita Obstruens, Succus Pan-  
creaticus, vel 2. cum Pituita Obstruente Visi-  
diore aut Copiosiore concurret Succus Pan-  
creaticus per se Acidior aut Copiosior, vel 3.  
cum Pituita minus Glutinosa, Paucave Sac-  
cus Pancreaticus existet itidem minus Ac-  
dus, Paucusve, toties alternis fere diebus re-  
current novi Febrium Paroxysmi, produ-  
centurque Tertianæ, supra cæteras Febtes  
Intermittentes omnes multum in suis Sym-  
ptomatis differentes: & quidem propter  
triplicem modò memoratum Pituitæ Ob-  
struentis, Succique Pancreaticæ in Perfo-  
rantis respectum possibilem.

126. Notandum autem, non nisi raro Fe-  
bres Intermittentes intervallis naturalium  
Dierum, horis quatuor & viginti termina-  
torum, exactis recurrere; quin sæpius aut  
citiùs, aut tardius reverti: quo circatunc  
horis aliquot tempus constitutum, expe-  
ctatumque anticipare dicuntur, quod cul-  
patur,

patur, vel postponere, quod laudatur; quam-  
vis parùm referat sive postponant, sive anti-  
cipent Paroxysmi, dummodò eorundem  
duratio, Symptomatumque comitum gravi-  
tas indies minutatur; ad quod imprimis at-  
tendendum Medico ad prognosin ex arte  
formandam, & mutationem futuram certò  
prædicendam.

127. Ex iis, quæ jam dicta sunt, non ita dif-  
ficulter intermittentium Febrium & Mul-  
tiplicitum, & ex variis Compositarum Causæ  
poterunt inveniri ac redi, Obstructiones  
putatum varie, tum in variis Pancreatis  
Ductibus Lateralibus simul productæ.

128. Difficultas verò haud contemnda-  
superest magis urgens in explicanda cuius-  
vis Febris Intermittentis Simplicis, Quarta-  
næ scilicet, aut Tertianæ Multiplicatione,  
hoc est, in duplicem, triplicenve Mutatio-  
ne quam Ego arbitror accidere, quoties ob-  
erratum in Diata, Medicamentisve, aut Ve-  
nenis potius perpetam usurpatis patratum.  
Pituita nova in Corpore ac Intestino tenui  
præsertim solvit, hinc & unà cum Sanguine  
quaquaversum, ergo ad Pancreas quo-  
que propellitur: Quæ in uno, pluribusve  
ipsius Ductibus prius non affectis quacun-  
que

que de causa iterum coagulata, Obstructionem à priore magis, vel minùs differentem producens, Febrem quoque producit priore magis vel minùs gravem. Atque hoc ita fieri quotidiana si non evincit, certè abunde confirmat Experientia.

129. Postquam verò nulla nunc obversatur amplius menti meæ circa Intermittentium Febrium Causas difficultas notabilis, quam putem posse Ingenio, Judicioque pollutibus, atque ad ea, quæ hactenus dicta sunt, attentis, & imprimis rerum naturalium ipsarum observatorib[us] accuratis facere ullam remoram, conferam me rectā ad Eaurundem Curationem.

130. Quemadmodum verò in verarum Causarum investigatione & assignatione *Febres Intermittentes* consideravimus, & quæ sunt *Intermittentes*, & quæ his vel illis comitatae sunt *Symptomatisbus*, & quæ his vel illis revertuntur *Intervalis*, ita nunc in Eaurundam Curatione Dogmatica propoñenda Methodum servabimus eandem, attendemusque ad eadem, postquam illis accurate ac ritè observatis Cura sequetur ex Arte tum facilior, tum fœcior.

131. Quoniam igitur *Februm Intermittentium*,

tentium, quæ *Intermittentium Causa* nobis est visa & constituta *Succus Pancreaticus*, propter Ductum suorum Lateralium à Pituita in ipsis coagulata productam Obstructionem, factus stagnatione Acidior, Aeriorque, hinc post perterebratam obstruentem Pituitam in tenue Intestinum detulat, ibidemque vitiōsè cum occurrente Bile atque Pituita Intestinali effervescentis, mox cum iisdem quāvis demum formâ usque ad dextrum Cordis Ventriculum serpens, ac in eo non tantum Acrimoniam suā ac Flatulentiam cor irritando frequenter Pulsum excitans, verū insuper Vitalem Effervescentiam, ipsainque *Sanguificationem* modis variis alterans & turbans, tum cætera Symptoma omnia superiùs notata, explicataque variis in locis proferens, Curatio illarum absolvetur, si I. Pituita obstruens plus minusve glutinosa & coagulata incidatur, solvaturque, quin inde, loco nimirum peccans, removeatur, & ad tenuem Intestinum deducatur, aut in totum in Corpore educatur. II. Succi Pancreatici Aciditas & Acrimonia aucta temperescunt & corrigitur. III. Ejusdem ac Bilis effervescentia in tenui Intestino vitiōsa impeditur aut emendetur.

132. I. *Pituita obstruens* incidetur comodissimè *Aromaticis & Sale volatili quovis*, sed ita præsertim usurpati, ut *Corpus universum* vel *Motu*, vel *Igne*, *Balneove*, vel *Tegumentis* simul incalescat, quò Medicamentis vis quaquaversum dispersa pertingat quoque ad ipsum *Pancreas*, ejusque *Ductus laterales*, *Locumque adeò Affectuor & Morbi Focum*: Quæ conducunt imprimis *Melancoholicis & Pituitosis*.

133. Exempli loco estò *Mistura sequens aliquoties in die ad Cochlearum unum assumenta*, duabus verò, tribusve ante novi *Paroxysmi adventum horis ad Cochleatia tria usurpanda*; *Corporis calorem*, sicut dictum, blandè simulaugendo, etiam usque ad *Sudoris medicocris educationem*: Sic enim plus præstabit, & nonnunquam *Febris* solet ter toller.

*4. Aq. petroselin.* Unc. ij.

*fæniculi*, Unc. j.

*Theriaca* *simpl.*

vel *Vita Matthiol.* Unc. j. ss.

*Salis volatilis Succini*, *Scrup.* j.

*Syr. Cardui bened.* Unc. j.

*M.*

134. *Quoties Constitutio* *Ægri* vel *Naturalis*,

*ralis*, vel *Præternaturalis* observatur *Bilioſa*, usurpari poterunt *Solventia*, *Incidentiaque Acida*. Ex. gr.

*4. Aq. Fumaria* Unc. iiij.

*Salis Armoniac.*

vel *Tartari Vitriolat.* Drach. j.

*Antimon. Diaphoret.* Drach. ss.

*Syr. fæniculi*, Unc. j.

*M.*

135. Quoties simul *Pituitosi & Bilioſi Humores* in eodem abundant *Ægro*, ex binis modo laudatis *Subcontrariis* parari poteunt hæ *Misturæ*. Ex. gr.

*4. Aq. Card. bened.*

*Cichorei*, an. Unc. j. ss.

*Theriac. simp.*

*Aceti Stillatit.* an. Drach. vij.

*Ocul. Cancr. pulver.* Drach. ss.

*Syr. s. rad.* Unc. j.

*M.*

136. Si *obstruens Pituita* non fuerit valde *gluinoſa*, unâ sàpè *Sudatione* tali solvitur in totum *Obstructio*, deduciturque ipsius: Causa in tenue *Intestinum*, & curatur *Febris*.

137. Potest in *Corpo* *panca* *Pituita*, sed copiosiore *Bile* scatente quatuor, tribusve ante

ante Paroxysmi redditum horis *Vomitorium* exhiberi; cuius ope non tantum *Bilis* redundans, sed simul *Pituita* obstruens ad tenuem Intestinum, hinc ad Ventriculum, & tandem per *Gulam* & *Os* expellitur, Febrisque sic jugulari dicitur, quia tollitur. In quem finem usurpavi sàpè cum fœlici successu *Sapam Vomitoriam* ex *Antimonii Vitro* à Me paratam, & alia ex *Antimonio* hîc præ aliis omnibus convenienter similiter paranda medicamenta.

138. Idem præstant subinde *Turgantia per alvum*, sed additis semper, quæ simul incident & educant *Pituitam* viscidam. Exempli gratia.

*Maff. pill. fætid. maj. Scrup. S.*

*Troch. albandal.*

*Mercur. dulcis, an. Gran. v.*

*Ol. succini, Gut. ij.*

*M.f. Pilul. N.v.*

Inaurentur, & quatuor vel quinque ante futurum Paroxysmum horis assumantur, Corpusque blandè moveatur.

139. *Aucta Succi Pancreatici Aciditas* & *Acrimonia* temperabitur fœlicissimè *Salibus Volatilibus*, & *Aromaticis* omnibus,

bus, non neglectis *Opiatis*. Conveniet proinde in hunc finem *Mistura* §. 133. proposita, eritque magis efficax, si eidem addantur.

*Land. Opiat. Gran. iij.*

& *Ol. Gariophyll. Gutt. ij.*

140. III. Ejusdem *Succi Pancreatici* & *Bilis effervescentia* vitiosa impeditur, emendabitur saltem ac corrigetur laudatâ modò *Misturâ*, & imprimis propter *Opium Oleofitata* suâ utrumque *Acre* mire leniens ac temperans.

141. Atque ex paucis hisce formulis facile quivis junior Practicus alias excogitabit pro re nata præscribendas & in nonnullis variandas; si præsertim attentus fuerit ad omnia, quæ hîc offendet tum *Præcepta*, tum *Formularum Exempla*.

142. Postquam verò præmisimus *Febrium* intermittentium, quæ *Intermittentium Curationem Rationalem* multiplice Experienciam confirmatam, videndum quid ad sui *Curam* indicent, desiderentque *Symptomata* insigni suâ diversitate notabilia, Ægrisque tam sàpè tam molesta.

143. I. *Frigori*, caterisque *Symptomatibus* ipsum comitari solitis conducedet *Mistura* §.

133. præscripta, sed additis, quæ §. 139. laudavimus; postquam nil observavi hactenus & quæ Frigus temperare, atque *Garyophyllo-rum Oleum*. Potest autem, quamdiu Frigus angit, ter, quaterve in hora memoratæ Misturæ, aut similis cochleare unum assumi ab Ægro.

144. II. *Calori. Comitibusque Symptomatis* temperandis conferent Misturæ hinc inde positæ, ut & Apozemata Cap. 29. §. 40. & seq. præscripta; ad quorum imitationem facile concinnabuntur plura.

145. III. In *Epiatis Febris* Medicamenta convenient ex prædictis subcontrariis composita; qualis Mistura §. 135. proposita; cui plures similes hinc inde habemus in hoc Tractatulo, & facile est unicuique pro Symptome magis urgente, atque post assumptum medicamentum Successu diverso quodvis mutare, aliudve fingere. Attendum enim semper ad Juvantia & Nocentia; quin secundum ipsa non raro alteranda & innovanda sunt remedia; postquam in hoc etiam eluet Medicorum Judicium ac Ingenium.

146. IV. Ad *Sitim leniendam tollendam-* que laudo, quæ Cap. 29. §. 47. commendavi,

& ad-

& adjici. Notandum autem, licere durante Calore Potum assumere copiosiorem, quod cavendum urgente Frigore; quo tempore satius est Os Aquâ purâ, & subinde Vino mistâ colluere, atque Sitim fallere, quam multum bibere: quin tunc juvat Prunellæ lapis Potui additus, & quantitate parvâ sèpius sumptus.

147. V. Ad *Famem Animi* deliquium minantem compescendam convenient omnia, quæ Acidum potenter infringunt, concentrantque, *Oculi Cancri, Margaritæ, Corallæ, Creta, &c.* in pulvrem duntaxat redacta, & Misturis alias conduceantibus addita, vel seorsim ex alio Liquore, Vino, Cerevisia, Juscule ad aliquot grana subinde, donec Fames minui observetur, exhibita.

148. VI. *Cardialgia* toties tam acerba curabunt imprimis *Opiatis*; quæ pro cæterorum Symptomatum simul concurrentium diversitate Medicamentis diversis erunt addenda; quoniam utrumque acre, unde ille dolor Ventriculi ortum habet, demulcent ac leniunt. Assumentur autem illa sèpius & quantitate minore, donec, quod queritur,

queritur, obtineatur beneficium & Doloris diminutio, vel sublatio.

149. VII. In *Febris Terminalibus & Colicis* conducet *Mistura Cap. 29. §. 60.* proposita & subinde cochleatim assumpta. Huc revocanda sunt, quæ Cap. 14. §. 45. & seq. alibique pluribus sunt à me proposita.

150. VIII. *Syncope ut præcaveatur*, commendo *Misturam Cap. 19. §. 74.* præscriptam vel similem, aliquot ante Paroxysmum horis sæpius cochleatim usurpatam, & cætera ibidem laudata.

151. IX. *Suffocationes Hypochondriaca Febris Intermittentibus* jancæ minuentur, & curabuntur Medicamentis tum alibi, tum Cap. 19. §. 71. & seq. a me propositis.

152. X. *Anxietas Anhelosa Febris* ijsdem copulata cum eandem, ast leviori agnoscat Causam, Medicamentis curabitur, minuturve similibus tam instante, quam incipiente Paroxysmo sæpius minore quantitate usurpati.

153. XI. *Asthma Intermittentis Febris* comes curabitur fœliciter post *Humoris Pituitosi Glutinosi* incisionem *Vomitorio aliquot*

aliquot ante Paroxysmum futurum horis, & quandoque die ipsum præcedente assumpto, ac præcipue in facile vomenti bus: Possunt enim alias *Phlegmagogis* potentioribus ac efficacioribus, (qualia sunt Mercurialia omnia, *Colocynthis*, *Hermodactyli*, &c.) per alvum evacuari per epiderm.

154. Quoad *Humores Pituitosos* è Capite nonnunquam tunc simul delabentes, atque asperam arteriam implentes conducent eadem *Phlegmagoga* sæpius minore quantitate unâ cum incidentibus, Pituitamque corrigentibus usurpatâ, & imprimis formâ *Pilarum*; quales non semel præscripsimus in superioribus.

155. Quoad *Halitus Flatulentos Asthma* tam frequenter, si non in totum producentes, magnope saltem augentes, convenient omnia, quæ tum illorum materiam, efficientemque causam emendant, tum illorum exortum impediant; tum eosdem productos discutiunt ac dissipant; de quibus vide Cap. 14. in quo plurima continentur, quæ huc faciunt.

156. XII. *Tussim Febrilem* curant, quæ *Halitus acriores* tum temperant, tum discutunt.

tiunt. Id autem faciunt Opiata Volatilibus, Oleosisque Salibus juncta, sèpiusque instantibus Paroxysmis quantitate parvâ usurpata, quò fœlicius, citius, tutius, certiusque id præstent. In eum finem Formula sequens laudanda.

**4 Aq. mentha Unc. iij.**

*Spir. Carminant. nostr. Unc. j.*

*Salis Armoniac. Guta. xx.*

*Laud. opiat. Gr. iij.*

*Syr. fœnicul. Unc. j. & s.*

*M.*

157. XIII. Catarrhi unà cum Febrili Paroxysmo ad sui delapsum concitati, prout Materiâ constant diversâ, & Partes afficiunt diversas, Medicamenta desiderant diversa. In genere corrigenda eorum qualitas vitiosa, minuenda eorundem copia, & corroboranda. Partes ab ipsis affici solitæ.

158. Catarrhi proinde crassi & viscosi attenuandi & incidendi Aromaticis sèpius laudatis: Serosi verò & Salsi temperandi Oleosis, & Opiatis passim propositis.

159. Evacuandi crassi Phlegmagogis, Serosi Hydragogis.

160. Corroborandæ partes afficitæ, afficiendæve contra Pijuitam viscosam & crassam

per

per Aromaticâ ipsis grata; contra Serum salsum per Glutinosa, tum externâ Emplastri, Unguenti, vel Linimenti; tum internâ Pilularum, Tabellarum, Conditorumve, &c. formâ usurpata. Eorundem exempla non uno in loco exhibuimus.

161. XIV. Arthritidis Febres Intermitentes comitantis Curatio consistet I. in Sucor Pancreatici Emendatione Universali in superioribus satis proposita. II. In Bilio perse, aut per accidens vitiosæ Correctione aut Eractione alibi data. III. In Pittita qualiscunque simili peccantis Alteratione aut Diminutione itidem non semel in hoc Tractatulo exhibita. IV. Denique in Articulis & Affectis tam contra futurum Dolorem minuendis, quam praesente ac urgente Dolore liberandis.

162. Contra futurum Dolorem muniuntur Articuli Medicamentis externis secundum Humiores varios Dolorem varium parientes variandis: Quæ cum minus efficacia desiderantur, quam illa, quæ urgentes Dolores superare oportet, facile ex ipsis ordine propoundendis seligentur.

163. Præsentibus igitur ac Urgentibus Doloribus ut Dogmatice, hoc est, tam secundum

dùm Rationem, quàm secundùm Experi-  
rientiam liberentur Arthritici, cùm non  
semper iisdem Medicamentis, ne quidem in  
eodem Paroxysmo, liberentur iidem, ne-  
dum omnes Arthritici, considerandum, il-  
lud evenire, quatenus non tantùm in diver-  
sis Ægris, sed in iisdem quoque diverso Pa-  
roxysmi tempore Causæ Dolorum existunt  
sæpè numerò diversæ.

164. In ægris diversis existunt causæ diver-  
sæ, quatenus alias *Bilis* & quidem diversa,  
alias *Pituita* itidem diversa copulatur pri-  
maria Arthritidis causæ, *Succo Pancreatico*  
similiter plurimum diverso.

165. In eodem ægro, sed diverso Paroxysmi  
tempore Causæ Dolorum Arthriticorum  
existunt diversæ, quatenus in principio no-  
cet imprimis atque Acrimonìa sua acida  
Dolorem parit *Succus Pancreaticus*; postea  
verò ipsi copulatur, ipsiusque Acrimoniam  
vel infringit, vel immutat *Bilis*, pro virtutis sui  
diversitate Dolorem pariens diversum, &  
imprimis *Ardore* summo molestum; cùm à  
*Succo Pancreatico* excitetur Dolor magis  
*Rodens*, quàm *Ardens*: quod accuratè ob-  
servandum ad Dolorem utrumque speciali-  
bus præsertim Medicamentis potenter cor-  
rigen-

rigendum; potest namque blandioribus &  
imprimis *Oleofis* utraque Acrimonìa com-  
modè ac fœliciter demulceri, siveque Dolor  
leniri.

166. Hinc est, quòd *Cataplasma* ex Fa-  
rinaccis & Lacte Bubulo parata conducant  
omnibus pene Arthriticis quovis Dolore  
laborantibus. Ex.gr.

27. *Farin. rad. althææ.*

*semolini,*

*hordei, an. Unc. j.*

*Cog. cum Lacte Bubulo ad Pultis consisten-  
tiam. F. Cataplasma, quod mediocriter calens  
applicetur.*

167. Ubi *Ardor* summus concurrit, & *Bile*  
corpus scatet acri, loco Lactis dulcis substi-  
tui potest *Lac Ebulyratum*.

168. In *Constitutione Pituitosa* addentur  
commode *Farina Fabarum*, *Flores Chamæmeli*, *Sambuci*, & alia leniter *Inciden-  
tia.*

169. Laudatur merito à multis *Catapla-  
sma* ex *Triticæ panis optimi*, hoc est, ex fa-  
rinæ flore solo parati mica, *Croco* & *Lacte*  
*Bubulo* decoctum, dolores quosvis admo-  
dum demulcens.

170. Cui *Epithemata* placent magis, ei  
S 3 sequens

sequens commendo in *Ardore summo* te-  
pidè applicandum , & ubi exsiccatur ren-  
vandum.

- 4.** *Aq.sambuci,*  
*fumariae,an.Unc.iiij.*  
*Aceti Calendula,Unc.ij.*  
*Opii Thebaic.Drach.ß.*

*M.*

171. Quoties Dolor magis Rodens , quam  
*Ardens* urget , toties laudo Epithema se-  
quens similiter usurpandum.

- 5.** *Aquapetroselini,Unc.v.*  
*Aq.Theriac.Simp.Unc.j.*  
*Opii Thebaic.Scrup.j.*  
*M.f.Epithema.*

172. Quoties in corpore valde Pituitoso  
minus Dolor , magis *Motus Impotentia*  
*Ægrum* molestat, toties commodè usurpa-  
buntur magis Aromaticæ , tum in Catapla-  
smatibus , tum in Epithematibus , tum in  
Emplastris , Unguentis , aut Linimentis ,  
omissis tunc ferè Opiatis , utpote tunc  
minus requisitis, vel utilibus. Exempligra-  
tia.

- 6.** *Rad.Iridis florent.pulverat.Unc.j.*  
*fol.menthæ,*  
*Summ.alsinth.*

*flor.*

*flor.chamam.an. Man.ij.*  
*sem.Cumini pulv.Unc.j.ß.*  
*farinæ fabar.Unc.ij.*  
*Cog.ex Aqua pura ad Cataplasmatis consi-*  
*cientiam, addendo sub finem*  
*Aqua Theriac.Simpl.Unc.ij.*  
*M.f.Cataplasma, quod calide*  
*applicetur.*

173. Quorum Cutis ferre potest pinguisa,  
Unguenta & Olea possunt applicari , qualia  
sunt in *Ardore urgente Populeon* , *Album*  
*Caphuratum*, *Rosatum*, *Refrigerans Gale-*  
*ni* & similia ; in *Dolore autem Rodente Are-*  
*gon* & *Martianum*. Juvat verò aliquando  
ista diversa commiscere , atque magis tem-  
perata reddere.

174. Non ita pridem in *Dolore Podagri-*  
*co* valde Rodente cum admiratione summa  
expertis sum vim stupendam *Balsami Sut-*  
*phuris Succinati* , ad paucas guttas dolenti  
parti illiti, unde confessim Effervescentia in  
parte affecta excitata est calens, imò urens,  
at mox iterum cessans unà cum Dolore  
atrocissimo in momento quasi sublato. An  
verò idem sit futurus in omnibus succes-  
sus, meritò dubito, quandoquidem omnes  
oleosa , & imprimis per distillationem

S 4

parata

parata ferre non possunt, ac Bilis acrior in multis reperitur; existimo tamen eos, in quibus Acidum exuperat, & Pituita redundat, illum Balsamum facilius toleraturos & commodum inde habituros: Cavendum interim, ne diutiū ejusdem usus continuetur, sed sublato dolore aliud medicamentum blandius porrò usurpetur ad partes membranreas iterum leniendas & paulatim restaurandas.

175. Possent in eundem finem parari Unguenta, vel Linimenta ex *Salibus Volubilibus*, Axungâ Porcinâ, Butyro, aliayé Pinguedine exceptis.

176. Nec immerit laudatur a multis *Capharatum Emplastris*, tum *Unguentis*, tum *Linimentis*, tum *Epithematibus Spirituosis admista*, postquam cuivis Acri temperando mirè conducit.

177. Nec desint, qui ad partem affectam contra novos insultus muniendam commendant *Salivam propriam ipsi mane inficatam*; quod acceptum ferendum Salivæ, humoris Corporis nostri maximè temperato, & ideo utrique acri temperando, partibusque contra utrumque roborandis aptissimo.

178. At-

178. Atque ex his paucis observandis non ita difficile erit cætera curandæ Arthritidi necessaria ex scriptis Practicorum feligere, atque in usum revocare.

179. XV. *Insanas Febres* curabunt quæcunque Bilis Acrimoniam tum potenter, tum blandè corrigunt, temperantque, qualia sunt imprimis *Oleosa*, *Emulsiones*, & *Opiata* interne usurpata; eademque Capi- ti externè quovis modo applicata: quorum Formulæ hinc inde continentur in hoc Opusculo.

180. XVI. *Vomitorias Febres* optimè curabunt omnia Bilem figentia & ad potenter effervescendum ineptam reddentia, uti sunt quævis *Anstera ipsam inspissantia* & coagulantia; ut & *Opiata ipsam obtundentia*.

181. XVII. *Cacatorias Febres* curabunt ea- dem simul juncta & partitis vicibus quantitate parvâ sæpius usurpatâ. Ex. gr.

*Z. Conf. Ros. rub. Unc. ij.*  
*Diascord. Frac. Drach. ij.*  
*Conf. hyacinth. Drach. j.*  
*Terra sigill. Scrup. j.*  
*Sang. draconis, Scrup. S.*

*M.f. Conditum, ad*

*S* *s*

*Nucis*

*Nucis Avellanae quantitatem aliquoties in die devorandum.*

182. Sunt autem h̄ic pr̄ferenda Medicamenta formā sicciorē parata & usurpata, quoniam Humida diluunt nimium Bilem, Succumque Pancreaticum, ac eorundem excitant, promoventque potius, quām si stūnt Effervescentiam. Unde tām in Vomitū, quām Alvi fluxu compescendo juvat Potus parcūs assumptus, & imprimis Chalybeatus, vel Auro candente Auratus factus; sive is fuerit Cerevisia, sive Vinum, & maximē rubellum, sive Lac bubulum, &c.

183. XVIII: Curatu difficultiores sunt Febris Sudatoriae, haud facilē nisi Ansteris cef- fūræ. Usurpanda sunt autem illa ī parco li- quore soluta, & quidem tum sapientiā in die-  
tum quantitate parvā, quō Succi Pancreati- ci volatilitatem paulatim atque continuo emendent accorrigant. Ex.gr.

*Z. Ag. plantagin. Unc. iiij.*

*Cinamomi,*

*Aceti stillat.an. Unc. 8.*

*Syr. Portulaca, Unc. j.*

*Coral.rub.pulv.Drach.j.*

*M.*

Hæc Mistura cochleatim exhiberi pot- est, quam si quis volet potentiorē, ad- det ipsi *Acacia*, aut *Succi Hypocistidis* Scrupulum dimidium, vel etiam inte- grum.

184. XIX. *Ureticis Febribus* conducedent modō memorata Medicamenta, postquam utrūrumque Causæ gradibus duntaxat dif- ferunt.

185. XX. *Sputatorias Febres* vix puto ali- ter curari posse, quām Succum Pancreati- cum vel ad Alvum, vel ad Vesicam, vel ad Corporis Superficiem Hydragogis, Diure- ticis, Sudoriferisve ī tempore, hoc est, ante Paroxysmi adventum, aut eodem in- choante assumptis deducendo, ac edu- cendo.

186. Quamvis *Februm Odontalgicarum* enarrationem in superioribus non addi- derim, lubet tamen aliquid de earundem Cura h̄ic adnectere. Consistet autem ipsa, pr̄ter generalia Intermittenti Febri debita remedia, in *Humoris Acidioris* Odon- talgiam excitantis per Misturas s̄epiū ante Paroxysmi accessum, imò, duran- te Paroxysmo cochleatim assumptas tem- perationes;

peratione, atque blandâ temperati tempore  
intermissionis eductione.

187. In hunc finem conveniet Mistura  
sequens.

*4. Aq. betonicae,*

*funiculi an. Unc. ij.*

*theriac. simp. Unc. j. ss.*

*Laud. opiat. Gr. iiij.*

*Olgaryophyll. Gutt. iiiij.*

*Syr. stachad. Unc. j.*

*M.*

188. Sæpius feliciter ad Dolorem cum  
Lancinationibus repetentem minucendum  
applicui Regioni dolenti (nam raro unus  
Dens solus dolet) Theriacam recentem  
Corio Emplastrum formâ illitam.

189. Humorem ex parte saltē modō  
leudata, similiive Misturā, temperatum edū-  
cunt *Hydragoga* formâ Ægro maximè ac-  
ceptâ, & quidem minori dosi, sed vicibus  
iteratis exhibitâ. Sic enim felicius ta-  
les tolluntur Dolores, quā si potentif-  
simâ dosi majore sumantur simul purgan-  
tia.

190. Atque ex hac tenus prolatis arbitror  
unicuique patere, quâ secundum Sympto-  
mata molestiora succurrendum & occur-  
rendum

rendum sit Febribus Intermittentibus ipso-  
rum ratione tantam diversitatem parienti-  
bus. Restat, ut quædam de *Quotidianarum*,  
*Tertianarum*, *Quartanarum*, &c. Cura mo-  
neamus, postquam ipsas non tām Humori-  
bus diversis Pituitæ, Bili, Succove Melan-  
cholico, quām Pituitæ Obstruenti, Succo-  
que Pancreatico diversimodè se habentibus  
adscripsumus.

191. In harum proinde Curatione non  
tām erit attendendum ad Recursus unius-  
cujusque Intervallum, quām Symptomatum  
comitantium, & Frigoris præsertim, Calo-  
risque diversitatem: nam secundum hæc, si,  
prout in superioribus docuiimus, institua-  
tur Cura, erit procul dubio illa fœelix; quem-  
admodum contra candem observavimus  
sæpen rorâ infœlicem aut nullam, si ex sin-  
gularium Humorum tunc peccare credito-  
rum præjudicio Cura tentaretur Humori-  
bus verè tunc peccantibus minimè conve-  
niens.

192. Quamvis enim, ut exemplo rem il-  
lustrem, *Tertiana* ut plurimum contingat  
*Æstate*, & quidem urgente Solis æstu, in  
*Æstate Juvenilac Virilis*, & maximè *Bilio-*  
*sis*; unde tunc merito in earundem Cura-

tione habetur simul *Bilis* tum per se , tum ratione Paroxysmi Febrilis multum peccantis ratio exacta : Non defunt tamen *Tertianæ*, quæ *Hyeme*, urgente gelu, *Senes*, *Puerosve* corripiant , in quibus scatet *Pituita* ; in quo casu , si quis ad *Bilis* tempe- rationem aut eductionem imprimis atten- deret, toto cælo erraret. Nam sicut in ple- risque Tertianis *Aëstus magnus*, *Bilis* tum simul peccantis effectus obliteratur , ita in nonnullis nullus vel paucus notatur. *Aëstus Aëgris* molestus ; pro hujus itaque nunc præsentis , nunc absensis varietate curam quoque variabit Medicus prudens, ac omni præjudicio liber.

193. Quod de Tertianis jam dixi, verum etiam comperier in *Quotidianis*, *Quarta- nis*, &c. Medicus quivis ad *Aëgrorum* que- relas , & Præticorum accuratiōrum Ob- servationes, quam Theoreticorum Aucto- rum figmenta magis attentus , considera- bitque in ipsis magnam tum *Frigeris*, tum *Caloris*, tum cæterorum pluribus ordine in superioribus notatorum Symptomatum diversitatem ; secundum quam, sicut ha- ctenus Deo benedicente , longè fœlicius, quam multi alii præjudiciis suis , vel alie- nis

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 423  
nis occœcati Medici fuerunt , meos cura- vi *Ægrós*, ita ut eandem Methodum ser- vent ac sequantur , seriò meos hortor Discipulos, imò Lectores quosvis Verita- ti & suorum *Ægrorum* bono unicè addi- etos.

194. Attendendum, inquam, semper in *Febrium Intermittentium* quarumvis Cu- ratione Dogmatica & Rationali ad *Humo- res* quosvis quovis modo in *Corpo* simul pec- cantes, cum ipsi *Causa* sint , cur *Pituita Ob- struens* magis vel minus existat glutinosa, em *Succus Pancreaticus* sit magis , vel mi- nus acer , ac proinde *Paroxysmus* in omni- bus suis varietatibus circumstantiis, & *Symptoma- bus*.

195. Quoties namque *Bilis* habet in cor- pore dominum, toties *Pituita* erit minus viscosa , *Succusque Pancreaticus* minus acer : ideoque facilis , citiusque curabitur hactenus Febris , dummodo curetur ritè.

196. Quoties autem *Pituita* in corpore Humoribus dorsinabitur cæteris , toties obtusiores erunt & *Succus Pancreaticus* & *Bilis* , adeoque *Pituita* ipsa obstruens magis glutinosa ; unde segniss , licet satis facile

facile curabitur illa Febris, leviora ferè ha-  
bens omnia Symptoma.

197. Quoties tandem Acidum redun-  
dans in corpore Humoribus cæteris præ-  
cellit; toties Bilis erit magis fracta & iners,  
Pituita verò nunc glutinosior, & impri-  
mis quando ad Austeritatem vergit Aci-  
dum; nunc fluidior & serosior, præsertim  
quando acris existit Acidum, & Bilis  
parti salinæ penitus junctum, atque una  
cum Pituita fluidiore Serum efformans  
Salsum, sed muriaticum: Unde tum se-  
gniùs, tum difficilius curabitur tunc Fe-  
bris.

198. Quâ ratione autem procedendum sit  
in harum tot modis differentium Februm  
Cura Dogmatica, non minus Experienciâ  
multiplici confirmatâ, quam solidâ Ratio-  
ne nitente, ex supradictis colligit quivis  
tam Ingenio, quam Judicio præstans. Jube-  
mus enim à Dogmatica Medicina rece-  
dere omnes laudatis Animæ dotibus desti-  
tutos.

199. Quemadmodum Febres Intermit-  
tententes Simplices, ita curari debent Multi-  
plices; nisi quod hic propter Intervallum  
Intermissionis, aut Remissionis brevius  
majore

majore opus sit Medico circumspetione,  
exæctaque occasionum idonearum obser-  
vatione, postquam tum breviores, tum ra-  
riores solent illæ occurrere; quibus negle-  
ctis negligitur ferè simul, aut pervertitur  
ipsa Cura.

200. Dixi non tantum Intermisionis,  
sed etiam Remissionis intervallum brevius  
esse in Febris Intermittentibus Multi-  
plicibus, quam Simplicibus; quoniam ob  
Paroxysmorum novorum duplicationem  
ac multiplicationem nulla sèpè observa-  
tur Febris plena Intermissio, sed Remissio  
duntaxat: quo tempore agenda sunt illa  
præsertim, quæ cum aliqua Corporis  
utriusque conurbatione peragi debent  
aut solent; quæ spectant imprimis Eva-  
cuaciones per Aluum & Vomitum: quæ ni-  
si tempore convenienti instituantur, no-  
cent sèpè multum, prosunt nihil; uti  
cum suo damno insigni experiuntur in-  
dies multi Ægri. Est igitur verè ille Me-  
dicus

Fœlix, quem faciunt aliena pericula cau-  
tum.

*De Febribus Synechis, vel Continuis in  
specie dictis.*

1. SUpérius, Cap. 27. §. 12. docuimus Febres occurtere continuo quidem permanentes, at quotidie, aut tertio, quarto, aliore die novas Exacerbationes habentes, quas vulgo ac bene *Quotidianas Continuas, Tertianas Continuas, Quartanas Continuas, &c.* vocant, postquam revera ex *Continuis & Intermittentibus concurrentibus* componuntur; licet aliter judicent, ac doceant multi Medici, Auctorum suorum placitis, quam Ægrorum observationi magis attentius unde ipsas subinde haud composito, sed simplici nomine *Synechas & Continuas* indigitant.

2. Vt plurimum autem in quavis Exacerbatione nova nullum observatur *Frigus*, quia Synocharum Calor perdurans illud interfingere, atque Succi Pancreatici Aciditatem minorem superare solet Bilis acrimonia & oleositas excedens.

3. Aliquando tamen vel *Horror*, vel *Rigor exiguus* in quavis sentitur Exacerbatione; quoties nempe Succi Pancreatici Aciditatem

ditatem majorem undecunque ortam superprimere nescit Acrimonia Bilis remissior, quin quodammodo saltem per frigesculum, partiumque membranarum rosionem, hancque subsequentem Panniculi carnosí concussionem levem, illa se manifestet.

4. Plerumque quident sic Continuus copulatae Febres Intermittentes sunt *Tertiana*; rarius *Quotidiana*, rarissimè *Quartana*.

5. Notabilis & gravissima Februm li-  
runcæ Tertianarum species *Causos* voca-  
tur, sive *Febris Ardens*, in qua summus angit,  
ægrosque torquet *Aëstus* ad finem usque  
perseverans; per intervalla licet tantillum  
remittens, hinc & gravius iterum affligens.  
*Quin* præter illum *Aëstum molestissimum*  
solet tunc Ægros vehementer urgere *Sitis*;  
uti contrà prosterni fames. His accedit  
sæpenumerò *Linguae Aridas & Nigredo*  
cum *Labiorum Fissuris* atque *Exulceratione*  
*fæda*, supervenientibus tandem *Crustis*  
horrendis. Nec infrequens in hisce Fe-  
ribus *Capitis Dolor* gravis, unà cum *Delirio* satis vehementi. In quibusdam pri-  
marium Symptoma est *Cardialgia* difficilis,

cum vel sine Vomitu Ægris valde molesto. Singultus quoque multis gravis quosdam torquet. Alvi fluxus aliis evenit, aut Hamorrhagia diversa. Quin non raro Sudores copiosi una cum exacerbatione quavis profunduntur, vel Urinæ uberiori effunduntur, unde corpora Ægrorum brevi colliguntur. Febrisque ista in specie vocatur Colligans.

6. In Quotidianis verò Continuis contundens Dolor Ægrorum Lumbos, & Dorsum, Artusque satis frequenter quassat. Quin non nunquam cum Febris exacerbatione nova in Animi Deliquum, vel Syncopen quoque incident ipsi, unde tunc Syncopalis vocatur hæc Febris.

7. Quemadmodum igitur tam Synocha, quam Intermittentes, ita ex utrisque Compositæ Febres à comitibus Symptomatisbus gravibus denominationem singularem acceperunt tum apud Plebejos, tum apud Medicos praxin exercentes, atque in Cura iplsi merito attentos.

8. Primaria quidem harumce Febrium Synocharum, quæcum calore insigni & continuo sunt Ægris molestæ, Causa existit Bilis & Acrimoniam & Inflammabilitate nimia peccans;

peccans; unde non tantum in dextro Cordis Ventriculo perpetuò vitiosam excitat Effervescentiam, sed in tenui quoque Intestino, ac præsertim accedente per Intervalla Succo Pancreatico propter sui stagnationem acriore facto atque paroxysmum obscurum producente.

9. Eardudem Febrium perpetuo ferè Frigusculo vel Horrore molestiarum Causa prima censetur mihi Lympha & imprimis Succus Pancreaticus omnis Acrimoniam acidâ peccans, & tum continuò, tum præsertim ad novi paroxysmi productionem Halitus acidusculos ex Intestino tenui quaquaversum propellens, atque Frigoris Sensum vagum excitans.

10. Symptomatum cæterorum has Febres subinde comitantium Causa & Ratio ex iis, quæ Capitibus præcedentibus dicta sunt, facile capi potest, ut non videatur necessum illi rei amplius immorari.

11. Sic & ipsarum curandi ratio ex prædictis non ita difficulter poterit peti sequendo in plerisque Synocharum Curationem, atque convenienti tempore usurpando insuper illa, quæ Obstructionem in uno, pluribusve Pancreatis Ductibus existentem blandè

430 FR. DE LE BOE, SYLVII  
blande solvant. Ipsiusque succum haec tenus  
aciorem corrigit.

12. *Vena sectio* quidem conductit tunc  
imprimis, quando *Ardor adest summus;*  
*Sudoris autem excitatio*, & quidem per  
Aromatica blandiora & Salia Volatilia,  
quando Acidi quovis modo molesti oc-  
currunt signa; *Purgatio* denique per *Alvum*  
vel *Vomitum*, quando *Bilis* turget, urgetve  
copiosa.

### C A P. XXXII.

#### *De Febre Hectica.*

1. **M**ultum celebratur apud Medicos  
*Febris Hectica* dicta, in qua præter  
*Pulsus Frequentiorem*, simul que *Parvum,*  
*Debilem*, ac quodammodo *Durum*, *Calor*  
*& Egris parum molestus* deprehenditur; qui-  
tamen una, duabusve post assumptione, *Ali-  
mentum horis tantillum exacerbatur & au-  
getur*, iterumque paulo post ad pristinam  
æ qualitatem reddit, atque *circa arterias*,  
quam cæteras corporis partes, *major senti-  
tur*. *Huic accedit continua, lentaque corporis*  
*Emaciatio*, quam ad extremum deducta *Fe-  
bris* haec vocatur *Marasmodes*.

2. Cum semper paulo, post *Alimentorum*  
quorum-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 431  
*quorumvis assumptionem*, adeoque partis  
eorundem fluidioris ad Intestina deduc-  
tionem plus minus exacerbetur *hac Febris*, non  
sine causa semper *Saliva* vitium notabile ad  
ipsius productionem concurrere, aut ab ipso  
ipsam pendere quis credat.

3. Ex *Rebus non-naturalibus* dictis ob-  
servantur *Febres Hecticae* non-nunquam  
immediata à nimio corporis exercitio, labore-  
ve continuo; quandoque ab *Ira* vehemen-  
tissima, & imprimis à *Tristitia & Animi*  
*Mægore* immoderato; quandoque à *Vigilis*  
*multum protractis*; subinde ab *Inedia* diutur-  
niore, ut & *Alimentis parvi, pravive Succi, &*  
*similibus otium trahere.*

4. Sed observantur quoque *Hecticae Fe-  
bres* alios Affectus consequi, ac præsertim  
*Febres Diarias* errato in *Diæta* grandi de-  
bitas, ut & *Continuas, Intermitentesque mo-  
rosiores* aut *vehementiores*; ac frequentissi-  
mè *Viscerum plerorumque, maximè Pulmo-  
num Inflammationes*, hasque subsequentia  
*Apostemata, & Ulcera.*

5. Cum autem in *Hectica Febre Calor*  
sit *exiguus*, ideoque raro *Egris molestus,*  
*Pulsusque Parvus, Debilisque*, judico pec-  
care tunc imprimis *Glandularum Conglo-  
merata-*

meratarum Liquorem, non Salivam duntaxat, sed ipsum quoque Succum Pancreaticum, & quidem Visciditatem auctam, non item Acrimoniam Acidam vel Austeritatem molestam, quamvis aliquando hanc simul offendere gravem. Unde Bilem simul concurrere inerius rem quis mirabitur, aut negabit? sed Lympham quoque tunc obtusior em futuram nem non videt.

6. Contabescientia proinde in Hectica Febre molesta Causam existimo Viscositatem nimiam Humorum omnium, ipsiusque adicō Sanguinis, propter quam partium Nutritio indies minuitur: Exacerbationis autem una vel duabus post Alimentorum assumptionem horis contingentis, Salivam itidem nimis Glutinosam: propter quam fluidior Alimentorum pars citius ad Intestina descendens, ac Bili occursens in Halitus similes ex parte saltem diducta & ad Cor deducta, ibidemque amplius rarefacta Pulsus solito adhuc Frequentiorem, mox quaqua-versum propulsa in Facie quidem Ruborem levem, ac in Cute reliqua Calorem blandum, quin alibi alia Symptomata pro reliquorum Humorum & Partium constitutione diversa excitat.

7. Pro-

7. Propter notatam Humorum omnium Tenacitatem viscosam minuitur, & tandem prosternitur Alimentorum omnium Appetitus, accidente ipsorum quoque Fastidio; quin eorundem impeditur & labefactatur Fermentatio, Partium Utilem ab Inutilibus Secretio, Sanguificatio, Spirituum Animalium Generatio, &c. Unde augetur indies Bilis, Salivæ, Succi Pancreatici, & Lymphæ Glutinositas & Inertia, redditurque sic paulatim Malum gravius, & tandem incurabile.

8. Quoties à Nimo Corporis Motu ac Defatigazione diurniore producitur Hectica Febris, toties arbitror non tantum Spiritus Animales, sed partem quoque Sanguinis Aquae nimirum exhausti, atque idcirco penitus unito utroq. Acri aciore f. ēo Humores omnes Viscosiores fieri, quin Functiones Naturales omnes, sicut modò dictum, labefactari.

9. Quoties ab Ira vehementissima ortum habet Febris Hectica, toties à Bile tunc Acrimoniam excedentem nacta in consensu trahi Acidum, idemque itidem acrius factum notatam Unionem utriusque Acris penitiorem promovere autumo.

10. Quoties à Tristitia & Animi Mœrore immi-

immoderato excitatur Febris Hectica, toties à *Succo Pancreatico Austeriore factō Humores omnes Glutinosiores fieri existimo.*

11. Quoties à *Vigiliis protractis Febris Hectica* efficitur, toties ob *Animales spiritus nimirum consumptos Acrimoniam in utroq; scriandra eorundem Unionem arctiorem fieri, atque Humores Inertiores ac tenaciores produci censeo.*

12. Quoties *Inediā diurniorem Hecticā* consequitur Febris, toties Alimento-rum utrumque *Acre demulcentium defectū Acrimoniam utrinque intendi*, atque porro *Unione intimiore facta Humores viscosiores* digni judico.

13. Quoties ab *Alimentis parum Succi Nutriū blandi continentibus eadem conun-git Hectica Febris*, toties idem, quod mo-do dictum, sed segnius, evenit.

14. Quoties melioram defectu, aut propter Picam neglectu ab *Alimentis prari hoc est, Glutinosi*, vel alias *Pinguis, Acrive Succi* diutius usurpati Febris oritur Hectica, to-ties aut per se, aut per accidens, sicut jam pluribus explicatum, Humores citius tar-diusve fient nimis glutinosi.

15. Quoties *Diariis Feribus succedit Hectica,*

*Hectica*, toties secundum varia Diætæ vitia i-plas producentia, prout modo deductum, hujus Origo petenda.

16. Quoties *Synochas Febres* sequitur *Hectica*, toties, ubi à *Bile vitiōsa* istæ duxerunt ortum, partim *Acrimoniam* ipsius secundum §. 9. partim *Medicamentis* eandem alteranti-bus, sed diutius & copiosius usurpati, adeo-que *Humores cateros simul corrumpentibus & inspissantibus* ipsa est adscribenda.

17. Quoties *Intermitentes Febres* abeunt in *Hecticam*, toties *Humores* tunc *maxime peccantes* plures, paucioresve secundum ea, quæ dicta sunt eandem cognoscunt.

18. Quoties denique *Viscerum primaria-riorum*, at praesertim *Pulmonum Inflamma-tio in Apostema duxta Hecticam Febrem patit*, toties à *Pneumata Sanguinis massa infi-citur & Glutinositatem singularem nancisci-tur*, quæ *Humoribus cateris* communicata eosdem simili labe inquinat & ad *Functio-nes Naturales* ritè obeundas ineptos reddit.

19. Quamvis in *Corporis Contabescientia* conveniant omnes *Hecticæ Febris species*, non parum differet tamen *Singularum se-cundum Causarum tam diverse ipsam produ-centium diversitatem Curatio.*

20. In Generetamen propter Humorum omnium Tenacitatem atq; Glutinositatem noxiā usurpanda erunt Medicamenta, quæ blande ipsam emendent ac corrigant, omnia nempe Aromaticā benigniora, & Salia Volatilia Oleosa; quippe quæ Viscosum omne incidunt, alterant, & in statum naturalem deducunt.

21. Seligenda sunt autem talia, quæ Unicusque Ægri Constitutioni cum naturali, tum presenti maximè conducant & confortant; quod ex juvantibus & nocentibus facile comperiet ac dignoscet Medicus.

22. In Dieta rite regenda & dirigenda eu-  
randum sedulò, ut I. Aér sit maximè tempe-  
ratus vel natura, vel arte.

23. II. Alimenta sint facilis fermentationis, Lac puta vel Muliebre, vel Asinum, vel Ca-  
prinum, vel etiam, sicut hodie Mos invaluuit,  
Bubulum, idque adhuc calens assumptum  
fuscula varia; Ovorum Vitelli; Caro Junio-  
rum Animalium; Panis Triticeus rite fer-  
mentatus & coctus; Cerevisia mediocris ac  
fermentata; Vinum maturum & oligopho-  
rum, paucaque aqua dilutum, &c.

24. III. Animi Motus sunto Moderati,  
cavendo imprimis ab iis, à quibus ortum ha-  
buit Febris Hectica.

25. IV.

25. IV. Corporis Motus esto blandus, & maximè, quando ab ejusdem excessu excita-  
ta est Febris Hectica.

26. V. Somnus & Vigilia mediocritatem servent, cum hic omnis excessus sit valde noxious.

27. VI. Excretiones solite, ac imprimis na-  
turales, atque Individuo servientes, nec Æ-  
grum debilitantes, si segnius procedant,  
promoveantur; cæteræ omnes vitentur,  
quales sunt Sanguinis, Seminis, Lactis Effu-  
siones omnes.

28. Quoties Synochis aut Intermittentibus  
Febris accedit aut succedit Hectica, toties  
Illum ratione Cura erit varianda, & qui-  
dem pro Humorum diversorum diversimo-  
de peccantium vito diverso: quæ omnia ex  
Capitibus praecedentibus petenda.

29. Inflammationes, Abscessus, Ulcera &  
Fistulas consequentem Hecticam nemo cu-  
rabit unquam, qui præter jam memorata  
remedia non usurpaverit quoque Medicamen-  
ta potenter Ulcera, Fistulasq; mundan-  
tia, hinc & consolidantia. Inter quæ haud  
postremum locum occupant Sulphuris Bal-  
samus Anisatus, vel alias quivis Aromaticus;  
ut & omnia ex Antimonio parata Medicamen-

T;

ta

348 FR. DE LE BOE, SYLVII  
ta fixiora, nec proinde Vomitum, Sedesve  
promoventia. Inter vulgaria cluent omnia,  
quæ Plantarum Vulneriarum nomine inno-  
tuerunt, atque in Decoctis tam Ulcerum,  
quam Fistularum Curationi dicatis usurpa-  
ri solent.

30. Atque sic observatis exactè omni-  
bus, in quibus secundum agendi modum  
conveniunt aut differunt Februm Hecticarum  
Causæ diversæ, longè facilius in carum  
Curatione ad optatum finem perveniet Medicus,  
dummodo tum obsequentes, tum  
patientes, quod raro evenit, habeat Ægros,  
nec malum ad extremum fuerit deductum.

### CAP. XXXIII.

#### De Febribus Malignis.

1. **Q**uemadmodum alias Morbus vel  
Affectus quivis, ita Febris nomen  
Maligni sortitur, quoties subito ac inexpectata  
to Vires Ægri prosternuntur, aut Symptomata  
occurrunt, quam in Affectu simili observari so-  
lent, longè graviora.

2. Vires in Malignis Febribus prosterni  
solite sunt Vitæs dætae, ex Pulsu vel mox à

prin-

principio nimis Debili, vel subito multum  
Debilitato, ut & inopinata Morte Ægros ob-  
ruente dignoscendæ ac dijudicandæ.

3. Malignæ Febres alias Epidemica sunt,  
atque in plures eodem tempore sœvientes,  
Causamque communem, Aerem puta, vel Altitudinem  
vitiata habentes; alias Privata, hunc  
vel illum hominem duntaxat & quidem ob  
Causam singularem, ac Veneni nomine ferè  
tunc notam afficientes.

4. Rursus vel Contagiosa sunt, quæ alios  
inficiunt, vel minime Contagiosa, adstanti-  
bus nullam noxiam afferentes.

5. Iterum vel Acutiores sunt, paucis die-  
bus ad finem tendentes, vel Longiores, ac  
pluribus diebus durantes.

6. In Malignis Febribus observatur ple-  
rumque Horror levis præcedere, ipsumque  
Calor inox subsequi, raro quidem magnus,  
sæpius mitior, adeò ut de ipso vix soleant  
conqueri Ægri. Urine ab urinis sanorum  
parum vel nihil ut plurimum differunt.  
Pulsus Frequens quidem est, ast simul Parvus  
ac Debilis, & modis omnibus Inequalis,  
quandoque Intermittens, aut Deficiens. Sæ-  
pius Sopor aut Veternus, rarius Vigilia urgent.  
Insomniis turbulentis anguntur crebro Ægri,

*Corporisq; Inquietudine.* Cardialgia frequenter adest molesta, quandoque Nausea, quia subinde *Vomitus* quoque; ut & *Capitis Dolor*, & nonnunquam *Delirium* aut *Vertigo*. *Sitis* major sèpè, quam *Corporis*, *Faucium* que *Ardor*. *Membra* omnia videntur aliquando labore multo *defatigata*, & prælafitudine quasi quassata, *Biliosi*, fætidique *Alvi fluxus* quandoque accedunt. *Sanguinem* *naribus*, *uterove* *stillicidium*, vel *fluxus copiosior* subinde concurrit; eductusque aut effluens sponte *Sanguis* plerunque, *coagulari* nesci. *Macula*, atque *Vesicula* tum colore, tum magnitudine multifariæ non-nunquam erumpunt in corporis superficie; *Tumores* autem in *Glandulis*. Aliquando *Extrema* subito incalescunt, mox iterum refrigerantur. *Sudores* vel nulli, vel satis copiosi sponte prodeunt, à quibus ni leventur *Ægri*, præsertim quando arte promoventur, conclamatum est.

H. 7. Ex quibus *Symptomatibus* omnibus ritè consideratis & cum iis, quæ tum *Malignitatem* resistere, tum eandem superare notum est per Experientiam, simul collatis judico *Malignarum Febrium Causam*, si non semper, ut plurimum faltem, *Sal esse* tum *volaile*, tum

tum acre, quod *Glandularum Liquorem* subacidum concentratione noxia enervet, atque inerter, invalidumque præster: unde *Sanguinis Consistentia* naturalis minuatur, ac proinde ejusdem *Rarefactio* eludatur, quin non raro *Animalium Spirituum Secretio* impediatur; hinc & reliqua *Symptomata* modo enumerata producantur; prout nimirum *Sal* illud *volaile Acre* aut cum *Aère* in Pulmones, hinc & *Sanguinem* quoque Inspiratione allicitur, aut cum *Alimentis* vel *Saliva* in Ventriculum deglutitur, aut per *Corporis poros* sese insinuans, vel *Glandularum Liquores primi*, vel unacum *Sanguine* ipsos inficit, energet & vitali. Hinc namque *Symptomatum* variorum modis variis in *Malignis Febribus* observatorum varietas penderet.

8. *Sanguis* ergo minus consistens rarefactionem sustinet minorem, unde non tantum *Pulsus* sequitur *Parvus*, sed insuper *Languidus*; quin præterea opprimitur, extinguiturque facilis *Ignis Vitalis* in *Sanguine* accusatus & sustentatus, obruitq; tam sèpe imparatos *Mors* inexpectata.

9. *Februm Malignarum* omnium *Causam* existimo forinsecus advenire, nunquam per se in corpore ex corruptis sponte *Humoribus* produci.

10. Corpus humanum tam Continens, quam Contentum contra Malignitatem talis omniem in Sale Volatili Acri consistente munitur ac Conservatur frequenti & moderato Acidorum, ac præsertim Austeriorum usu.

11. Ipsum verò *Sal Volatile & Acre*, Malignitatis nempe notata Causa, Corrigunt ac Emendatur in dem, ut & *Oleosis*, sed impennis *Acido vel Austero Terreo* permisus: quo pertinent Argillacea atque Sigillata Terra omnes, *Bolus Armenia*, *Terra Lemnia*, &c. Ipsumque adeò *Sulphur Minrale aut Metallicum* omne, sed ritè preparatum, *Vinoli*, *Animonij*, &c. Huc spectant ex vulgo notis *Theriaca*, *Diascordium*, &c. Quin ad hujus *Salis* correctionem faciunt quoque *Salia Volatilia*, sed blanda & *Oleosa*, quippe quæ Acrimoniam istius noxiā leniunt ac demulcent.

12. Eundem *Salem Volatilem Acrem* plus, minusve temperatum, aut à se saltē simul temperandum foras è corpore propellunt ac eliminant tutissime ac commodissime *Sudorifera*. Notum enim est per Experientiam multiplicem Malignarum Februm Curationem hac ratione ac via institui felicissimè.

13. Lau-

13. Laudantur autem non tantum simplicia *Sudorifera*, sed composita quoque Theriaca, Mithridatum, Diascordium & infinitæ aliæ Confectiones Opiatæ ad priorum imitationem à variis excogitatæ, atque in usum revocatae. Ubi hoc à menotandum, preferenda semper illa, quæ simul Salis volatilis acrimoniam temperare possunt, quæ idcirco alijs addi utile. Ex gr.

- Theriac. Veteris*, 3 ij.  
*Antimon. Diaphor.* 3 j.  
*Syr. Card. bened.* 3 ij.  
*Aq. prophylact. nostr.* 3 j.  
*Aq. Cinamom.* 3 s.  
*Scabiosa*, 3 ij.  
*M.*

Hujus Misturæ partem quartam vel quintam sumat Æger, atque Corpus ad Sudorem disponat, quin post horæ dimidium ejusdem unum vel duo cochlearia iterum capiat, sicque pergit, donec commodus sequatur Sudor. Interea, si valde sitiat & Lingua sit arida, subinde iufculi aliquid superbibat, sed acido aliquo, *Succo Citri*, *Arantiorum*, *Omphacio*, *Aceto*, &c. prius ad gratiam temperati: quo non tantum promovebi-

movebitur Sudoris eruptio, sed insuper  
corrigetur Salis peccantis Acrimonia noxia.

14. Rarius, nec nisi, quando *in Ventriculo, aut Intestinis* hæret pars noxiæ Salis, urget  
que simul *Nausea, Vomitorio* excludi debet  
hoc *Venenum*: atque tunc cæteris omnibus  
præfero *Antimonialia Vomitoria*, sed blan-  
diora & fixiora, quippe quæ *Sulphur* habent  
in semirabile, à quo in irè temperatur quod-  
vis acre.

15. Hujus Sulphuris ratione Sudorifera  
ris cæteris vel Mixturiis Alterantibus addo  
plerunque *Antimonium Diaphoreticum, Be-  
zoardicumve Minerale* tam simplex, quam  
modis variis coimpositum, aliaye ex Antimo-  
nio parata Sudorifera.

16. Postquam per Sudorifera sufficien-  
ter ac ritè usurpata sublatum est è Corpore  
malignum illud Venenum in Sale volatili &  
acri repertum, perseverandum aliquandiu  
in moderato Acidorum Subausterorum Po-  
tulentis admissorum usu, quo *Sanguini Con-  
sistentia* pristina sensim restituatur. Condu-  
cunt proinde hic Omphacium, Mala Gra-  
nata, Cytonea, Arantia, Berberi, &c.

17. Plura de Salis volatilis & acris natu-  
ra, noxis, ac cura proponemus, quando no-

stras de Peste Cogitationes, Observatio-  
nesque peculiari Tractatione publici juris  
faciemus; hæc interim sedulis operum Na-  
turæ Scrutatorib⁹ plura inveniendi, eru-  
diue ansam præbebunt.

## CAP. XXXIV.

*De Languore Universali, ut & Leipothy-  
mia & Syncope.*

1. Cum ex assumptis Alimentis Chylus,  
ex Chylo Sanguis, & ex Sanguine  
rum reliqua Corporis Contenta omnia eli-  
sciantur, tum omnes Corporis universi pa-  
rtes Continentes nutriantur & augeantur,  
merito ad *Sanguinem* refficitur, ubi tam Vi-  
res, quam carundem Rationes examinantur,  
expenduntur, determinanturque.

2. Cum proinde in dextro Cordis Ven-  
triculo inchoetur, in sinistro verò absolvatur  
Sanguinis tuin ex Chylo generatio &  
confectio prima, tum ejusdem plus minus  
efferti atque variis partibus hinc inde priva-  
ti & ideo ad Cor reffluentis reparatio ac re-  
novatio, plurima ex intricata etiam nunc,  
quæ in Cordis Ventriculis Sanguini contin-  
git, Mutatione malè affecta eveniunt necef-  
sariò

sariò homini mala: quæ Pulsu varie mutato  
cum primis se unicuique ac Medicis præser-  
tim manifestant.

3. Febres quidem hactenus ex Pulsu præ-  
ter naturam frequentiore, utpote unico Fe-  
bribus omnibus & communi, & proprio,  
adeoque Pathognomonic Signo deduxi-  
mus; accendentibus Symptomatibus aliis  
species ipsarum singulas, earundemque  
gradus ab invicem distinguentibus: pro-  
ximum jam est, ut alios *Affectus à Pulsu Par-*  
*vo & Languido ducamus & paucis expli-*  
*cemus.*

4. Hi autem Affectus, qui tum coni-  
tantium Symptomatum ratione varii, tum  
gradibus distincti observantur, in genere  
*Imbecillitatis, aut Debilitatis, in specie Animi*  
*Deliquij, ἐνθύσεος, λεπτοθυμias, λεπτοφυχias,*  
*Ἀπόφυχιας, ἀσφυξιας, Syncopes & aliis noni-*  
*nibus designantur.*

5. Non inquiremus hic anxiè in horum-  
ce Vocabulorum singulorum originationes  
singulares, cum, quicquid se, aliasque tor-  
queant multi, usi tantum valeant verba;  
sed in Affectuum ipsorum nominibus istis  
denotatorum, & in praxi Medicis Cura-  
tioni eorundum attentis negotium fa-  
cessen-

cessentium naturam, essentiam & causas  
veras.

6. Observatur ergò aliquando Univer-  
salis Partium, Functionumque ac Virium o-  
mnium Languor, vel à Nauitate connatus,  
vel post eam sensim ac insensibiliter obortus,  
aut post Affectum alium præcedentem acce-  
dens, remanensve. Hunc *Infirmatatem,*  
*Imbecillitatem, aut Debilitatem nominant.*  
Eidem comes adesse solet *Pulsus tum Par-*  
*vo & justo Minor, tum Debilis & justo*  
*Languidior, tum plerumque Rarior, tum*  
*quandoque scinel aut sèpius per interval-*  
*la certa vel incerta Intermittens, tum ali-*  
*quando secundum arteriæ ductum magis,*  
*magisque deficiens, Miurus dictus, tum*  
*subinde Formicans aut Vermiculans.*

7. Concurrunt ferè simul in Affectu  
graviore *Sensuum tam Internorum, quam Ex-*  
*ternorum Hebetudo, atque Motus Corporis, A-*  
*nimalis vocati, Deficitus, Lassitudinis nomine*  
*notus.*

8. Observatur quoque aliquando non  
permanens quidem, aut continuò perseve-  
rans, sed ordinatè, inordinateve; adeoq; per  
intervalla nunc certa, nunc incerta repe-  
tens,

448 FR. DE LE BOE, SYLVII

tens, atque nunc levius, nunc gravius *Æ-*  
*gros* afficiens *Imbecillitas*, eademque iterum  
alias citius, alias segnius recedens, ni *Ægros*  
similē medio tollat & occidat.

9. *Imbecillitas ac Debilitatis* hujus, si quis  
duas duntaxat species gradibus maximē dif-  
ferentes ac Medicinæ faciendæ haud ineptas  
constituere volet, *speciem leviorem Animi Deli-  
quij ac Leipoikymias*, *graviorum Syncopas*,  
*Leipopsychias vel asphyxias* nomine indigita-  
re poterit.

10. In omni *Animi Deliquio*, *Pulsus Mi-  
nor* fit ac *Debilior*, adeò ut in leviore ipsius  
specie vix, & in graviore minime possit per-  
cipi. *Sensus Externi*, & *Interni* plenunque si-  
mul offuscantur, aut etiam operari desintunt. *A-  
nimallis* quoque, sive *Voluntarius Motus de-  
bilis* existit, aut nullus: ipsaque adeò *Respira-  
tio* vel *obscura* deprehenditur, vel planè de-  
ficit.

11. *Animi Deliquium* præcedere ac præ-  
nuntiare solent ut plurimum *Cardialgia* vel  
*Tiullatio in Orificio Ventriculi superiore*, *Cor-  
disve compressio*, & *Oscitatio*; & aliquando  
*Ventrī Distensio*, *Rugitus*, *vel Tormina*; *Ca-  
ligines* aut *Tenebrae ob oculos versantes*, cum  
comitante, aut mox subsequente ipsas *Ver-  
tigine*,

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 449

*tigine*, *Auriumq; Tinnitu*; *Pandiculationes*, &  
subinde *Motus Convulsivi*. Notandum enim,  
cum non tantum *gradibus*, sed *Symptomatum*  
quoque *numero* ac *vehementia* dfferant Ani-  
mi Deliquia, non semper modo eodem aut  
omnes hisce corripi.

12. Ubi *Animi Deliquium* iterum solvi-  
tur, & ad se redire incipiunt *Ægri*, tunc *Cor-  
russus agitari*, immo sæpius *palpitare* solet; quin  
*Pulsus* non tantum *sensim Major*, & *Robu-  
stior*, sed simul *Frequentior* deprehenditur:  
atque *Sensibus Externis*, una cum *Internis*,  
ut ut *Languidis adhuc*, *sensim restitutis*,  
*Cordis* quoque *anxietas* & *compressio*, cæ-  
raque *Symptomata* minui, tandemque eva-  
nescere observantur; nisi quod *Lassitudo*, &  
*universi corporis Desatigatio* segnius recedat.  
13. *Gravissima & singularis Animi Deli-  
quii* species est *Syncope*, in qua præcedente  
aliquando *Aurium Tinnitu* subito ac penè  
inopinato *Corruunt Ægri* *Aura frigida* qua-  
si correpti; *Pulsus* mox nullus observatur,  
*nulla Respiratio*; quod *Syncopi* & *Suffoca-  
tioni Hypochondriacæ* gravissimæ propriū:  
Interim *Sudor* & *frigidus* & *gluinosus* erum-  
pit; Partesq; corporis omnes frigent & pallent,  
quoniam sæpe *Urinae* & *Alvi excrementa efflant*;

adeò

adeò ut mortuis, quam vivis existant similiores.

14. Hi Affectus omnes cum per Pulsum & Minorem, & Languidorem dignoscantur, revocanda sunt in memoriam, quæ Cap. 26. de variis Pulsuum Differentiis, earundemque Causis attigi; quo facilius capi queat, quod hic maximè observandum, Languorem nimirum Universalem, ut & Animi Deliquium ac Syncopen Functionis Vitalis, hoc est, Vitam proximè spectantis esse Symptoma.

15. Cum igitur in notatis Affectibus omnibus Pulsus observetur Naturali & Minor & Languidior, Causam ipsorum censem, tum semper Glutinositatem aquilam in Sanguine, cæterisque ex ipso secretis Humoribus; tum simul aliquando Aciditatem autem in Succo Pancreatico, Lympha & forsitan ipsa quoque Saliva.

16. Quoties autem aut ex Glutinose Parentum Semine, aut Mairis saltem Sanguine similem Sanguinem, similesque Humores adeptus est in materno utero Infans, toties cannatum habebit Universalem Langorem, non raro in praxi occurrentem.

17. Quoties verò, licet sanus fuerit natus

Infans,

Infans, citius aut serius ex Diæta non semel in superioribus notatae vitiis paulatim novam similem in Sanguine, Humoribusque omnibus contrarerit homo, toties Langor ille Universalis vocabitur Acquisitus, itideum in praxi haud rarus.

18. Quoties deniq; post Affectum quemvis non lente, ast properè ac nuper ortum, Medicique, Ægri, Adstantiumve culpa non riuè curatum accedit, remanente Glutinositas in Sanguine, Humoribusq; nimia, toties Langor ille Universalis dicitur Symptomaticus, nimis frequens in praxi.

19. Dixi post Affectum Medici, Ægri, Adstantiumve culpa non riuè curatum; Nam & Medicus filii potest ac perperam Ægrum curare, maximè quando præjudiciis excætus & turgens non satis attendit ad Juvantia & Nocentia, quin invult perire suum Ægrum, quam mutare suam sententiam, ut ut erroneam & Ægri statu indies in detetius vergente confutatam.

20. Potest hic quoque in culpa versari Æger, quando non tantum neglit aut spernit prudentis Medici consilium salutare, sed imprimis cum sui detrimento abutitur rebus noxiis.

21. Sed

21. Sed possunt etiam peccare Adstantes, quando sunt non tantum indulgentiores, Ægris morosis, sed insuper avocant ipsos à Medicorum peritorum præscriptis optimis', quorum loco audent nonnunquam ipsis exhiberinoxia & verita.

22. Addidi accedere, aut remanere Glutinositatem in Sanguine atq; Humoribus nimis. Accedit namque illa, quoties usurpantur nimium, vel diutius Medicamenta Humores fluidos ac tenues Incrassantia & Inspissantia. Remaneat eadem, quoties in Affectibus à Glutinositate Humorum ortis non adhibentur satis potentia, vel satis diu Medicamenta Incidentia & Attenuantia.

23. Quoties Humorum omnium Glutinositati copulatur Aciditas ex insigni Diæta viatio in Glandularum quarumvis, ac præferunt Pancreatis Liquoribus aucta, toties Languori Universali jūgitur facile aut Animis Deliquium, aut etiam Syncope, prout nimis levius, graviusque fuerit utrumque vitium: quamvis non novum absque notabili Humorum Lentore produci Animis Deliquium, non item Syncope; quam sine illo vix putem unquam observatam, quin potius Causa externa existente gravissima Mortem: plu-

ra siquidem ad Syncopen, quam Mortem inferendam requiruntur.

24. In Languore Universali quoniam propter Humorum omnium Sanguinem constituentium aut producentium Glutinositatem auctam exilior fit Sanguinis ejusdem Rarefactio, & idcirco Pulsus Maior, contingit quoque idem necessariò Debilior; nisi enim expandantur multum Cordis Ventriculi, non poterunt iidem constringi validè, nec proinde potenter. Adde quod Sanguis tenax & lentus ineptus est Spiritibus Animalibus copiosis ac subtilibus ex se promendis; qua de causa quoque Pulsus existet naturali Debilior.

25. Rarior erit tunc etiam Pulsus propter Humores omnes Blandiores dicam, an Hebetiores, atque idcirco imbecillius effervescentes, minusque aut Acrimonie propriæ, aut Effervescentiae, atque ideo exurgentium Haluum ratione ad sui Contractionem Cor irritantes; ni forsan Externæ cujusdam Causæ respectu ad tempus breve Concitatior fiat Pulsus.

26. Atque ita penè se habet Languoris Universalis Generatio; Animis verò Deliquij & Syncopes, Affectuum certè cognitu, explica-

plicat quoque difficiliorum *Productio*, sicut vulgo per Vitales Spiritus traditur, quoniam mihi non satisficit, conabor illam ex Causis eorundem manifestis, tanquam principiis notioribus, gradatim & paucis aliter deducere.

27. Observatur ergo tum Animi Deliquium, tum & aliquando. *Syneope* conseq*ui* i. *Certos Odores* nunc per se gratos, nunc ingratos cum Aëre inspiratos, Moschi puta, Zibethæ, Rosarum, Cinamomi, &c. Fumi candelæ extinctæ, &c.

28. Sic 2. *Rerum, Personarum* *ingratarum* & *invisarum Confusio* Animi Deliquium in nonnullis parit.

29. Idem observatur 3. fieri a *Rerum* quovis modo *ingratarum Assumptione*.

30. Sed & 4. *Inedia protracta* non infreque*n*s Animi Deliquii Causa existit.

31. Quin & 5. inter *Animi Affectus Effusum Gaudium* Animi Deliquium, vel *Syncope*, & aliquando ipsam Mortem produxisse observatum est. A *Terror*e *vehementi* idem non semel accidisse notum. A *Mæror*e autem, ut & *Ira* non tam videtur effici Animi Deliquium, quam ad ipsum disponi homo; qui facilius in hoc incidet malum, si suc-

si successivè ac subito utroque hoc contrario agitetur Animi Affectu; hoc est, si valde *Mæreni* aut *Timenti* *Gaudium* circa idem objectum eveniat in opinatum & magnum; si valde *Irato Terror*, & *Metus*, ac proinde *Mæror* incutiatum maximus.

32. Animi quoque Deliquium, vel *Syncope* supervenire solet 6. *Magna Sanguinis Effusione* per Nares, Uterum, Hæmorrhoides, Vasava alia vel arte, vel casu aut per infortunium aperta & sauciata, &c.

33. Idei accedit 7. *Nimia Seminis Effusione*, tum sponte evenienti, tum præcipue ob Venerem immodicam.

34. Idem contingit non raro 8. post *nimat Humorum* per Voce, Alvum, Urinas, Sudores, &c. *Evacuationem*, & imprimis, quando id cum magnis fit Doloribus, Corporisque Agitatione vehementi.

35. Idem accedit 9. ubi vel *Hydropicorum Aqua*. vel *Empiricorum Pus* effunditur confertim.

36. Idem observatur evenire 10. ab *Ictu* vel *Morsu* quorundam *Animalium Venenatorum*.

37. Hoc

37. Hoc ipsum malum comitatur 11. Quarundem *Februm Intermittentum Paroxysmos*, & quidem aut mox in *Principio*, aut saepius in *Augmento*, aut subinde in *Vigore*; rarius in *Declinatione*, nisi forsitan Sudores copiosiores.

38. Sic 12. *Doloribus* quibusdam vehementioribus *Dentium*, *Orificij superioris ventriculi*, *Intestinorum*, *Vescae*, &c. supervenit aliquando animi Deliquum.

39. Idem Animi Deliquum opprimit 13. nonnullos post *nimum Corporis Motum ac Defatigationem* extremam.

40. Sed & 14. producitur nonnunquam Animi Deliquum ab *Aës summum vel Solis*, vel *Ignis*, vel *Balnei*, vel *Febris*.

41. Nec infrequens, ut 15. *Fame*, *Suive diutius* & *valde urgente* Animi accidat Deliquum.

42. Quia aliquando 16. quibusdam *Fæminis* *Lactantibus* evenit Animi Deliquum ob *niam Læcis deperditionem*, imprimis à *robustioris Infantis potenti Suctu* pendentem; ut & nonnunquam propter Dolorem *Papillarum fissarum*, vel aliter male affectarum prægravem.

43. Ex enumeratis autem ac similibus Cau-

Causis manifestis sedulo expensis, atq; cum iis, quæ in superioribus proposuimus, diligenter collatis arbitramur omne *Animi Deliquum* deduci debere proximè ac immedia- tè ab ipso *Sanguine ad Cor utrinque accedente*, atq; *in omnibus*, quatum secundum, tum præ- ter naturam ipsi conjunguntur, & una cum ipso ad *Cor defecuntur*, ipsiusq; *Effervescentiam na- turalem* *naturant* & *immutant*, ut non tan- tum *Sanguinis Raresatio minuatur*, sed *Cor* *ipsum* non satis expandatur, contrahaturque. *Sanguisq; insufficienter in Arterias effunda- tur*, ideoque *Pulsus Minor*, & *Languidior*, quia aliquando *Nullus sentiatur*.

44. Si enim ad *Pulsum laudabilem effi- ciendum* requiratur, sicuti omnino requiri arbitramur, tum 1. *Sanguis undique & utri- quoque an dextrum Cordis Ventriculum* *refluens*: tum 2. *Bilis Ascendenti Sanguini juncta*; tum 3. *Lympha undeque cum Descendente Sanguine affluens*; tum 4. *Sin- gularis ex continuo Bilis, Succique Pancrea- uci & Salivæ in tenui Intestino confluxu post sui Effervescentiam ortus & mox per La- ctes Venas translatus Liquor*; tum forsitan 5. *Aër Inspiratione in Pulmones attractus & a- liqua sui parte Sanguini per Ipsos circulant*

admissus, dum in subseque[n]te mox Expira[tion]e excluditur iterum reliqua; tum aliquando 6. *Chylus*, quamvis non semper is, sed post assumpta demum Alimenta propellatur ad Cor. Si h[ab]et omnia, inquam, requirantur ad laudabilem Pulum efficiendum, utique singula tum *adesse*, tum *ri[ta]e disposita esse* oportet: quod si *horum unum*, vel *plura in totum aut ex parte defint*, aut *copia maiore ad sint*, aut *aliena qualitate donata eo accedant*; vel *alia insuper non requisita*, ideoque necessariò *noxia* simul confluant, contingit dubio procul præter aliatum in corde fieri solitarum Functionum labefactionem aliqua *Pulsus lesio*.

45. Ut autem in præsenti maneamus negotio, *Pulsus deficiet plus, minusve in magnitudine acrobore*; 1. propter universalem *Sanguinis Defectum* post *Hamorrhagiam* notabilem, aut *in mediā diu protractam*: unde non tantum deficiet sanguis, verum alii quoque in *Corpore Humores*, *Bilis*, *Succus Pancreaticus*, *Lympha*, & cæteri ad *Vitalem Sanguinis rarefactionem*, *Pulsusque adeo magnum efficiendum necessarii*.

46. Deficiet idem in magnitudine, hinc & Ro-

& Robore *Pulsus 2. propter Bilis Deficitum* in *Alv: fluxu & vomitu enormi*, ac præsertim *Cholera Morbo*; unde quantitate minore, tandemque forsitan nulla si ad Cor deferatur *Bilis*, an mirum, si minor, vel nulla excitetur in ipso *Effervescencia*? si minor, vel nulla fiat *Sanguinis Refactio*? si minor, vel nulla sequatur *Ventricularum Cordis tum Expansio*, tum *contractio*, *Pulsusque sentiatur vel Minor, vel Nullus?*

47. Deficiet idem in Magnitudine, hinc & Robore *Pulsus 3. propter Lympha Deficitum à Sudore nimio*; cum quo præter Spiritus Animales *Lympham quoque minui evincere* videntur *Acida non minus, quam Spirituosa Volatilia multum Sudantes recreantia & restituentia*. Defectu autem *Lympha Subacidæ tum Sanguinis Consistētia mediocris*, tum ejusdem *Effervescentia deficiet*; unde idem nec satis rarifiet in Corde, nechujus *Explicatio Complicatioque fiet satis magna*; unde *Pulsus etiam observabitur necessariò Naturali Minor*.

48. Deficiet idem in Magnitudine, hinc U 2 & Ro-

& Robore pulsus 4. propter Liquoris ex Intestinali Trium viratus exurgentis Defectum in Vomitū & Alvi fluxu molesto, ac imprimis continuo. Hoc enim ex parte, aut in totum excluso, carebit necessariō Sanguis ejus beneficio; censuimus autem alibi facere ipsum ad Coagulationem naturalem Sanguini conti liandam; ea proinde si plus vel minus detinatur Sanguis, nec hujus defectū reparatur continuo, sicut modo dictum, minus apud serit ad rarescendum, Cordisque ventriculo explicandum Sanguis, sequeturque Pulsus necessariō Minor.

49. Deficit idem in Magnitudine, hinc & Robore Pulsus 5. propter Inspirandi Aeris Defectum in Oris, Narumque, Faucomque, aut Afferae Arteria Angustia qualunque; ob quam minori copia accedens Aer desideratum Sanguini refrigerium, vel quamcunque tandem Mutationem satis nequit conferre; quo circa segnius propulsus per Pulmones Sanguis, nec sufficientem novo ex dextro Cordis Ventriculo succedenti locum faciens, Cordis Contractionem impedit, & haec tenus Pulsus Minoris Causa existit.

50. Deficit idem in Magnitudine, hinc & Ro-

& Robore Pulsus 6. propter Chyli Defectum, & in praeposta Inedia, sive voluntaria, sive coacta, & in Alimentorum Fermentatione, aut Secretione, aut Transcolatione, aut Translatione quovis modo impedita. Nisi enim quotidie, ac imprimis consueto tempore assumantur Alimenta, ex quibus electus Chylus ad Cor deferatur, non tantum non refarcietur Sanguis continuo deperditus, sed in se, Sanguinemque reliquum tunicum, perpetramve agent Humores in Corde, ac Intestino tenui confluentes, ac nonnunquam præstabant Sanguinem magis, vel minus consistenter, haec tenusque ad debitam, sufficientemve sui Rarefactionem, Cordisque Ventriculorum Explicationem, Complicationemque ineptum; unde necessario sequetur Minor, & Debilitas Pulsus.

51. Non tantum ex enumeratorum Humorum Defectu, verum aliquando Excessu quoque Minor & Langidior continget Pulsus. Nam i. Sanguinis Redundantia, Plethora dicta, impedit, ne spatii & loci defectu copiosus in Arterias expelli possit Sanguis, nee proinde idem in dextro Cordis Ventriculo valde, satisquerare fieri, Cordisque parie-

462 FR. DE LE BOE, SYLVII

tes multum explicari, rursumque complicari queant.

52. Quin 2. *Bilis majori copia ad Cor delata, in Febribus Ardentibus præsertim, non tantum Sanguinem solito magis, potiusque rarefacit, cum Pulsu majore ac Robustiore; sed postquam ista rarefactione nimia tandem Vasa multum distendendo, & Plerorā ad Vasa dictam, dicendamve constituendo spatia ipsorum omnia repletit, utut *Ardorem conservet noxiūm, non potest tamen Loci defectu à quā ac prius Sanguinem diducere, atque Pulsū magnum, Robustumque producere; quia potius sensum observatur Minor ac Debilior ob deficientem Sanguinis Rarefactionem, Cordisque Ventricularum Explicationem, Complicacionemque; donec Sanguinis effusione qualicunque Locus paretur novus reliquo amplius rarefacto excipiendo; una cum Pulu & Majore & Robustiore mox simul concurrente.**

53. *Pulsū Minorem, ideoque Languidorem quoque producet 3. Lympha subacida, si copia maiore accedit ad Cor; quoniam Consistentiam tribuet Sanguini firmorem ac solidorem, quām ut debite, satisque possit*

PRAXEOS MEDICÆ LIB: I. 463

possit idem rarefieri ad Cordis Ventriculos sufficienter dilatandos, quo succedat notabilis eorundem constrictio ad Pulsū Magnum & Robustum constituendum omnino necessaria.

54. Idem dicendum 4. de *Liquore illo Intestinorum tenuium Triumvirali, si præstet tempore munus sit, coagulationem naturalem, ab acido subaustero pendentem, Sanguini præstare: Hoc enim aucto, augebitur quoque Sanguinis coagulatio, minuitur contra ejusdem aptitudo ad rarescendum, ac Minuetur proinde Pulsus, fietque simul Debilior.*

55. Cum *Aeris laudabilis copia magna in Pulmones allecta non possit non esse utilis, non poterit ab ipsa expectari, nec deduci Pulsus Minor vel Languidior.*

56. *Potest tamen 5. à Chylo majori copia quovis modo ad Cor delato Pulsus reddi & Minor & Debilior; quatenus Sanguinea Vasa nimirum replet, ac Pleroram tum efficit, tum auget.*

57. *Siquantitate aut deficiente, aut exceedinge Pulsū Minorem, Languidoremq; producere potuerunt & Sanguis, & alii meino- rati Humores ad Cor cum ipso delati, certè*

464 FR. DE LE BOE, SYLVII  
non minus idem præstabunt iideem, quoties  
qualitate peccant noxia. *Sanguis* namque i.  
suæ rarefactioni, qua deficiente ostensum  
jam est non semel Pulsus consequi Minor  
rem, *Languidoremque.*

58. Sic 2. *Bilu glutinosa*, minusque acris  
effervesget minus, partesque igneas de se  
promet parcus; unde *Sanguis* rarescet  
minus, & tandem Pulsus fiet Minor ac De-  
bilior.

59. 3. *Lymphæ vel Acidior*, vel *Austerior*  
non tantum Sanguinem præstabit glutino-  
siorem, ideoque ad rarescendum ineptio-  
rem, sed insuper non parum obrundet Bi-  
lem, partesque Igneas undecimque erum-  
pentes, atque sic Pulsus & Minor & Lan-  
guidiori dabit ansam.

60. 4. Idem sentiendum, dicendumque  
de *Liquore laudato Triumvirali* vel *Acidiore*,  
vel *Austeriore.*

61. 5. *Aer Borealis* & *asperior* facit mul-  
tum ad *Sanguinem* valde coagulandum, i-  
psiisque rarefactionem impediendam.

62. Si 6. Alimenta assumantur *Acidio-*  
*ra* vel *Austeriora*, *Chylus* quoque parabi-  
tur similis, à quo notata incommoda sunt  
expe-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 465  
expectanda cum Pulsu Minore ac Debi-  
liore.

63. *Pulsus Minor ac Debilior* deberunt  
quoque aliis Rebus præter *Naturæ leges ad Cor*  
*delatis*, quoties aut *Humores* in *Corpo* cor-  
rupti, aut *Halius*, *Flatusve* ex ipsis produ-  
cti, aut *Venena per Os, Nares, Cutisve Po-*  
*ros*, vel quancunque aliam viam in *Corpus*  
*penetrantia una cum Sanguine Cor acce-*  
*dunt*, & *Sanguinem* aut nimis solvunt ac  
dissolvunt, aut nimis coagulant, coguntve,  
aut quovis modo alio ad debitam sui rare-  
factionem ineptum reddunt, sicut pluribus  
explicatum in præcedentibus.

64. Ut autem omnia, quæ hæc tenus  
præmisimus, *Animi Deliquio* atque *Syncopi*  
*pressius applicemus*, & utriusque Affectus  
naturam, generationemque clarius deduc-  
camus, quoniam non tantum *Pulsus* in u-  
troque observatur. *Minor*, ac *Debilior*, vel  
*Nullus*; sed *Animales* quoque *Functiones*,  
*Sensus* & *Motus* parum labefactantur, vi-  
dendum an; & qui ab una, eademque Cau-  
sa tam diversi Affectus possint produci.

65. Consideranda vero & distinguenda  
sunt Symptomata, quæ utrique Affectui  
U. 5. solent

solent esse communia, ab iis, quæ Syncopæ sunt peculiaria; Sudor enim tum frigidus, tum glutinosus erumpit in Syncope, non item in Animi Deliquio; in quo ne quidem Corporis universi Frigus semper observatur, quamvis perpetuum sit Syncopi; cætera verò Symptomata in Affectu utroque solent subinde notari. Unde patet partim gradibus afferre hos Affectus, partim aliquid gravius Syncopen coniuncto comitari.

66. Symptomata autem omnia superius enumerata, ut & Causas Externas sive Manifestassi quis attenta mente trutinatus fuerit, & cum iis, quæ modò de Pulsu tam Minore, quam Debiliore pluribus deduximus, conculerit, concludet facile Affectum utrumque, ac præcipue Syncopen, ortum habere impunitam ab Acido majori copia ad Cor deducto, & Imperium in Sanguine obtinente; non neglecta interim Humorum variorum Glutinositate.

67. Hoc ut fiat evidentius, libet ordinatum Symptomata notata, tum Causas memoratas expendere, atque in Juniorum Medicorum, ac Tyronum præsertim graviam omnia exuperanti Acido & Glutinoso affectu.

68. Diximus autem Signum instantis Animi Deliquii esse ut plurimum i. Cardinalgiam, vel Tumillationem in Orificio Ventriculi superiore. Quid verò aptius est utrumque hunc Affectum excitare, quam Acidum? Illud enim blandius si fuerit, & ad superius Ventriculi Orificium Halitus forma ascenderit, partem dictam titillabit duntaxat & vellicabit; sin' acrius extiterit, mordebit eandem, atque Dolorem pariet molestum, Cardinalgiam nomine notum.

69. Addidimus 2. præcedere quandoque Cordis compressionem & Oscitationem. Quamvis autem Pituitoso Humori tum copioso, tam glutinoso debeatur Cordis Compresio, & Halitus Flatulentis Oscitatio; quoniam verò hi Affectus observantur non tam perpetuè ægros urgere, quam ipsos ante mox secuturum Animi Deliquium infestare, ac proinde Causam insuper aliam, & quidem vel Pituitam otiosam in actum deducentem, vel Halitus Flatulentos ex eadem producentem agnoscere; facile patet tum ad Pituitæ vim excitandam & augendam, tum ad Oscitationem gigantes Halitus efficiendos requiri Acidum; quippe quod Austerinsculum præsertim si fuerit,

*glutinosorem præstet Pituitam, quæ Gravitas & Compressionis Sensum citius & potenter producat; cum Bile autem virose ac viscerioriose effervescent, sicut in Februm Intermittentium plerarunque initis evenire docuimus, Flatulentis Halitibus, adeoque ipsi Oscillationi ansam præbeat.*

70. Diximus 3. præcedere aliquando Animi Deliquium *Ventis Distensionem, Rugitus, vel Tormina:* quæ omnia cum ortum habeant à Flatibus vel blandioribus, vel acrioribus, ex Pituita vel Viscosa dunitaxat, vel simul *Acida* certo tempore, ac paulo ante Animi Deliquium deductis, & diductis, Veritas dictorum nostrorum patet ab unde!

71. Docuimus. 4. præcedere nonnumquam ipsum Animi Deliquium *Caligines* aut *Tenebras ob oculos versantes*, una cum *Vertigine, Auriumq; Tinnitu.* Hæc autem omnia quis ignorat ortum suum debere *Halitibus* ex partibus inferioribus ad Cerebrum assurgentibus, nunc blandis, nunc acribus, atque semper *Pituitam Viscidam*, subinde eandem simul *Acidam* pro Materia habentibus, atque *Spirituum Animalium Motum mire turbantibus*.

72. Ob-

72. Observavimus denique s. præcedere quoque aliquando. Animi Deliquium *Pandiculationes, Motusq; Convulsivos.* Quoniam verò eadem esse solet *Pandiculationis*, quæ *Oscitationis Causa efficiens*, differantque tantum partes affecta, quæ modo de *Oscillatione* mouimus, *huc transferri* poterunt. *Motus* autem *Convulsivi* cum ortum habeant (sicut in sequenti Libro, si Deus sinet, pluribus ostendemus) ab *Humore, Halitute acria, sed Acidis Nervorum Initia alternativam rodente ac vellicante*, non parum nostra sic confirmatur Sententia.

73. Postquam Symptoma enucleavimus Animi Deliquium præcedere solita, percurramus quoque alia, quæ ipsum solent comitari valde notabilia: Inter quæ quamvis haud postremum locum occupet *Pulsus vel Minor & Languidior, vel Nullus, Sensu faltem manifestus*, quoniam tamen in eum finem iam plura de ipsius Causis protrulimus, ne actum agamus, ad cætera pergeamus Symptoma.

74. Trahuntur autem in Animi Deliquio omni in consensem *Sensum Interni*, quam *Externi*, atque *offuscantur* quidem semper plus minus, quin aliquando cessant ab

*ab omni sua operatione.* Ut autem hujus Effectus ac Eventus miri ratio magis pateat, velim Juniores considerare (nam Seniores, Consummatique in Arte Medica Viri mea non indigent informatione) in *Vertigine* omni, quam monuimus præcedere utplurimum Animi Deliquium, ac præsertim graviorem ipsius speciem, *turbari* & *offuscari* quodammodo *Sensus* tam *Internos*, quam *Externos*: Postquam verò per manifestam Experientiam notum *Gyres rei Externæ* visa aut ipsius *Corporis* producere Vertiginem, agitatis, & itidem *in gyrum*, *confuse saltans*, *albus Animalibus spiritibus*; cur dubitabim⁹, quoties in Corpore ab Halitibus valdè agitatis & ad Cerebrum assurgentibus similiter agitantur, conturbantur, & *ingyrum* forsan coguntur iidem Spiritus, non tantum turbari & conturbari, sed etiam offuscari, tandemque ita obnubilari sensus tam *Internos*, quam *Externos*, ut ad tempus cessare videantur? Nam, si quid tunc operati fuerint, quod ignoratur, eorum tamen Memoriam nullam servavit Mens conturbata & confusa, nec sui compos.

75. His ita constitutis non mirum si in *Animi Deliquio Animalis* quoque, sive *V-*

*Iuntarius Motus Minatur vel Aboleatur*; ipsaque *Respiratio* vel *Obscuretur*, vel *Deficiat*. Sequitur namque *Motus Animalis* tum ordinatum ac perpetuum, tum à Volunta te pro re nata & affectu vario determinatum *Spirituum Animalium Motum* per Nervos ad *Musculorum omnium*, selectorumve fibras; quorum Motuum neuter cum integer consistere possit cum conturbato, perversoque *Spirituum Animalium Motu*, necessum, ut in tali casu luxetur, laxeturque, aut in totum tol latur *Motus Animalis*, & ipsa quoque *Respiratio*.

76. Non tantum autem *ad tempus cessabant Sensus Externi*, & *Interni*, *Motusque Animalis* propter conturbatum *Spirituum Animalium Motum*; verum etiam propter *Motum eorundem* *impeditum* *vel sublatum*; quod fiet, quando iidem produci atque à *Sanguine* *seceri* *desinent*, propter *coagulatas* & *immobilem* *factam* *ab Acido* *quovis* & *imprimis* *Austeriore Sanguinis massam*. Opus enim est ad *Sensus tam Internos*, quam *Externos*, & *Animalium Motum absolvendum* *Spiritibus Animalibus libere* ac copiose

ad singulorum Organa motis: quamvis quænam illa sint, quæ Internis Sensibus peculiariter inserviant, pro lubitu fingere sit facilius, quam solidè designare ac demonstrare: observamus tamen in quavis Mensis Functione attenta tendi quasi Cerebrum & Animales Spiritus multos perire ac consumi; quod tantisper sufficiat ad Organum aliquod Internis Sensibus assignandum, donec distinctius queant hæc omnia Sensibus Externis capi, & aliis explicari, ac tandem singulorum assensus ad sensum eundem habendum blandè cogit.

76. Sed Causam propositam confirme-  
mus adhuc per ea, quæ observari solent,  
quando solvuntur Animi Deliquia. Dixa-  
mus enim tunc Cor paulatim denuò agitari,  
atque palpitare. Fuit ergo Animi Deliquii  
talis Causa, quæ Cordis Motum impedi-  
vit, quaque superata & devicta Motus ipsi  
restituitur.

77. Si proinde Motus Cordis Causam  
veram & in compendio dedimus supra Cap.  
26. §. 3. & pluribus deduximus in Disquisi-  
tione nostra de Febribus prima, utique Hu-  
morum Sanguini confusorum Glutinosita-  
tis, vel Aciditatis, vel utriusque tribuenda erit:

tum Effervescentia in Corde ad Sensum Cessans, tum Partium Ignearium Eruptio-  
valdè Diminuta, tum Sanguinis universi  
Rarefactio Deficiens, tum proinde Cor-  
dis Motus & Pulsus Desideratus: qui  
actutum redintegratur, ubi ex parte sal-  
tem correcta, devictave est extrema Glu-  
tinosis, Acidique vis & noxa, & quidem à  
Bile, vel quovis Aromatico Naribus ad-  
moto, vel potius Ori infuso, vel denique  
alibi forinfecus applicato, & ad Corpusque,  
aliumve Malii focum, fomitemque pene-  
trante.

78. Tuncenim à Bile, usurpatissve Aro-  
maticis successivè dominium in Glutinosum  
& Acidum obtinentibus non tantum San-  
guis denuò rarefit magis, magisque, sed in-  
super Halitus, Flatusve producuntur, à qui-  
bus omnibus Expanduntur iterum Cordis  
Ventriculi, Excitantur Spiritus Animales tor-  
pidi ac ignavi, mox & Complicantur iidem  
Ventriculi, atque sic Restituitur Sanguini suus  
Motus, quin redditur idem Concitator, &  
Conturbatus, hoc est fit Cordis Palpitatio; de  
qua pluribus agemus. Capite proximè se-  
quente.

79. Nectantum, quando solvuntur Ani-  
mi

mi Deliquium, restituitur Cordi Motus, qui plerunque contingit inordinatus & palpitanus, sed recipit Pulsus paulatim Magnitudinem amissam, Roburque pristinum, licet in principio existat simul Frequentior: quorum omnium causa & ratio data est modo.

80. Correcta verò, debellataque paulatim uti dictum, tot malorum Causa, non mirum si cætera quoq; gradatim leventur, tollanturque Symptomata; postquam sublata causa tollitur effectus,

81. Quæ autem Functiones posterius fuere labefactatae, tardius quoque videntur restitui; quamvis pro malo foco & focumite diverso hæc omnia varient non parum: quæ quivis mediocriter in praxi versatus, & ad omnia attentus facile tum observabit, tum allequetur ex iam dictis.

82. *Symptomata Syncopi* omni ac semper conjuncta, & hic quoque paucis expendenda docuimus non tantum esse Partium corporis omnium Frigus & Pallorem, sed imprimis Sudorem quoque tam Frigidum, quam Glutinosum; cui copulatur perpetuò Anxietas Cordis extrema, Ægrosq; non minus, ac si Mors instaret, turbans; nec mirum, cum sæpe sit certa Mortis properantis prænuntia.

83. *Frigus*

83. Frigus illud & in Corpore, & in Sudore algidum qui ratiocinatione solida & catenata aliunde, quam ab Humore Acidō deducet in Homine, non parum merapiet in sui admirationem, postquam in continua & solicita aliquot lustrorum praxi & omnium exteriarum Causarum observatione laboriosa nihil reperi hactenus in rerum natura, quod manifeste Frigus pariat in Homine præter Acidum, & quicquid de Acidō participat: quemadmodum id variis exemplis testatus sum in hoc Opusculo & alibi.

84. Ab Acidō igitur, & tantum ab Acidō Frigus in Homine produci posse a sole re cum constet mihi certò, puto meritò me Frigida Sudoris, Corporisque in Syncope Causam existimare Acidum Humorem, Halutum & Sanguinalem unde admistum, ad Cor delatum, & una cum Sanguine quaquaversum propullsum, atque in Corporis superficie hærentem, ac ibidem tum Ægris, tum Adstantibus, Medicisque ipsis sui Sensum præbentem. Hoc autem sentiam & opinabor tandem, donécalius aliam evidentem fatis ejus demonstret Causam.

85. *Glutinosus* existit Sudor idem ratione

Hu-

*Humoris Pituitosi à notato Acidō soluti, & una cum ipso foras expulsi atque sponte iterum extra corpus concrecentis ac coagulati.*

86. Pallor accidit Corpore universo ratione ejusdem Acidī dominium ubique nacti, accedente imprimis *Glutinosa Pituita*, Acidī amula & socia.

87. *Anxietas Cordis ac Precordiorum extrema, & grisea inexplicabilis partim Malorum, Abdomen, Partesque in tensu Intestinum se exonerantes, ac imprimis Pancreas partim Malorum manifestat, Humorem non tantum Acidum, qui Dolores Lanicantes, Rodentesve, aut Petterebrantes pareret, sed insuper Glutinosum, qui Partibus omnibus firmiter adhaerens ab iisdem recedit lentius ac difficilius, ac prouideatur pertinacius; quin à Bile in Halius, Tiliis, & viscosos, lenosque diductus notatam auget Anxietatem.*

88. Atque sic videor mihi satis luculenter tum *Languoris Universalis*, tum *Animi Deliquij*, tum *Syncopes ortum* deduxisse partim à *Pituita lenta & glutinosa*, partim à *Succo Acidō*, & quandoque simul *Austo* ipso admisto; superest, ut prolixitatem brevitate compensando Affectuum istorum Curandi

di Methodum & rationem paucis subjugamus. Non videtur enim necessum hic labore vano & inutili repetere multa, quæ tradidimus in superioribus; postquam ex ritè descripto & cognito Affectu ejusdem Cura facile capitur & instituitur.

89. *Languoris autem Universalis Cura* semper potest sui ratione institui parilis; quod de Animi Deliquii aut Syncopes Cura dicinequit, quoniam per Paroxysmos redunt hi Affectus, & tunc valde infestant Agros, extra quos inducias dant iisdem, aut Medicis novos præveniendi occasio nem optimam, minimeque, cum saepe soleat esse præcepis, negligendam.

90. *Languori ergo Universalis semper, tum etiam metuendo Animi Deliquio & Syncope, debetur Humoris Glutinosi & Pituitosi continua, lentaque Correctio ac Emendatio; si & ejusdem, ubi simul redundaverit, aut in totum emendari nequiverit, per repetitas vices Evacuatio, imprimis per alvum & urinas.*

91. Quoniam verò saepius in superioribus egimus de Pituitosi Humoris Correctione ac Evacuatione, quo remittimus Lectorem studio-

studiosum, aliquot duntaxat in Juniorum Medicorum gratiam subnectemus hic Medicamentorum selectorum formulas.

92. Ad Emendandum igitur in Universo tuin Corpore, tum Sanguine scatentem Humorem Pituitosum Glutinosum conductet *Vinum vel Cerevisia Medicatum*, & quidem per varias Plantarum variarum partes Aromaticas præparatum, & quotidie tum inter prandendum, cœnandumque, tam alias mediocri quantitate, pro Etatis Sexu Languorisque ipsius diversitate usurpan- dum. E. g. ex solis Radicibus.

*4. rad. Angelicae,*

*Galange,*

*Acor. an. 3 j.*

*rad. Apij,*

*Enul. camp.*

*Fœniculi, an. 3 ij.*

*Levisticci, 3 j.*

Concisæ & crasse Contusæ insuantur Sacculo oblongo, imponanturque Vasi Lapideo, Vitreove angustioris orificii, mox Vinum affundatur laudabile ad Uncias xxx. vel circiter; maneatque in Cella per noctem, quo tempore vis Radicum Aroma-  
tica

tica communicabitur Vino, cuius haustulus, sicut dictum, bis, terve sumetur in die; atque Vinum aliud in ebibiti locum affun- detur tandem, donec Vis Aromatica penè omnis fuerit extracta; tunc enim novæ su- mentur Radices, sed prius in umbra sicca- tæ, quod semper observandum in omni- bus Plantarum partibus Aromaticis per in- fusionem usurpandis.

93. Quod si cui libeat *Cerevisia* uti Me- dicata, tunc Vini loco similiter Radicibus prædictis affundet Cerevisiam usualem, quainvis tunc præferam Dulci Americanæ. Observandum verò satius esse singulis noctibus tantum affundere Radicibus Ce- revisiæ, quantum sequenti die bibendum; quoniam Cerevisiæ vis evanescit facile, nisi Delioclauditatur: unde non unquam in usum diuturnum integra, eaque nunc majora, nunc minora non tantum Cerevisiæ, ast Vi- ni quoque sic Medicati parantur Dolia; sive Radices tantum, sive aliae quoque Plan- tarum partes illis indantur, sed copia etiam majore.

94. Cui proinde *Folia* præferuntur A- romatica, is sequenti, aut simili utatur For- mula.

*2. Fol.*

## 24. Fol. Rorifmarin.

*Majorana,*  
*Hyssopi,*  
*Salvie,*  
*Ruta hortens.*  
*Calaminth. Mont.*  
*Menthe crispa.*

*Fol. Serpilli, an. Man. B.*

*Concisa similuer includantur Sacculo, ipsiusque affundatur Vinum, aut Cerevisia, & sic undum usurpetur quotidie.*

95. Cum multis laudetur *Absinthii* *Vinum*, poterit, quoties *Absinthii* sapor placet magis, aliquid ejus addicateris.

96. Quoties *Flatibus* urguntur simul Lan-  
guore Universali detenti *Egri*, toties pra-  
aliis Plantarum partibus usurpari poterint  
*Semina* itidem *Aromatica*, & ad sequentis  
Formulæ formam & imitationem plures  
praescribi.

## 24. Sem. Coriandri,

*Foeniculi dulcis,*  
*Anisi, an. 3 ij.*  
*Apij,*  
*Petroselini, an. 3 i. B.*  
*Cardamomi,*  
*Carvi, an. 3 j.*

Crasse

Crasse contusa indantur Sacculo, & af-  
fundatur Vinum aut Cerevisia pro usu quo-  
tidiano.

97. Sed possunt quoque commodissimè  
ex variis Plantarum partibus simul junctis  
talia Medicata Vina & Cerevisiae parati ad  
sequentis Formulæ exemplar.

24. Rad. Calam. aromatic.

*Helenij, an. 3 ij.*

*fol. Majorana.*

*Salvie, an. Man. j.*

*Flor. Rorifmar.*

*Garyophyllor.*

*Stachad. Arab. an. Pug. ij.*

*Sem. Polymontan.*

*Foenicul. dulc.*

*Cynamom. acut. an. 3 ij.*

*Nucis moschat.*

*Cori. arant. sicc. an. 3 j.*

Concidantur, & crasse Contundantur,  
sacculoque includantur, mox in Vase con-  
veniente Vinum aut Cerevisia superfunda-  
tur ad Usum.

98. Quamvis autem Vini, aut Cerevi-  
siae forma commodissimè possint continua-  
ri aliquandiu Medicamenta Pituitam Glu-  
tinofam Emendantia, licet tamen eadem

*Pulveris, Electuarij, Tabellarum, Apozematis, Pilularum* vel alia quavis Ægro magis placentis forma tum præscribere, tum usurpare. Sic plures circumferuntur apud Practicos Species Aromaticæ, in hoc Casu convenientissimæ, quales sunt *Diacalaminta*, *Diagalanga*, *Dialaccæ major*, *Diambre*, *Dianthos*, &c. Quibus si quadruplum, sextuplum, vel octuplum Sacchari convenienti Aqua dissoluti addatur, facile in Tabellas redigi poterunt. Eadem si Melle, Syrupo, &c. excipientur *Electuaria* proment convenientia; quibus etiam addi possunt Conservæ variae. Ex. gr.

2. *Conserv. fl. Betonica* 3 ij.

*Rorismar.*

*Euphrag. an.* 3 B.

*Spec. diambrae*, 3 ij.

*diagalang.* 3 j.

*Syr. Menthae*, q.j.

*M. f. Conditum.*

*Conditum hoc aliquoties in die ad nucis mo schatæ quantitatem comedendum.*

99. Non possum autem me continere cis, etiam Senioribus in hoc casu perperam quin moneam hic Medicos Juniores, ut si usurpati, sive parentur ex *Hordeo mundi*, Pituitæ Glutinosæ Correctione caveant se to, & Seminibus frigidis majoribus dictis, dulcib, ne multo utrantur *Saccharo* & vald' vel *Amygdaлиis dulcibus*: quippe quæ non nisi

*Saccha-*

Saccharatis medicamentis; cum inde non tam emendetur, solvaturque, quam augeatur Pituita, quin reddatur indies glutinosior. Unde more malo, immo pessimo, etiam hic in Belgio ubere Pituitæ omnigenæ parente, multi Medici Nocentium negligentes in quavis penè Tussi aliquandiu protracta & Phthisis minante, quin immo productam fovente intuntur dicam, an abutuntur *Conservæ Rosarum Rubrarum* copiosa indies devorata; unde non tantum non abstergetur, exsiccatur, consolidaturq; *Ulcus in Pulmonibus* ortum, sed insuper *Gravitatis Sensus* ac intolerabile *Frigus* excitatur in *Ventriculi* re- gione, una cum *Appetitu prostrato*, redditur que tandem hac arte Malum immedicabile. Quem quorundam morem malum imitan- ti quotquot ritu pecorum sequuntur antecedentium gregem, ac eunt, qua itur, non quæ eundum est.

100. Quod dictum modo de Rosarum

*rubrarum Conserva*, intelligendum quo- que de *Emulsionibus* à quibusdam Medi-

si raro ad quædam Symptomata lenienda usurpari debent, ac postea iterum omitti. Atque sic se rem habere unumquemque sapore cupientem docebit Stultorum quoque Magistra Experientia.

101. Cui Pilula magis placent, quam Formæ aliae, illi sequentes ac similes poterunt præscribi.

*24. Gum. Galbanicum aceto prepar. 3 fl.*

*Succini albi,*

*Mastich. el. an. 3 j.*

*Olibani,*

*Myrrha rub.*

*Castorei opt. an. 3 fl.*

*Vitriol. Martis ad albedinem igne lenio exsiccati, 3 fl.*

*Ol. macis stillat. Gutt. viij.*

*M. f. pilul. N. 40.*

*Inaurenur.*

Possint harum Pilularuin tres aut quinque omni tempore assumi, ac præsertim manè stomacho vacuo, aut vespere una hora post cœnam, aut utroq; tempore; quo Humores Pituitos citius & potentius, aut segnitus, blandiusque corrigant, & tandem inde homini beneficium præsent.

102. Si

102. Si quem quorundam Medicorum Seniorum Apozematibus unicè gaudentium veneratio tenet anilis, potest is hic quoque ipsos imitari, ac sequente, similiter uti præscriptionis formula.

*24. Rad. valeriane,*

*acori, an. 3 ij.*

*apij, 3 j.*

*Herb. betonica,*

*melisse,*

*marrub.*

*satureja,*

*scabiosa,*

*Sum. cent. min. an. Man. 3.*

*Flor. rosmarin.*

*chamom. Rom.*

*Stoechad. Arab. an. Pug. j.*

*Sem. senniculidulcis,*

*amomi, an. 3 ij.*

*Bacc. Juniper. 3 j.*

*Lauri, 3 i fl.*

*Coguantur igne lento, & evase clauso in Aquâ*

*pura ad Colatûrâ 3 xl.*

*addendo Syr. Botryos,*

*Hyssop.*

*Artemisia Fernel.*

*Stæchados, an. 3 j.*

X 3.

Tinct.

Hujus Apozematis Unciae duæ aut tres poterunt semel aut bis quotidie quovis tempore assungi: ne quis frustra se torqueat, existimando cum multis ratione minus, quam more motis Medicamenta omnia Ventriculo tantum cibis vacuo tuto assunni, cum contrarium in multis deprehenderim verum, præsertim quoad Alterantia & Corrigentia Humores. Observavi namque millies Alterantia, sed blanda, quibus solis velim uti Medicos, sapè cum majori Aegrorum commode usurpiari paulo ante, aut post assumpta Alimenta, quin in acum ipsiss. quam tempore alio: Nec huic Experiencie contraaria est Ratio, sic enim Medicamentis vis se blande admiscent ac insinuat non tantum Salivæ in Ventriculo, sed confluentium Humorum Ternario in tenui Intestino, quin Sanguini quoque universo ac cæteris Humoribus omnibus in dextro Cordis Ventriculo, & cunctis Arteriis, Venisque: quo ipso citius, facilius, feliciusque absolvitur quæsita Ipsius, aut Iporum Errandis & Correctio.

103. Hactenus quidem proposuimus

Me-

Medicamenta vulgo nota & omnibus laudata; quod si quis supra vulgus sapere doctus ad p/parationes Chymicas, Medicamentaque magis efficacia, ideoque magis tutta, dummodo ritè tum parentur, tum administrantur, animum erexerit, commendabimus ipsi tum *Tincturas Extraclaque*, tum *Olea ex prædictis artificiose confecta*, tum *Salta Volatilia*, & imprimis *Oleosa*, ex plerisque Animalium partibus arte paranda & convenienter usurpanda: quæ cum ferè sint vulgaribus Medicamentis minus ingrata, assumentur quantitate longè minore, operentur quetum citius, tum blandius, tum efficacius, exoptantur merito ab Aegris per se satis afflictis; ut Medico Gratiosi nomine gaudente videatur indignum, quin plane inhumanum non velle, cum maxime possit, Aegrotum Infirmitati, Fastidio & Naueæ gratiore medicamento succurrere, quin malle Afflitum afflictione nova continuò affligere: Quapropter istis morosis Medicis præferendos existimo, benigniores, atque quovis modo Aegrorum infirmitati naturali, & quandoque morositati se ac medicamenta sua accommodantes. Longè namque facilius ac decentius.

488 FR. DE LE BOE, SYLVII  
est, labore aliquo, licet subinde satis ma-  
gno, Medicum quemvis excogitare, ac ten-  
tando invenire gratiora Ægris medicamen-  
ta, quam singulos Ægros, etiam delicatio-  
res, atque affectibus suis afflictissimos, id-  
eoque nonnunquam quævis gratissima,  
cibosque adeò & potus delicatissimos fasti-  
dientes, quin ad Medicamentorum con-  
spectum vel olfactum mox nauseantes, &  
quandoque vomentes vi naturæ facta quæ-  
vis medicamenta, etiam nauseosa, & qui-  
dem magna copia sumere ac in Ventriculo  
nauseante continere. Quod quam sit Ra-  
tioni sanæ adversum, qui ratione pollet,  
sanè judicet; quam idem cum multo-  
rum Ægrorum querelis ac detimento à  
nonnullis Medicis ferreis tentetur, ac  
præfractè tutetur, nulli amplius ignotum;  
& imprimis, postquam via commodior &  
facilior, imò tutior in usum revocata & diu-  
jam continuata est ab aliis Medicis non  
minus doctis & in praxi felici benè ver-  
fatis.

104. In Languore autem Universali, de  
quo agimus, quam utiliter, quam feliciter  
usurpentur Medicamenta Chymicè parata,  
cum diutius in eorum usu sit tunc pergen-  
dum

PRAXEOS MEDICI LIB. I. 489  
dum, norunt optimè, qui aliquandiu iis  
sunt usi, eademque aliis commendant me-  
ritò; sic enim cum minori molestia ac penè  
insensibiliter obtinetur, recuperaturve Sa-  
nitas desiderata, & bonis terrenis omnibus  
præferenda.

105. Non tantum corrigi possunt ac de-  
bent *Humores Pituitosi & Glutinosi*, Languo-  
rem Universalem producentes, verum  
quando simul redundant, vel in totum e-  
mendari nequeunt, *Minuendi* quoque, ac  
*Educendi è Corpore*, & maximè per *alvum & Urinas*; quod facilius, feliciusque absolvitur,  
postquam ex parte saltem fuerint modo predicto correcti.

106. Medicamentorum *Pituitam Visco-*  
*sam per Alvum Evacuantium Formulas*  
plures dedimus in superioribus; quocir-  
ca illis impræsentiarum supersedentes u-  
nam hic addemus, quæ ipsam deducat ad Re-  
nes ac *educat cum Urina*, & quidem forma  
*Decocti*.

¶. Rad. apij,

eringyj,

afari, an. 3 j.

fol. eupator. Cannab.  
urtica.

X. 5.

cerefol.

cerefol. an. Man. j.  
sem. foenic. dulc.  
sem. seselios,  
saxifragie, an. 3 ij.

Cog. ex Aquapura ad Colat. 3 xxx.

addeendo Syr. 5. rad. 3 iij.

et 1/2 Spir. salis dulcis,

vel Salis Volatilis Succini, 3 j.

M.

101. Bibat Äger bis in die Haustum ad 3 iij.  
iv. vel v. stomacho cibis vacuo, hoc est  
quinq[ue] ad minimum post assumptum ei-  
bum horis. Præstabit, si calens, aut repi-  
dum saltem usurpetur.

107. Idem efficiunt Salia Volatilia diu-  
tinè, etiam una cum Alimentis assumpta:  
quippe quæ non tantum Pituitam Glutino-  
sam incident ac emendant, sed ejusdem  
partem ad Urinæ vias propellunt, ac Sedimenti  
forma expellunt: quod tamen pau-  
latim in Urinis deficit, atque eo ipso Pitui-  
tæ maximam partem correctæ ac supereratæ  
signum præbet indubitatum: quod vel id-  
circò in Juniorum Medicorum gratiam hic  
monendum, quoniam non desunt Seniores,  
qui tum in Salium volatilium præstantio-  
rum præparatione minus versati, tum in  
corun-

eorundem administratione minus exercita-  
ti, tum proinde in eorundem viribus obser-  
vandis minus assueti eadem non sine aliqua  
Invidiae suspicione indirectè magis, quam  
directè sufflaminant. Sic culpant multi  
ea, quæ ignorant, & labore manuario  
addiscere nolunt: quasi sufficeret ad so-  
lidam rerum Naturalium, Medicarum-  
que notitiam comparandam Scripta quo-  
rumvis evolvere, atque pro lubitu citra  
experientiam hujus vel illius Sententiam  
cæteris præferre ac imperitè laudare. Ri-  
dent autem tales Censores inexpertos, ac  
Theoreticos, licet valde Suffenos, non tan-  
tum in Ägrotorum curatione, verum in Re-  
mediorum quoque præparatione periti  
Præfici. Expertus hæc omnia loquitur,  
tingentibus licet Adversariis, cæterisque  
malevolis; quorum quoque causa non  
paucæ reticeo, quæ alias liberaliter patefa-  
cerem.

108. Atque hæc sufficere poterunt  
Languoris Universalis Curationi: quo-  
niam vero ad *Animi Deliquij & Syncopes*  
*productionem* docuimus concurrere cum  
*Pituita Glutinosa Liquorem Acidum*, &  
*imprimis Pancreaticum*, meritò in horum

Curatione utriusque Humoris habenda erit ratio: quapropter *Acidi* quoque *Correlio* semper, ac *Eductio* subinde erit tunc insti-tuenda, & quidem in Affectuum istorum *Præcautione*, atque extra ipsum *Paroxysmum*; quo præsente ac urgente usurpanda erunt Medicamenta magis efficacia & *Spirituosa*, quæ nimur ad partes maxime affectas mox penetrare atque instans vita pericu-lum citè amovere possint.

109. Quæ autem diximus *Viscosam* Pi-tuitam emendare posse *Aromatita* & *Sale Volatili abundantia*, eadem docuimus non semel in superioribus conducere similiter. *Acido temperando* & *corrigendo*: utroque proinde nomine convenient in variis for-mulas præscripta modo Medicamenta; quod uno verbo nunc monuisse sufficiat.

110. *Acido Humori temperato* *educendo* in-serviunt *Hydragoga* vulgo dicta; quæ non semel laudavimus & præscripsimus in su-perioribus; quapropter unicam duntaxat i-psorum formulam hic addemus.

*U. Gumm. Sagapen. acetosoluti* & iterum *infissat.* 3 fl.

*Resina Jalapp.* 3 j.

*Magist. Gum. Gotte,* 3 fl.

*Ol. Bacc. Junip.* g. iiij.

*M.f. pilul.* N. 15.

*Inaurentur*, aut *Glycyrrhizæ pulvere con-spergantur.*

Sumat Æger quinque, aut plures, pau-cioresve, prout difficilis, aut facilius ipsi solvi potest alvus.

III. Data opera omitto in plerisque Pi-lulis à me præscribindis *Aloën*; quoniam in multis cum molestia, & quandoque noxa. *Hæmorrhoides* aperire solet.

112. *Paroxysmo Animi Deliquij* & *Synco-perstante*, atq; adventus sui signa superius memorata promente, exhibenda sunt, quæ *Haltus*, *Flatusq;* *Acidusculos*, quandoque si-mul *Glaucos* tum potenter concentrare, tum discutere apta sunt nata; quæ diximus modo desiderari multum efficacia & subtilia, quo quaquaversum penetrare possint & ipsi jungi. Sunt autem talia & *Spirituosa*, & *Salia Volatilia*, & *Oleosa* intimè Artis o-piae unita.

113. Conducunt proinde omnia *Salia Volatilia Oleosa* ex variis *Animalium* præser-tim, vel *Plantarum* quarundam partibus arte parata: Conducunt *Tinctura Aroma-tica Spiritum Vini rectificati* beneficio ex va-riis:

riis Aromatibus, Plantarumve, ut & Animalium partibus quibusvis Aromaticis vel Infusione sola, vel Distillatione insuper eductæ. Quæ omnia convenientibus Liquoribus solvi debent, ac Ægris saepius exhiberi. Ex gr. ex foliis Plantarum partibus.

**24. Ag. mentha,**

fœniculi, an. 3 j.

Cochlearia,

Vita Matthiol. an. 3<sup>lb</sup>.

Laud. Opiat. Gr. ij.

Syr. mentha, 3 j.

Ol. Garyophyll.

Macis stillat. an. Gutt. ij.

**M.**

114. In proposita Mixtura cochleatim, & saepius assumenda nemo miretur addi *Landanum Opiatum*, postquam non semel asseruimus in superioribus opium vim habere sumnam impediendi, competendique vitiosam Humorum Acrium Effervescentiam tum in tenui Intestino, tum in Corde, tum alibi; sine qua non solent excitari facile Halitus noxii & acidiusculi, curandoque Affectus producentes.

115. Prædictæ, aut simili Misturæ addi possunt varia ex Animalium partibus para-

ta & valdè efficacia, *Tinctura Castorei*, *Spiritus salinus*, *Salis Armoniaci*, vel *Urine*, *Sal Volatile ac Oleum Sanguinis*, *Ossium*, *Cornuum*, *Ungularum*, &c. Olea rectificari debent, atque non tantum suo empyreumate ex parte liberari, verum insuper penetrantiora redi, & magis potentia. Rectificatio autem ista cominodè fit cum Spiritu Vini Tarratifato.

116. Possunt quoque laudata modo *Salia Volatilia*, & *Olea* exhiberi ex cochleari cujusvis Liquoris, Aquæ, Vini, Cerevisiæ, Jusculti, &c.

117. Nemo autem, nisi expertus, persuadefebit faciliè de mirabili prædictorum Medicamentorum efficacia, & vi summa non tantum in præcavendis, sed insuper in minuendis ac cito curandis Animali Deliquiis & Syncope. Possunt enim non tantum ante Paroxysmum, aut ipso instantे, verum eodem urgente usurpari laudata Remedia, tum cautè infundendo eorum pauxillum in os, tum ipsa applicando, illinendo ne naribus: Vis namque ipsorum volatilis quaquaversum dispergitur & ad intima penetrans suo simili, hoc est Halitibus volatilibus facilè jungitur, atque eosdem

eosdem alterat, mutat, temperat, corrigitque, adeò ut desinant Aciditate sua non tantum partes Sensiles irritare aut vellicare, Frigorisve sensu afficere, sed impensis Sanguinem nimis condensare, atque hactenus Vitam obnubilare ac penè obliterare..

118. Possunt quoq; urgente Animi Delirio aut Syncope alia, sicut vulgo fieri solet, usurpari, quæ sensus externos quosvis excitant, qualia sunt Frictiones partium exteriarum, Vociferationes, Applicatio rerum Acrium circa Nares & Os, Aceti, Vim Rhenani, Aquæ Cinamomi, Aquæ Vitæ Matthioli, Apoplecticæ, Antiepilepticæ, Theriacalis, &c. Suffitus multifarius tam humidus, quam siccus, Aceti tum solitus, tum Cinamomo, Garyophyllis, aliisve juncti, Succi, Plummarum Perdicis, & similiuin ipsius plebi satis notorum.

119. Soluto vel sponte, vel arte Paroxysmo recreandæ sunt Vires tum *Animales*, tum *Vitales* ut plurimum prostratae tam *Spirituosis*, quam *Aromaticis*. Non parum enim solent exinde languere *Vires Animales*, an quia non producti sunt paroxysmo durante *Spiritus in Cerebro?* Restituuntur autem

tem illi confestim Vino generoso, ejusdemve Spiritu parcè usurpatō.

120. *Aromatica* verò reparare solent *Vitales* dictas *Vires*, an quia cum *Bile* magis conveniunt, quæ non parum ab *Acidus Halibus* fracta est ac debilitata tum in tenui Intestino, tum in Corde? Si proinde Vino jungatur quædam *Aromatica*, vel usurpetur *Spiritus Vini Aromaticus*, una, eademque opera Debilitati utriusque succurretur. Ex.gr.

2f. *Aq. betonicae*, 3 ij.

*vita Matthiol.* 3 j.

*Conf. alkermes.* 3 j.

*Syr. borragin.* 3 j.

*F. Mixtura sepius cochleatim usurpanda.*

## CAP. XXXV.

### De Cordis Palpitatione.

I. **A**D *Cordis Motum & Pulsum* præter naturam vitiatum refertur merito ejusdem *Palpitatio*; quam pro *Motu ipsius Convulsivo* habendam censeo; cum revera sit *Motus Cordis inordinatus*, coactus ac saepe numero simul vehementis. Nam non semper adest notabilis vehementia, unde gradibus

dibus non parum differre solet Cordis Palpitatio.

2. Inordinatus hic Cordis Motus ex parte quidem ac quodammodo, non tamen plane ac plene ex Arteriarum Pulsu dignifici potest; unde opus est, ut plerunque admoveatur sub mammilla sinistra manus: quamvis in Cordis Palpitatione vehementi Motus idem Oculis usurpari queat, ut & ad distantiam sèpè notabilem Auribus percipi.

3. Accidit enim nonnunquam, ut tam vehemens fiat Cordis Palpitatio, Costarumque tanta percussio, ut propter eam eadem confringantur, aut in junioribus anterioribus foras propellantur, protuberantesque maneant.

4. Sunt autem, sicut jam invenimus, aliquatione majoris, aurminoris vehementiae in Cordis Palpitatione gradus; unde aliquando nisi applicata Posteriori manu observari ac dignifici nequit, aliquando Viscui quoque Audituque mox patet.

5. Palpitationis Cordis Causam puto esse, quicquid absque intermissione ipsum ad sui Contractionem inordinatam & quandoque simul vehementem aptum est incitare; sive il-

lud intra Cordis Ventriculos, aut in ejusdem Substantia contineatur, sive extra Cor existens, ipsum tamen ad tempus aut semper continuò vellicat, mordet, pungitve. Unde notatur quædam Cordis Palpitatio perpetuò Ægrum infans; quædam pro tempore est urgens ac denudò remittens, aut in totum recedens.

6. Quicquid ex Venis & Auriculis effunditur in Cordis Ventriculos, ac mox iterum ejusdem Contraktione expellitur in Arterias, sit quidem aliquando Pulsus Majoris, Potentiorisve Causa, non item Palpitationis; ad quam producendam opus est, ut ejus Causa Cordi adhæreat, vel inhaereat, ipsumque contrario ad sui Contractionem irriter, quæ preinde fiet tum inordinata, tum inæqualis, ac subinde simul vehemens.

7. Examinatis proinde, expensisque iis, quantum Ego in Ægris Cordis Palpitatione laborantibus observavi, tum ab aliis Medicis narrata: vidi judico Palpitationem hanc ut plurimum ortum suum habere ab Humoribus, Flatibus ve multum Viscosis, ac simul Aeribus ad Cordis Ventriculos delatis, & in ipsis hærentibus atque ipsum ad inordinatam, inæqualemque sui Contractionem continuò irritantibus.

8. Hi Humores, atque Flatus frequenter ex tenui Intestino deferentur ad Cor, sive sponte ob Vitiosam sui effervescentiam commotio eo propellantur; sive ob *Corporis Motum* concitatiorem, maximè in ascensi, vel *Animi Affectum* gravein, Iram, Metum, Tristitiam, Gaudiumve agitati eò transserantur; sive ab *externa Causa Aëris putrefactu* aut frigore acri; *Alimentis dulcibus, acidisve; Rerum quarumvis Odore potenti,* eo quenunc suavi, nunc ingratu, &c. similiter ad effervescentium, Halitusque tam glutinosos, quam acres producendos, & ad Cor transmittendos adigantur & urgeantur.

9. Hinc est, quod in plerisque *Affectibus Hypochondriacis* speciebus tam frequens, familiarisque sit Cordis Palpitatio.

10. Hinc est, quod tam sèpè circa *Febrium Intermittiam initia*, urgente adhuc, aut remittente Frigore, ut & in earundem *vigore, Æstu existente summo, Palpitatio sentiatur Cordis molesta.*

11. Præter notatos Humores, Flatusque observati sunt aliquando in *Cordis substantia Tumores Carnei, aut Excrecentia Ossæ, Cartilagineave, quibus Palpitatio ad mortem usque*

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 501  
que coniuncta non immerito fuit adscripta.

12. *Vermes in Pericardio reperti Corpungendo, vel Humor Acris mordendo Palpitationis rarae Causa esse possunt; ut & Vulneris Cordi infictum.*

13. Causæ binis paragraphis postremis notatæ sicut cognitu sunt difficiles, si non impossibilis, ita curari non possunt.

14. Frequentissima Cordis Palpitationis species priori loco memorata urgente paroxysmo Curabitur, si à *Flatibus* habeat ortum, Medicamentis tum *Incidentibus, & Distinctientibus* tum *Acrimoniam Acidam præfertim Temperantibus, sèpius supra propositis. Ex. gr.*

*Ag. petroselin.*

*feniculi, an. 3 i. B.  
vita Matthiol. 3 j.*

*Ol. macis stillat. Gutt. jv.*

*Spir. Salis Armoniac. Gutt. xx.*

*Land. opiat. Gr. iii.*

*Syr. mentha, 3 j.*

*M.*

Hujus Misturæ Cochleare unum singulis horæ quadrantibus assumat. Eger, donec aliquod sequatur levamen.

15. Si

15. Si ab Humore Viscoso & Acri putetur producta Cordis Palpitatio, iisdem utendum Medicamentis Alterantibus modò laudatis, Incidentibus & Acrimoniam Temperantibus: quin nonnunquam, perseverante diutius (quod ferè fieri solet) Paroxysmo, Humorem ipsum Evacuantibus.

16. Ad Incidendum, Temperandumq[ue] Humorem notatum conduceat Mixtura modo præscripta, vel alia similis: Ad eundem autem Educendum cæteris omnibus præfero Pilulas ex Gummatibus parandas, cum & Ipsæ Glutinosos Humores solvant, & ad faciliorem sui eductionem disponant. Ex. gr.

*U. Gumm. Galbani aceto squillatoe soluti  
& iterum inspissati, 3*fl.**

*Vitriol. Martis ad albedinem calcinat. 3*fl.**

*Troch. alandal. 3*fl.**

*Diagrid. Gr. xv.*

*Ol. carvi, Gutt. vij*

*M.f. Pilulae, N. xxv.*

Inaurandæ. Sumantur 5. aut 7. matutino tempore, ac Ventriculo vacuo; superbibendo post sesquihoram juscum, vel Cerevisiam cum paucō pane coctam, & mace- rearomatisatam.

17. Qui

17. Qui abhorrent à Pilulis, Apozema usurpent ex Incidentibus, Aromaticis & Purgantibus paratum; in quem finem laudamus sequens valdè amaricans & efficax.

*U. Rad. Apj, 3*j.**

*Angelic. 3*j.**

*Ras. Ligni Sancti, 3*ij.**

*bacc. Lauri, 3*ij.**

*pulp. Colocynthid. 3*j.**

*Sem. Carvi, 3*ij.**

*Cort. Arantior. 3*ij.**

*Coq. s. a. in Aq. pura,*

*In Colatura 3 xxx. dissolv.*

*Syr. ros. sol. cum senna, 3*ij.**

*Spir. Vitri rectific. 3*ij.**

*M.*

Sumat Äger hujus Apozematis 3*iij.* iv. vel v. Quod si assumptione tali parum vel nihil dejiciat, poterit aut eodem die, aut sequenti saltem tantudem, aut plus pro Medici judicio bibere, atq[ue] sic per emmagasim humorem noxiū minuere ac educere.

18. Extra Paroxysmum similia usurpari possunt ac debent tum *Alterantia*, tum *Evacuantia*, & quidem indies. Nam non nisi temporis tractu, perseverantiaque debet-

debellari possunt notati Humores: qui per intervalla etiam educendi, pertinaciores scilicet, ac inemendabiles: ubi satius iteratis vicibus, sensimque illos evacuare, quam simul ac semel idem tentando in graviores Affectiones Aegros conjicere.

## CAP. XXXVI.

*De Sanguinis è Sinistro Cordis Ventriculo per Arteriam Aortam ad omnes Corporis Partes Fluxus laeso.*

1. Anguis in utroque Cordis Ventriculo ac intermediis Pulmonib[us] perfecto transfertur tandem per Arteria Aorta ramos infinitos ad omnes Corporis partes, quatuor in ipso illo Nutriantur, tum ex eodem Liquores Humanæ Oeconomiæ amplius Quiles, Inutilesve variis in locis Secernantur, iterumque ad Sanguinis massam remittantur, autè Corpore prorsus excludantur.

2. Hic Sanguinis per Arterias Fluxus luditur aliquando, vel Universo, vel Particulatum; & quide[m] quando aut 1. segnius, vel minimè fluit; aut 2. celerius, potentiusve moveretur; aut 3. in parium Substantiam, Cavitatesve ita fluit, ut ibi haret; vel foras effluit è Corpore.

3. Uni-

3. Universe fluit segnius Sanguis, aut etiam in motu suo plane s[ecundu]m & stagnat idem 1. in Plethora quoad Vasa dicta, & quide[m] defecitu spatiis sufficientis ad excipiendum Sanginem in Cordis Ventriculis perfectum, ideoque simul amplius rarefactum.

4. 2. In Animi Deliquio & Syncope, ut & Langore Corporis universali propter Sanguinem ad r[es]pondendum minus aptum; sicut pluribus dictum ac deductum Cap. 34.

5. Particulatum segnius per Arterias fluite vel aliquando etiam s[ecundu]m & stagnat idem Sanguis propter Angustiam qualcumque in aliis Partis Arteriis existentem, ac imprimis Compressionem aut Obstructionem: vix enim capere possum in Arteriis locum habere posse Constipationem, Coalescentiam, vel Subsidentiam.

6. Comprimi posunt Arteriae à Tumore suriore ipsis vicino, Vinculis, &c.

7. Obstruentur Arteriae, ac imprimis Capillares tum à Pituita Glutinosa una cum Sanguine per ipsas delata, & aut sponte ac sensim denuo coalescente, aut propter Frigus Aeris per Cutis Poros eo penetrans coagulata, tum ab ipso Sanguine propter Frigus vel Acidum externum eo se insinuans concreto.

Y

8. Vni-

8. *Vniverse moveatur per Arterias celerius, potentiusve Sanguis in Febris Ardentibus omnibus, tam continuis, quam intermittebus, quandiu permanet Pulsus non tantum frequentior, sed simul major & robustior; nam postquam eosque rarefactus est tunc Sanguis, ut vasa nimium distendat, & Plethoram ad Vasa constituat, sensim tum minorum debilior fieri solet Pulsus; donec Sanguinis per Venam sectam missione spatium patetur Sanguini excipiendo amplius, simulque Suffocationi proximus recreetur quasi, exerciteturque opera eadem Ignis Vitalis; unde Pulsus quoque fit tunc iterum & major & robustior.*

9. *Movetur itidem potentius, celeriusque Sanguis universe in cordis palpitatione, propter cor ad frequentiorem sui contractionem tam coactum, quam irritatum.*

10. *Accidit idem post notabilem, non tamen extremam Sanguinis effusionem, eamque aut spontaneam, aut artificialeam, aut fortuitam, per vulnus nempe casu, vel vi acceptum.*

11. *Particulatim, hoc est ad certam, determinatamque Partem moveatur celerius ac potentius*

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 507  
*tentius Sanguis, ob Sanguinem ex eadem effusum, non tamen quantitate nimia, vel summa; quoniam, ubi hoc evenit, reliquis quoque Sanguineo fertur, imo effertur adeo, ut ejus defectu minuatur quoque Vitalis in corde ignis, & sanguis deficiens, paucusque, ututibi rarefactus, minus expandat Cordis Ventriculos, ideoque minus irritet musculosum ejusdem Parenchyma ad sui contractionem, minus proinde propellatur quaquaversum Sanguis, deficiente tandem, nibi succurratur, post Languorem universalem vita.*

12. *In partium substantiam, vel corporis cavitates fluit & ibi colligitur ex arteriis quovis modo interne apertis & patentibus estus Sanguis: quemadmodum idem ex iisdem circa corporis superficiem lassis effluit ex corpore.*

13. *Plethora ad Vasa pro causis agnoscit constitutionem corporis sanam, usumque Alimentorum optimorum liberaliorem; Animum curis vacuum, exercitium corporis paucum, somnum multum, & similia.*

14. *De Sanguinis ad rarefiendum minus apticasus & cura egimus Cap. 34. unde sunt petenda, quæ huc faciunt.*

15. De Tumorū variorū ortu, causa & curatione dicendum alibi ; de obſtructione autem vasorum ſanguineorum, iſiſusque caſis, effectis & curandi modo plura proponeamus Cap. 40.

16. De Febribus, ut & Cordis Palpitatione ex professo tractavimus in superioribus; ſed de variis vulnerum differentiis, & carceriſis, curaque alijs forſan, ſi Deus volet, com-mentabimur.

17. Inter plurima igitur ad notatorum ex laſo Sanguinis per Arterias Fluxu Afſcētuum curationem facientia unicum tantum de Plethora ad Vasa dicta cito, tutoque curanda monebimus; iſam nimirū abſolvi Sanguinis eductione ſufficiente per apertam Ve-nam : ubi tamen obſervandum, ut pro cu-jusq; curandi conſtitutione propria eliciā-tur una, pluribusve vicibus, & quidein copia nunc majore, nunc minore Sanguis.

18. Ejusdem Plethora Augmentum praæ-vebitur, 1. minuendo Alimentorum multi & landabilis Succi quantitatē; quin substituen-do in eorum locum Alimenta fermentationis difficultoris, atque minus Succi nutritiū con-tinentia.

19. 2. Corpus indies magis exercendo, ac defatigando.

20. 3. De Somno aliquid paulatim detra-hendo.

21. 4. Accerſendo & Augendo Curas, Men-tisque Occupationes ſerias, non tamen nimis angentes.

22. 5. Quandiu laudatis mediis ne cum fatis potest impediſi Sanguinis augmentum nimium, danda eſt opera, ut ſubinde Sanguis nihilominus antior ſecta vena minuatur in tempore.

### CAP. XXXVII.

De Partium omnium Nutritione laſa; & in ſpecie de Atrophia, ſive Tabe.

1. Generalis Sanguinis ad Partes omnes Gac ſingulas delati Uſus eſt ipsarum Nutrictio, ſive Particularum ſenſiū ab iſis ſeccedentium ac per centum reparatio; ut & in Juventute earundem ad molem, magnitudinemque decentem Accretio.

2. Hæc Partium omnium & Nutrictio, & Accretio ledit ualido vel uniuerso, vel

*Particulatum, & quidem frequentius secundum carnes muscularum, & pinguedinem, rarius secundū Viscerum Parenchymata, & Offa.*

3. Læsio hæc contingit quando 1. Nutritio ista deficit in Atrophia vel Tabe: 2. quando eadem Nimirum fit, speciatim in Carnositate, aut Obesitate. 3. quando eadem inegaliter aut perperam evenit in Cachexia, Anasarca, Leucoplegmatia, Rachitide, &c.

4. Hoc quidem Capite agemus de Atrophia, sive Nutritionis defectu; sequentibus vero de cæteris.

5. Deficere solet manifestè Corporis Nutritio in primitis, ut dictum, ratione Pinguedinis & Carnis Musculosæ; non item ratione Cartilaginum, Ossium vel Parenchymatis Viscerum.

6. Ubi Pinguedo sola consumitur, nec ex quo reparatur, Macies dici queat; ubi Caro simul minuitur, nec restituitur, Tabes. Neque novum est obseruare homines, quibus sola Pinguedo perit; sed & aliquando, quibus Caro magis, quam Pinguedo.

7. Hæc Atrophia gemina sèpius existit universalis, per universum corpus; infrequentius particularis & in determinatis tantum partibus, Artibus præsertim.

8. Ac-

8. Accidit hæc Atrophia crebrius Sanguinis, rarius partis affecta virtu,

9. Sanguinis culpa evenit Atrophia, quando is aut deficit in corpore universo, vel parte aliqua; aut ineptus est partibus contabescientibus reparandis.

10. Deficit Sanguis in corpore universo tum propter inediā voluntariam, coactam- ve; tum propter Sanguinis effusionem qualēm cuncte notabilem; tum propter Alimen-torum convenientium deficitum; tum propter corporis motum nimium; tum propter Vigilias diutius continuatas; tum propter Ceras permanentes; tum propter Aëris astum nimium & diuturnum; tum propter Alvi Fluxum protracatum.

11. Deficit tere Sanguis in parte aliqua propter impedimentum ejus ad vel in ipsam Fluxum, Arteriarumque adeo ad ipsam tenden-tium Dissectionem, aut compressionem qualēm cuncte, ob Luxationem Ossium, Tumores duros, Vincula, &c.

12. Corpori Continenti; ejusdemque partibus pluribus, paucioribusve nutrientis ac reparandis ineptus est Sanguis propter Qualitatem vitiosam, Humoresve vitiosos, Salsos, Viscosos, Purulentos, &c. ipsi admistos.

Y 4

13. Qua-

13. Qualitatem vitiosam retinet sape *Sanguis* post *Affectiones* & *Morbos* graves prægrediens, *Febres Ardentia*, *Dysenteriam*, &c. aut præsentes adhuc, *Febrem Hæticam* tum *simplicem*, tum *Phthisicam*, lente, vel *Colligantem*, subito Corpus consumentem: quamvis & tunc existimem considerandos *Humores* vitiosos, qui notatas *Febres* producunt, atque *Sanguinem* insuper vitiant, corporique nutriendo *ineptum* reddunt, maxime in *Phthisi Pus* *Sanguinem* inficiens ac corrumpens.

14. *Humorum vitiosorum*, *Salorum*, *Viscerorum*, *Purulentorum*, &c. orum varijs in locis proposuimus, aut proponemus adhuc in hoc Tractatulo, unde peti potest.

15. *Partium Nutriendarum* *vix* accidit Tabes, quoties ipsæ à quacumque deinde Causa, & imprimis *Externa*, Fortuitaque aliquam sunt passæ noxam, ex Casu nempe, *Contusione*, *Vulnera* grandi, &c. unde non tantum *vasa* per ipsas delata *rupta* sunt, aut *disselta*, verum *Carnes* ipsæ, ac *Membrana*, labefactatae sunt & vitiatæ; quocirca non tantum deficit, verum corrupitur quoq; accedens ipsis *Alimentum*, *Sanguis*.

16. Quam nonnulli Tabis Causam quæ-

runt vel ponunt in *Humidi Primigenii*, *Calidive Innati* defectu, aut *Temperamento Insto* in *calidius*. siccusque mutato, illam ego in *Bile*, *Lympha* quin & *Saliva*, *Succoque Pancreatico*, haud fictis & commentitiis, adeoque *Chimæricis*, verum aetü existentibus, à multis observatis, sensilibusque *Humoribus*, sed variis modis mutatis & vitiatis quærendam, inveniendamque arbitror.

17. In extrema Tabe, præter Fatiem Hippocraticam dictam, in temporibus collapsis, oculorum sedibus concavis, Naribus acutis, Malis prominentibus & Ore hianti consistente, Costæ in Thorace protuberant, Ensiformisque *Cartilago* incurvata cernitur; Scapula alarum, & Clavicula arcum ad instar eminent; Dorsi spina se exerit; Venter collapsus, contractusque apparet; Clunes pendulae sunt, vel consumptæ; Crura, Brachia, Pedes, Manusque cum Digitis arida spectantue, & circa Articulos Protuberantia attollividentur; Vngues curvantur; Pili excidunt; Cuiusque flaccida, corrugata, fusca, & arida existit; Vena interim prominent, undique conspicuae ac clividæ; Corpusque universum tantum non transparens ac pellucidum in quibusdam observatur.

18. Semper *Curatu difficultem*, ac subinde *Incurabilem Tabem*, imprimis, postquam duravit aliquandiu, testantur Medicis omnes, ipsisque suffragatur Experientia; licet censeant plerique ipsam in principio haud ita difficulter curari posse, dum innoteat.

19. *Curabitur autem Tabes 1. Reparando Sanguinis Defictum* vel *Universalem*, vel *Particularem*; tum *usurpando Alimenta optima*, & quidem quantitate moderata, tum *amovendo, emendando* & *singulis Defectus istius Causas*; de quibus actum est, agendum ve alibi.

20. *Curabitur eadem Tabes 2. Corrigendo vitium Sanguinis qualemunque, Amovendoque ab ipso Humores vinosos singulos ipsi admistos*, per *Evacuaria singulu convenientissima, Vomitoria, Purgantia per alvum*, & imprimis *Dinretica, Sudoriferave*, ut & subinde *Salivantia*: de quibus actum est aliis in locis, unde eligenda sunt, quæ hic maximè profint.

21. *Correccio Sanguinis variis modis alterandi & vitiandi pro vitii varietate variabitur, usurpando medicamenta unicuique vitio maximè apta*, ni habeantur ad manus

*Corri-*

*Corrigentia universalia*, qualia ex *Mineralibus & Metallis*, aliisque ad *Animalium partes* minus determinatis parantur efficacissima, ideoque optima, & in specie ex *Antimo-nio, Auro, Ferro, Vitriolo, Coralitis, Margaritis, &c.* unde non immerito laudantur, commendanturque *Tinctura, Sulphura, &c.* ex enumeratis paranda,

22. *Curabitur eadem Tabes 3. Reparando partum alendarum noxam* per infortunium ipsius factam; de qua re agendum ex professo in parte Medicinæ Chirurgica.

### C A P. XXXVIII.

#### De Carnosiore ac Obesiore Corporis Constitutione.

1. **N**utritionem diximus Capite præcedente nimiam fieri notabiliter, tum in *Carnosa Musculorum Excrescentia*, tum in *Obesitate*, undetotum *Corpus* observatur amplius; quod æquè non fit, quoties *Viscerum Parenchymata*, vel *Glandula* in molem accrescunt nimiam, propter quam *Tumores* duntaxat hinc inde producti censentur.

2. *Redditur verò magis Carnosus Corporis*

Y 4

Habi-

Habitus Musculosus à Sanguine multo & laudabilis; concurrente corporis motu, exercitioque moderato; Vita curis anxiis vacua; Somno mediocri, vel protractiore; Alimentorum multi Succi, ac fermentationis facilis assumptione largiore.

3. *Pinguinus* vero & magis *Obesum* tam in habitu ac superficie, quam interioribus sit. Corpus à Sanguine *Pinguiore*, ad cuius productionem facit corporis constitutio sana quidem, concurrente tamen *Succo Acidō* satis copioso, sed blando, temperatoque; Bile autem parciore, minusque acri; Mēns corporis paucō; Vita itidem sine curis rodentibus; Somno placido & longiore; Alimentorumque *pinguium* assumptione continua & multa.

4. Rarius quidem gravatur Carne, multa vel nimia Corpus, frequentius *Pinguicline*.

5. Curabitur carnis Musculosæ Augmentum nimium, 1. Minuendo subinde Sanguinem aperta Vena. 2. Exercendo valde ac solito diuīns corpus ad Defatigationem satis notabilem. 3. Occupando, vexandoque *Animum curis* gravibus & solicitis. 4. Augendo Vigilias, detrahendoque aliquid Somno. 5. Usurpando parcus Alimenta multi,

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 517  
multi, optimique Succi, horutine loco sumendo, quæ minus nutriunt, aut difficilius fermentantur.

6. Curabitur autem corporis obesitas, 1. Usurpando sèpius, satisque abundantiter condimenta quævis acria, tum *Acida*, tum Aromaticæ, hoc est, *Salsa*, vel *Amara*; quæ tam Liquores Glandulosos præstent Acidiores, quam Bilem magis *Amaram* & acrem. Taliavero sunt Acetum, Succus Citri, Spiritus Salis, &c. Piper, Garyophylli, Cinamomum, Masticis, Zinziber, Nasturtium, Eruca, Sinapi, Raphanus quisvis, & imprimis Rusticanus, &c. 2. *Corpus movendo* multum. 3. *Animum torquendo* Curis. 4. *Somno* indies aliquid detrahendo. 5. Ab *Alimentis Oleofis* & *Pinguibris* in eorum abstinendo: sic enim pauperrim non tantum consumetur Pinguedo superflua, sed ejusdem impeditur augmentum novum.

### C A P. XXXIX.

*De Cachexia, & in specie, Anasarca, Leucophegmatique.*

1. *Qualitate peccans Corporis Nutritio-*  
*& potest, & solet Cachexia vocari;*

in qua *Nativus Cutis* & *imprimis Faciei Color*  
*languescit*, mutaturque in *pallidum*, & ali-  
*quando in flavum vel lividum & luridum*;  
*sicut in nonnullis in rubidum vel rubicundum*,  
*exurgentibus tunc ferè simul in Naso*.  
*Genisque variis generis Pustulis.*

2. Concurrit in plerisque Cachexia spe-  
*ciebus Dyspnæa*, quæ augetur magis, quo-  
*ties corpus movetur, imprimis concitatus*,  
*& in ascensu. Quintunc sæpius Cordis Pal-*  
*pitatio, Arteriarumque circa jugulum, tempo-*  
*raque Pulsatio, Visui quoque manifesta pro-*  
*ducitur. Accedit frequenter universi cor-*  
*poris, & crurum præsertim Lassitudo. Ur-*  
*get quoque non raro pressans & angens cib-*  
*dis dolor, qui post assumpta Alimenta inten-*  
*di solet. Quin adeo ut plurimum Febris len-*  
*ta, eaque vel continua, vel intermittens, vel*  
*ex utraque composita, Urna sæpius crude,*  
*aqueve prodeunt, rarius crassa, turbidae;* nō  
*ab Affectu alio comite, aut externa causa*  
*turbentur ac mutentur. Tandem macrescit*  
*& contabescit no in nullis corpus universum;*  
*sicut idem aliis sensim turget actumet; fitque*  
*à sero quidem Humore Anasarca; uti à Pi-*  
*nitoso, magisque viscoso Lenophlegmatia;*  
*& ab utroque, priore saltem, quando Ab-*

domen cum cruribus tantum occupatur, A-  
*scites.*

3. Nullis, ac nulli ætati parcit *Cachexia*;  
*licet Feminas propter diutius morantem, im-*  
*pediumque, aut quovis modo suppressum*  
*Menstruorum Fluxum corripiat frequentis-*  
*simè; soleatque sat sæpe comitari Affectionem*  
*Hypochondriacam, notabilemque ipsius*  
*speciem, Scorbutum.*

4. *Cachexia omnis causa est Sanguis qua-*  
*litate vitiosa præditus, propter quam licet*  
*aliquantum, & aliquanti nutriantur Cor-*  
*poris partes, non nutrituntur tamen, uti o-*  
*portebat; sed pro qualitatibus peccantis varie-*  
*tate modis variis læditur ipsarum nutritio:*  
*unde plures quoque observantur Cachexia*  
*species, tum secundum coloris mutati, tum*  
*præsertim secundum Symptomatum conjun-*  
*citorum diversitatem distinguenda.*

5. Vitiatur *Sanguinis qualitas & ab Hu-*  
*moribus Naturalibus ad sanguinis constitu-*  
*tionem in corde concurrentibus, sed qualita-*  
*te vitiosa præditis; & à Rebus Non-natura-*  
*libus dictis aliquem ex notatis humoribus,*  
*ipsumq; sanguine vitiantibus, & ita corrum-*  
*pétibus, ut prava sequatur corporis nutritio.*

6. *Humores Naturales, Sanguini confun-*  
*di*

disoliti, & hactenus noti, sunt *Bilis*, & *Glandularum Conglobatarum*, cæterarumque *Corporis partium Lympha*, ut & *Saliva*, *Sucusque Pancreaticus*, una cum *Bile* in terui *Intestino* juncti, atque Liquorem singularem *Lymphæ admiscendum componentes*, ipsique adeo *Spiritus Animales* quovis modo *Sanguini redditi*; quos omnes qualitate vitiaria tum affici, tum eandem *Sanguini* communicare posse vix putem aliquem in Arte Medicina vel mediocriter versatum, atque veritati addictum negaturum.

7. Horum vicia plura notavimus in superioribus, & proferemus adhuc in sequentibus: unde poterunt, peti, quæ huic faciunt.

8. Quemadmodum vero varia *Humorum Vicia* nonnunquam *sensim ac sine sensu* producuntur in Corpore, ita eadem quandoque *subito ac sensibiliter* gignuntur à *Rebus Non-Naturalibus*, aliisve *Venenorum nomine* notandis notabili excessu peccantibus, omniaque in corpore valde turbantibus, aut corruptientibus.

9. *Vicia* ista frequentissima & manifestissima sunt *Acrimoniam* tum *Acida*, tum *Salsa Muraria*, tum aliquando *Salsa Lixiu*a, & *Viscositas*, vel *Fluiditas nimia*: quorum

*causas, generandique modum* non semel proposuimus, explicuimusque in superioribus; quo remittimus Lectorem Studiosum, ne crambe nou bis tantum, ast sèpius cocta Mors sit, & nauseam moveat delicatis.

10. Memoratorum *Symptomatum ratio* facile patebit unicuique cogitanti, expenditique, quoties *Sanguis* undecunque tandem fuit factus *Vitiosus* & *Cachexiam* producens, toties *Humores* nominatos omnes, cum ex *Sanguine* ortum habeant, gigni quoque *Vitiosos*; unde non tantum *Alimentorum Appetitus* uterque similiter vitiatur, sed ipsorum præterea *Fermentatio*; quapropter *Anxietates circa præcordia*, *Cordisque Dolor pressans*, sequuntur tam ante, quam post ipsorum assumptionem.

11. Dum verò perperam Fermentorum Alimentorum pars, vel massa tota per Intestinum tenue propellitur, qui confunduntur ipsi *Succus Pancreaticus* & *Bilis* pariter vitiosi, non tantum expectatam *utilium*, inutiliumque partium *Secretionem* corrumpunt; verum contingit quoque viciosa horumce Humorum *Effervescentia*; quin non raro *Halitus*, *Flatus* ve multifarii ex illa viciosa miscella excitati non tantum descriptam modo

modo *Anxietatem* augent, verum ad Cor delate ejusdem *Palpitationem* producunt; atque ad Pulmones translati *Dyspnæam* efficiunt; & quaqua versum propulsâ *Lassitudinem* pariunt notatam.

12. Ex eodem Humorum omnium vicio pendet *continua, lentaque Febris*, quatenus vitiose in dextro Cordis Ventriculo effervescentes inter alia Symptomata plura *Pulsum* quoque creant solito *frequenterem*, adeo que *præternaturalem*.

13. Cum autem propter inquietudinem Corpus stragulis tectum sèpius denudant Aëgi, facile contingit, ut per Pancreatis Vasa Pituita delata ibidem coaguletur, Obstructionemque pariat: propter quam *Sucus stagnans intermittentis Febris multifaria* causa existet. Illud autem fiet citius, faciliusque, si corpus sudore disfluat, porique cutis pateant, vel Aér occurrat frigidior & asperior.

14. *Crude, minusquo Tincta, Crassæ* producent *Vrina* propter *Humores dictos Acridores*, intimius cum Sanguine concrecentes, Aqueosve abundantes, ac desideratam Effervescentiam minuentes, adeo ut non sequantur requisita & utilis partium excrementiarum,

tiarum, unaque cum Urinis excernendarum Secretio, multo minus Excretio.

15. Quemadmodum autem *partes omnes*, tunc *malè nutriti*ntur, ita *Cutis Faciei Aëri & Visui* præ aliis omnibus exposita noxæ suæ signa promit per *Colorem* pro Humorum maximè peccantium varierat *vagum*.

16. Quoties autem *Acri monia Humorum* concurrit, toties illa internè *Doloribus*, aut externè *Pustulis* manifestatur.

17. Quoties redundant *simul Copia Humores* vitiosi, toties variæ *Hydropis species* tandem succedunt; siu minus, contabescit paulatim uniusversum *Corpus*.

18. Quæ in specie solet ob *Menstrua minus* commode aut *tempestivè fluentia Fœminis* accidere *Cachexia*, illius rationem, ac generationem dabimus, si Deus volet, Præcessos hujus Lib. 3. Cap. 3.

19. Ex iis autem, quæ hic & alibi sunt dicta, *Cachexia Hypochondriaca omnis*, atque *Scorbuticæ productio*, ab ingenioso & judicious Medico deducetur facile.

20. Ut proinde ad *Cachexia Curationem* transeamus, sciendum, si ullibi, certe hic

hic observandum accurate aureum illud di-  
sticho sequenti propositum Præceptum.

*Principiis obſta, ſerò Medicina paratur,*

*Cum mala per longas invaluere moras.*

Nisi enim succurratur in tempore Cache-  
xiæ, non raro ea sensim tam pertinax, rebel-  
lisque fit, ut ſerò tantum, vel nunquam cu-  
rari possit. Monendi proinde à Medicis or-  
dinariis, etiam non rogatis, Ægri, ipſorum  
que Parentes, aut Consanguinei & Amici,  
quamprimum incipientis Cachexiæ ſigna  
ſe manifestant in Colore Faciei mutato, ne  
malum hoc, ſicut eſt in proverbio, negliga-  
tur in herba, poſtquam & altis & eradicatu-  
difficiles mox agere ſolet radices, quas poſt-  
modum non manuerculeo labore ſuperare  
licet.

21. *Cachexia autem omnis Curatio conſi-  
ſtet in Sanguinis quovis modo vitroſi correctio-  
ne ac emendatione.* Ubi observanda *Vitri-  
ſpecies atque cauſa vera, ſive illa una ſit, vel  
multiplex.*

22. Prout igitur hic vel ille Humor pri-  
mario & maxime hoc vel illo modo pec-  
cans, & ab hoc vel illo in Rebus Non-na-  
turalibus commiſſo errato pendens Sangui-  
nem vitiavit, Cachexiamque produxit, ita  
ſeli-

ſeligenda ſunt Medicamenta, quæ blande, pau-  
lari inque tum notatum *Humorem*, tum *San-  
guinem* iſum alterare, atque ad *conſtitu-  
tionem* naturalem redigere poſſint, aut, ſi plane  
ac in totum emendari nequeant, eundem  
quodammodo ſalem *correctum* ſenſim evacu-  
ent: non neglectis interim *Rebus Non-na-  
turalibus*, alijsve mala hæc producentibus,  
aut foventibus; quæ niſi corrigantur, cavean-  
tur ve, fruſtra expeſtabilitur optata Curatio  
felix, & Successus agendorum laudabilis.

23. Quibus Medicamentis & Formulis  
laudatae Humorum variorum *Correſtiones*  
ac *Evacuationes* perfici poſſint, debeant-  
que, non ſemel oſtentum in ſuperioribus;  
ubi videri poterunt.

24. Perfeverandum eſt autem aliquandiu  
in Medicamentorum convenientiis uſu, ac  
præfertim, ubi duravit aliquandiu, radices  
que fixit Cachexia, ſegnius recessura; & qui-  
dem in cuiusvis Medicamenti proficiens  
uſu, quandiu non tantum ab iplo benè ha-  
bet Æger, ſed idem absque nauſea, & fasti-  
dio usurpat: Quamprimum autem definiſt  
placere, aut prodeſſe gratiſſimum licet, aut  
optimum etiam medicamentum, mox aliud  
præ-

præscribendum, aliave forma exhibendum.

25. In diuinaverò Cachexia semper convenient Medicamenta Pituitam tenacem ac glutinosam corrigentia, evacuantiaque, postquam omnes Affectus Diurni ab illa vel in totum, vel ex parte saltem pendent.

26. Quod si Glutinosa Pituita copuletur Humor Acidus, vel Salsus Muriaticus, quod frequentius contingit, aut Salsus Lixivius, sive Bilioſus, quod rarius evenit. conjungenda sunt Medicamenta utrique Indicationi satisfacentia, ſepiuſ proposita & laudata; quorum ope nunc citius, nunc tardius expectari potest Sanitatis amissa recuperatio.

## C A P. XL.

*De Sanguinis à Partibus omnibus ad dextrum Cordis Ventriculum per Venas Refluxu laſo; & in ſpecie de Inflammatione.*

1. **Q**uemadmodum à Corde Sanguis univerſus per Arterias defertur ad cor

porū

poris partes continent omnes ac singulas, tum ad earundem vivificationem ac nutritiōnem, augmentumq; tum ad Humores omnes, ſive contenta utilia & inutilia quovis modo à reliqua Maffa ſecernenda; ita idem post beneficium hoc multifariorum multifariè in corpus utrumque collatum residuus ac ſuperstes, quin multis modis parte ſui aliqua defiratus aut effeſtus iterum ab iſdem partibus continentibus omnibus ac singulis per Venas fertur ad cor, ibidem mutua concurren- tiam partium variarum Miſtura, mox Ef- feruſcentia, & Rarefactione Vitali renova- riā.

2. Atque hic Sanguinis Fluxus ac Refluxus reciprocus & alternans motus circularis no- mine Jain cluet & claret.

3. Impeditur autem non nunquam in ſuo Refluxu Sanguis, quoties is vel stagnat, ſubſtitutique in ſuis Vasis & viis, vel effunditur extra ipſa, ſive hoc fiat intra vicinarum partium ſubtantiam, vel corporis cavitates, ſive id accidat extra corpus ipſum.

4. Stagnat in Vasis ſuis Sanguis, vel ob Ple- thoram ſummatim & ad Vasa dictam; vel ob Anguſtiam nunc ipsorum compressione, nunc obſtructione factam.

5. Ple-

5. *Plethora ad Vasam* mentionem sufficien-  
tem fecimus Cap. 36. quæ ibi poterit videri.

6. *Comprimuntur ad Sanguinis Reflu-  
xum impediendum Vena à Tumoribus* vici-  
nis durioribus, nunc à *Vinculis* partibus cir-  
cumjectis, Venasque, quam Arterias, at-  
tenuis stringentibus.

7. *Obstruuntur Vene* nunc ab ipso San-  
guine, *Pituita* in ipsis *Coagulatis* ac concre-  
tis, nunc quamvis rarissime, à *Calculo* in ipsis  
genito, sensimque amplius aucto.

8. Ad Venas referri velim *Cavernosam*  
*singularum partium substantiam*, per quam ex  
Arteriis Sanguinem in Venas existimo cum  
multis maxima sui parte transmeare.

9. *Sanguis Coagulatur* & à *Frigore Aeri*  
vel *Aqua* intenso partes valde afficiente, &  
à *Medicamentis* potenter *Adstringentibus*,  
*Austerisq; forinsecus*, aut *intrinsecus* *Sanguini*  
communicatis, & ipsum *Congelantibus*.

10. *Pituita Coagulatur* in dictis Vasis ab  
iisdem *Causis*, frequentissime tamen à *Frigo-  
re Aeri*, *Aqua*, *Potus*, aliorumve Parte  
prius calentes aut externè, aut internè subin-  
festante, atque *Pituitam*, *Viscosam* impi-  
mis, quacunque tandem de Causa in tenui  
præsertim *Intestino* solutam, hinc ad *Sanguis*

*nem deductam*, & unum cum ipso quaqueversum  
*propulsam* iterum inibi cogente ac inspissante.

11. *Pituitam* in tenui *Intestino* solvere  
solent 1. *Aer à Sole, Igne, Balneo, &c.* æ-  
stuans. 2. *Alimenta*, ut & *Medicamenta* Spi-  
rituosa & Aromatica, Volatile Sale abund-  
antia. 3. *Corporis Motus* vehemens; quo  
Frictiones, ac Tegumenta refero. 4. *Ira* im-  
moderata. 5. *Vigilia protracta*.

12. Ubi notandum, quo plures *Causæ*  
concurrunt, peccantque excessu majore,  
eo facilius, citius & copiosius solvit &  
Sanguinem versus transfertur notata Pi-  
tuita.

13. *Sanguis* autem in nominatis suis *Vas-  
is* *Plagnans* & paulatim *collectus* eadem mag-  
is, magisque distendit, & ita quidem, ut  
aliquando rumpantur, aut quovis modo alio  
extum ipsi concedant; unde contingit tunc  
*Sanguinis* è *Vasis* suis effusio, sive idem he-  
reat in Partium adjacentium Substantia, sive  
colligatur in cavitate corporis propinquæ, sive  
effundatur in totum extra corpus.

14. In *Vasis* *Capillaribus*, & forsitan *inter-  
media* quoque ipsis partium quarumvis sub-  
stantia sinuosa conclusus adhuc & Subsi-  
stens; aut extra easdem vias suas consuetas, sed

apertas & patentes in qualemcumq; partium ipsarum, vicinarumque substantiam porosam, & carneam præsertim, membranamve, aut earundem *interstitia effusus* & copia mediocri saltem *Collectus Sanguis* sponte mox excedens & *Caloris Sensum molestum* in parte sensili producit, ac sensum corruptus in *Pus* vel *Saniem abire* solet. Unde prior quidem *Mutatio* vocatur *Inflammatio*, sicut posterior, *Abscessus* vel *Apostema*.

15. Arbitror autem *Incendi* ac *Inflammationem* parere *Sanguinem*, quatenus ex ipso in Vasis suis valde distentis, Partibusve quibusvis aliis subsistente, hoc est, flagrante mox incipiunt evanescere partes *Spirituosa*, magisque *Volatiles* ac *subtile*s, tum *Acidas*, tum *Salinas* temperare solita; unde utraque *Acriores* factæ acris in se mutuo injurgunt, Effervescentiamque ob partes *Sanguinis Oleo-sas* præsentes *Calidam* excitant, quin paulatim *Sanguinem* ita corrumptunt, ut in *Pus* verteratur, & quidem pro *Sanguinis corrupti* varietate plane varium.

16. *Sanguis* in *Cavitatem* aliquam *Humoribus* naturaliter *vacuam*, pectoris puta, vel *Abdominis effusus*, ibidemque *Collectus* & in *Pus* corruptus *Empyema* constituit.

17. Idem

17. Idem *Sanguis* in partes corporis cavae, *Ventriculum*, *Intestina*, *Vescam* ve *Vrinariam effusus*, ob admistos ipsi tunc *Humores variros*, mutationem subit variam, nibrevi ex ipsis expellatur.

18. Ejusdem *Sanguinis extra Corpus Effusio*, in genere vocatur *Hamorrhagia*; licet in specie tribuatur hoc nomen *Sanguini* è *Naribus erumpenti*; quemadmodum idem ex *Ani* *valis effluens* dicitur *Hamorrhoidis*: *Sanguis* autem singulis mensibus *Fœminis* ex *Utero* *stillans*, *Mensium*, *Menstruum*, & *Fluxus menstrui* nomine gaudet; qui vero post partum hac via copiosior evacuari solet *Lobiorum*.

19. Ubi notandum, nullum esse naturalem *Sanguinis effluxum* præter utrumque modo in memoratum *Fœminis* proprium, de quo variis modis lèdi solito pluribus agemus, si Deus sinet, Opusculi hujus Libro tertio. Nam *Hæmorrhagia* omnis alia, sive sponte accidat, sive fortuito eveniat, sive arte procuretur; sive noxia sit, vel utilis; præter ordinarium Naturæ cursum semper contingit, cum talis à perfectè sanis nulla sit expectanda.

20. Causa proinde omnis *Sanguinis efflu-*

*effluxus* est *Apertio Vasorum* qualiscunque, sive illa fiat ex nimia *Vasorum* à copioso, valde rarefacto, aut retardato *Sanguine*, *Flatusve Distensione*; sive ab *Humoris* aut in *Vasis*, aut extra ipsa subsistentis *Aerimonia rodente*, sive à re dura & acuta *vulnerarie*; *obtinave contundente*, aut quovis alio idem contingat modo.

21. De plerisque *Sanguinis* præter naturam è *Vasis* suis effusi *Causis* & *Curatione* agendum alibi; hoc Capito *Inflammationis effientiam* persequemur, ac curam.

22. Ad *Inflammationis* ergo, hinc & *Abscessus* secuturi *curationem* requiritur 1. ut *Compressio*, vel *Obstructio Vasorum* tollatur. 2. ut *Subsistens*, *stagnantisque Sanguinis Motus* restituatur. 3. ut *Sanguis* è *Vasis* suis effusus, si fieri potest, ante sui suppurationem inde removeatur. 4. Si removeri, atque adeo *Suppuratio* impediri nequeat, ut eadem maturetur, promoteaturque. 5. ut *Purum* producti *Educatio* festinetur. 6. ut *Viceris mundatio* & *consolidatio* quām citissime absolutatur.

23. I. *Vasorum Compressio* à *Vinculis* artiis partibus circumjectis tolletur, illis sub-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 533  
sublatis; à *Tumore* dūro, codem curato, de quo alibi docendum.

24. *Obstructio* verò *Vasorum* à *Pituita viscosa*, vel *Sanguine* in ipsis *Coagulatis curabitur*, usurpando tam internè, quām externè Medicamenta peccantem *Humorem solventia*, iterumque *fluxilem facientia*.

25. Inter interna conducunt præ aliis omnibus *Salia Volatilia* ex variis Animalium partibus parata, quippe quæ omnia & singula vi egregia poilent *Coagulata* & *Conglutiuita* omnia in corpore humano dissolvendi, eademque ad pristinam fluiditatem reducendi, atque insuper Sudorem movendi; quo simul blandè promoto multo facilitius, citius, feliciusque obtinetur desiderata illa & amabilis coagmentatorum resolutio.

26. Hinc est, quod exhibito tempestive fabrico sapè Sudorifero ex laudatis *Salibus Volatilibus*, aut similibus parato *Pleuritis*, Lateris nempe *inflammatio*, absque ulla *Venæ apertione*, *Sanguinisque missione* fuerit felicissime curata.

27. Hinc est, quod *Misturæ* ex similibus paratæ, atque cochleatim per intervalla brevia in tempore usurpatæ tum *Pleuriti*

ritidem, tum Peripneumoniam, tum aliarum partium Inflammationes citò, tutò & jucundè curaverint.

28. Exemplum Misturæ talis Sudoriferæ in juniorum Medicorum gratiam sequentem dabo, quæ

*24. Aqua petroselin.*

*hyssopi,*

*fœnicul. an. 3j.*

*theriac. simpl. 3fl.*

*Spiritus salis armoniac. 3fl.*

*Laud. Opiat. Gran. iv.*

*Syr. papav. errat. 3j. M.*

29. Potest Spiritus salis Armoniaci loco usurpari Sal Volatile Cornu Cervi, vel aliud quodvis, ac pro ejus acrimonia minore, majoreve ipsius plus, vel minus Misturæ addi, atque quantitate majore, minoreve vicibus singulis capi, corpusque in loco calido, lecto præsertim, contineri ad Medicamenti vim quaquaversum promovendam, & subinde Sudorem facilitandum; quamvis haud sit opus Sudorem continuò excitare; cum non prosit, nisi quatenus tunc facilius, citiusque ad locum affectura & obstructum penetrat vis Medicamenti volatilis & salina.

30. Ad

30. Ad Salem Volatilem referri possunt ac debent Oculi Cancri, Mandibulæ Lucii, Os de Corde Cervi, &c. cum ipso abundant.

31. In hoc casu conducunt quoque omnia Sulphura Metallica & Mineralia, sed fixa; quocirca etiam huc refertur *Antimonium Diaphoreticum* ad fixitatem aliquam deductum; quamvis hæc pluribus nominibus hic conveniunt.

32. Nec tantum conferunt hic *Animalium Salta Volatilia*, sed omnia ex variis Plantarum Scarbuticarum dictarum & acridum partibus petita, eorundemque vim emulantia, uti sunt Succi Erysimi, Cochlearia, Nasturtii & hortensis & aquatici, Taraxaci, &c. Aquæ Theriacales dictæ, &c. dummodo vim habeant Pituitam Coagulatam vel Sanguinem Concretum solvendi & dissolvendi.

33. Inter externa convenient *Unguentum Martiatum*, Althææ compositum, &c. *Oleum Liliorum alborum*, *Chianæ melinum*, *Anethinum*, *Laurinum*, *Laterinum*, vulgo *Philosophorum* dictum, &c. quæ commode possunt simul misceri, & affectæ parti externæ inungi; præmittendo vel addendo

Z 4

subinde

536 FR. DE LE BOE, SYLVII  
subinde Spiritum Vini rectificatum, tam simplicem, quam compositum, modisque variis Aromaticum.

34. Possunt quoque in hoc casu applicari externè Cataplasma, sed magis Dissolventia, quam Emollientia, vel Maturantia dicta; quæ nimurum Humorem Coagulatum, Sanguinem, Pituitamve incident & solvant, ex partibus nempe Plantarum Acrium & Aromaticarum parata. Exempli loco esto sequens.

24. Cœparum sub Cineribus aut fustili vase assatarum & contusarum, 3 j.

Fol. Erysimi,

Cerefolii,

Nasturt. horst.

Sambuci, an. Man. i B.  
Farina fabar.

Lupinor. an. 3 j.

Nidi hirundin. N. j.

Albi graci, 3 j.

F. s. a. Decoctione in Lacte eburyrato ad Cataplasmatis Consistentiam.

Hoc Cataplasma mediocriter calens affectæ parti externè applicandum; cuius ope internæ quoque Obstructiones solvi poterunt: Observandum vero, renovandum

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 537  
vandum ipsum, quam primum exsiccari occipit.

35. II. Sanguini Stagnanti & in Vasis suis subsistenti desideratus restituuntur Motus plerunque ac felicissime Sudoriferis, aliquando Venæ sectione, Sanguinisque missione.

36. Sudoriferis } quatenus ipsorum ope non tantum fluidior, mobiliorque fit Sanguis, sed insuper actu movetur idem magis magisque ræfactus à Volatili Sale iisdē inexistente, Sanguinemque sola sui mora sensim plus minus ab Acidu suo Spiritu concrecentem iterum fulvante, diducente, ac proinde agitante.

Hinc est quod Sudori comes solcat esse Pulsus tam continuo frequentior, quam subinde simul Major & Robustior; ni concurrat extrema Virium dejectio: tunc enim & Minor & Languidior Pulsus frequentiori jungitur.

38. Dum enim ad dextrum Cordis Ventriculum pertingit Sudoriferorum Sal Volatile, ibidem amplius, potentiusque ræscit Sanguis, ac non tantum sponte sibi querit exitum, verum Cordis Ventriculum amplius expandendo ipsum & ad Frequentiorem, & ad Validiorem sui Contraktionem,

ctionem, Sanguinisque adeò expulsionem ac propulsionem irritat & eogit; Sanguinemque ideo prius in Motu suo paulatim deficientem suscit, commovet, & quaqua-versum à Corde proinovet.

30. Ubi autem laudata illa Sudoriferorum Vis usque ad Obstructionis locum per-venit, Materiam obstruentem quancun-que aggreditur, incidit, attenuat, solvit, flu-xilemque facit; unde accedente Sanguinis potentius agitati & ad pulsi imperii facilius, fœliciusque una cum ipso propellitur ulterius.

40. *Vene-sectione* autem, Sanguinisque missione restituitur Stagnanti Sanguini / suis Motis, quatenus in educti locum transfor-matur vicinior, atque facto sic Universo San-guini spatio ampliore movetur quoque Sanguis omnis tum celerius, tum poten-tius; quocirca & ille, qui prius in Vasis suis stagnans subsistebat, nunc verò sub-lata Plethora non sistitur amplius, ad mo-tum interruptum, valde saltem diminutum redintegrandum potentius concitatur; & juvatur; nichoc impedit Obstructio gra-vior, & soli Sanguini vehementius moto cedere nescia, sed insuper incidentium & obstruen-

obstruentem humorem dissolventium in-diga.

41. Tunc autem post Sanguinis detra-ctionem sufficientem utile est vicibus par-titis & cochleatim exhibere Misturam Su-doriferam, & Incidentem, qualem §. 28. notavimus; sive ad ejus assumptionem le-vis aut nullus sequatur Sudor, dummo-dò rebellis solvatur, tollaturque Obstruc-tio.

42. III. *Sanguis è Vasibus Effusus* ac per Vicinorum partium Substantiam dispersus, si removeri queat, in totum aut ex parte quantocuyus inde removendus, impediendo idcirco ipsius coagulationem, atque poten-ter dissolvendo partes ipsius crassiores, discutien-doque tenuiores, ac temperando in simul acrio-res, idque tam internis medicamentis, quam exter-nis.

43. *Sanguinis Coagulationem impediunt* Oculi cancri, Antimonium diaphoreticum, Mumia, Sperma Ceti, Gummi Galbanum, Sagapenum, &c. Opium Cerevisia Joppen-sis dicta, &c. Quin ex nominatis pleraque dissolvunt præterea Crassiores Sanguinis par tes, discutinque tenuiores, ac insuper tem-pe-rant acriores, imprimis ubi aliis junguntur, quæ

quæ ipsorum vim promovent, augentve,  
Ex. gr.

**24.** *Aq. hyssopi,*

*fæniculi, an. 3ij.*

*Acci stillat. 3iv.*

*Spiritus Vini rectificati, vel cuiusvis A-*  
*romatice, 3ß.*

*O. ul. Cancri, 3j.*

*Spermat. Ceti.*

*Mumia Alexandr. an. 3j.*

*Laud. opiat. Gran. iv.*

*Syr. s. rad. 3ib. M*

Hujus Misturæ assumat si pius Äger co-  
chlearum unum : Cujus ope non tantum im-  
pedietur Sanguinis Effusi Concretio ; sed  
partes ipsius Crassiores incidentur, atte-  
nuabunturque paulatim ; Tenutores au-  
tem una cum sudore aut insensibili transpira-  
tione discutientur continuo ; quin tempe-  
ratis ejusdem partibus acrioribus dolor le-  
niterur, tandemque in totum tolletur; ipsa-  
que adeo solvetur ac dissolvetur obstrucțio;  
quali sola in tempore, atque diligenter u-  
surpata curatæ sunt non semel incipientes  
Pleuritides, ac Peripneumoniae, aliarumque  
partium inflammations satis graves, atque  
anxietatibus doloribus ye acutis molestæ.

44. Parti

44. Parti affectæ inungi potest *Vnguen-*  
*tum Martiatum*, de Althæa compositum,  
aliudve Aromaticum quodvis ; quo refe-  
rendum quorundam Butyrum Majale di-  
ctum, atque cum Plantarum Aromaticar-  
um Succo paratum ; additis quandoque  
Oleis itidem Aromaticis, Laurino, Anethi-  
no, alijsve potentioribus, aut stillatiniis,  
Terræ Terebinthinae, Succini, Laterino, &c.  
sed minori quantitate.

45. Intet *Emplastrum* meritò laudatur de  
Spermate Ceti dictum, quod

**25.** *Cera alba, 3iv.*

*Spermat. Ceti, 3ij.*

*Gum. Galb. aceto dissol. 3j.*

*M. f. s. a. Emplastrum*, per quod li-  
quatum trahatur tela, fiatque vulgo dictum  
Spanadrapū, utrinq; alternatim applicandū.

Hoc Emplastrum egregium non tantum  
sanguinem in externis corporis partibus o-  
mnibus, sed Lac quoque in Mammis à coa-  
gulatione præservat, quin non raro medio-  
criter coagulatum iterum solvit & discutit,  
aut restituit.

46. *Fors* quoque conducere possunt ex  
Plantis Aromaticis & potenter discutien-  
tibus in Aqua, Vinove cocti parati,  
adden-

542 FR. DE LE BOE, SYLVII  
addendo subinde usus tempore aliquid Spiritus Vini. Ex. gr.

42. Rad. bryonia,

apis,

filicia, an. 3 j.

fol. sambuci,

emperor. Cannab.

chamadryos,

fol. Menthæ,

absinth. an. Man. j.

Flor. melilot.

chamæm. Rom. an. Man. iij.

Sem. Cumini,

Bacc. Lauri, an. 3 j.

Crasse contusa omnia coquantur ex aqua pluviali, sed igne lento, atque vase clauso. Serventur ad Usum.

47. Usurpari potest hic Fotus, infundendo faceulo, sacculisve contusas plantarum partes, atque post coctionem exprimendo liquorum superfluum, applicandoque Sacculos mediocriter calentes parti affectæ; ubi tandi relinqui debent, quandiu calent; postquam vero à tempore deficiunt, removendi sunt, & alii calentes applicandi. Potest etiam Pannus laneus, vel Spongia mollis & partem affectam tegere apta Fotui calenti imponi;

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 543

imponi, mox expresso liquore superfluo parti dolenti applicari, atque, sicut modo dictum, aliquoties renovari. Quin potius talibus medicamentis modo memorare triclini judicationi satisfiet, neque enim coagulatio sanguinis duntaxat præcavebitur aut reparabitur, sed insuper tenuiores partes, & similares, aliqua sui parte discutientur, ac remanentes ita temperabuntur, ut & illæ quoque temporis tractu queant sensim dissipari, vel saltem cum longe minori incommodo, suppuratione superari.

48. Ubi in talem locum effusus est sanguis, ut citra suppurationem & abscessum removeri nequeat, promovenda & acceleranda erit puris generatio.

49. Hoc omnia emollientia faciunt ac maturantia, verb. gr. rad. & fol. malv. alth. lil. alb. atripl. branc. ursin. mercurial. sem. lin. fœnugræc. caric. pingu. axungia suilla, humana, & pinguedo anseris gallinæ, vitulinæ butyrum, oleum, &c.

50. Ubi humores pituitosi & viscidi conjuncti sunt sanguini, addenda bulbi ceparum scyllæ, ut & gummata, bdellium, galbanum, ammoniacum, styrax liquida, &c. Ex his commodè parentur cataplasmata, Ex. gr.

46. Rad.

24. Rad. alth. 3 ij.

fol. malv.

branc. urfin. an. M. iiij.

sem. lin. 3 iij.

caricar. ping. incis. Num. x.

Coque lento igne ex aqua vel cerevisate nui ad humiditatis consumptionem, tunc confusis omnibus adde axungiae suffla, butyr. recent. an. 3 iij. M. F. Cataplasma.

51. Ubi pituita viscida simul peccet, patetur sequens. R. Ceparum sub cineribus coctarum & inde contus. 3 iij. farin. hord. 3 iij. fabar.

rad. alth. an. 3 ij.

fol. chamom.

sambuc. an. Man. j.

Coq. simul ex cerevisia tenui ad Cataplasmatis consistentiam.

52. Ubi astus magnus adest in parte inflammat, nec pinguia ferri possunt argi, cayendum ab omnibus pinguis, ac tunc utile erit decoctionem parare cum lacte e butyrate, sive tremores e butyrate sero, cum vim habeant egregiam temperandi astum & impediendi ne accedat inflammationis erysipelas.

53. His aut similibus medicamentis pro mota

mota & absoluta puris generatione non est procrastinanda ejusdem eductio cum ipso praesente dolor perseveret, educto minitur, quando pus mora redditur acrius, ideoque nocentius, atque ab ipso partes vicinae magis magisq; corruptantur, sicque ulcus majus ideoq; curatu difficultius efficiatur.

54. Ratus quidem sponte, nisi tempore longiori aperitur apostema profundius haerens, quapropter ubi ex partis mollitic manifesta, rubidine & dolore diminuti puris perfecti praesentia innotuit, aut ferro aut cauterio parandus puri exitus in loco tumoris maxime molli, atq; declivi, melius tamen est ferro uti, quia quandoq; cauteria admoventur, nullo subsequente puris effluxu.

55. Ubi autem puris multum continetur in abscessu, cayendum sedulo, ne omne una vice educatur, sed partitum; Ubi autem parum puris adest, nil nocet omne effluere quod aptum est fluere, absq; tamen pressione forti, opus enim est aliquando, ut in remotione loco haerens pus, atque in loco declivi effluens blande eo propellatur.

56. Via puri facta per gendum statim ad ulceris mundificationem & consolidationem, in quem finem varia adhiberi solent medicamenta.

menta. Mirus est h̄ic balsami sulphuris, effectus si ejus tantillum in ulcus instilletur, aut illinatur, puris enim generatio diminuitur & apostemata s̄apē intra paucos dies perfectè curantur, tum in mammis tum ali- bi existentia.

## C A P. XLI.

*De spirituum animalium in cerebro & cerebello generatione lata.*

1. Non tantum partibus corporis consistentibus nutriendis, atque repandis, inservit sanguis, verum fluidis quoque ac contentis, ubi vis præparandis materiali subministrat,

2. In cerebro namque ac cerebello secer- nitur à reliqua massa spiritus volatilis animalis, qui oculis quidem non videtur, ratione tamen solidam, eaque multiplici probatur; secto enim & ligato nervo sensus modusque perit.

3. Hæc spirituum animalium secretio lēditur 1. cum aboletur aut imminuitur. 2. cum nimia est & copiosior. 3. cum male affecta est vel depravata.

4. Pauciores secernuntur spiritus animales vel sanguinis vel cerebri, cerebelli; culpa.

5. San-

5. Sanguinis culpa, si parum spiritus volatile in se continet, ob alimenta similia diutius usurpata, vel massæ sanguineæ penitus inhærent, ob deficientem alimentorum in ventriculo fermentationem, aliudve simul assumptum, spiritus sanguini penitus uniens; quo referri possunt inter causas manifestas animi moror, ac metus, pigrities, desidia & corporis quies, animus laxus nulla re occupatus, somnus longior atque profundior, &c.

6. Si clare ac distinctè sciremus qua ratione affectum sit cerebrum & cerebellum, ad spirituum volatilem secretionem absolvendam, non ita difficulter forsitan determinare possemus, quo vitio idem faboret, quoties ejus culpa lēditur secretio.

7. Interim ab externo frigore caput valde afficiente non tantum gravedinem, sed & parciorem spirituum animalium secretionē produci, experientia videtur constare; an vero externum illud frigus cerebrum tantum an sanguinem quoq; male afficiat; quæritur? puto utrumque; nil enim impedit unam eandemque causam plura posse simul præstare in variis, unde unus tantum consequatur effectus bonus vel malus.

18. Quam-

8. Quamvis autem modus quo luditur sanguis vel cerebrum à frigore externo, non patet, juvabit tamen hoc saltem nosse, quo frigus illud vitetur, atque noxa ab illo illato, contrario calore curetur.

9. Copiosius videntur secerni spiritus in hominibus agilioribus, turbulentioribus & magis iracundis.

10. Illud autem videtur consequi, tum alimentorum valde spirituosorum & pollutiorum, tum aërem serenus atque mediocriter calidum, animum curis vacuum, aut levi duntaxat, nec multum argente ira commodum, vel plane hilare, corporis motum moderatum & somnum mediocrem.

11. Malo affecti censentur spiritus animales, cum vel torpidi, agitative, vel quovis modo impuri sunt. Torpidi & agitati quoad motum, impuri quoad sensus tam externos quam internos.

12. Torpidi sunt spiritus animales ob vim narcoticam, vel in corpore existentem, vel aliunde ex aëre, alimentis medicamentosis, ipsisve medicamentis accedentem.

13. Agitati atque aliquando vertiginosi sunt ob magnam atque & diuturnam animi sollicitudinem, ob aërem fervidorem, rum ob

ob alimenta multum spirituosa, tum ob iram vehementiorem, vigilias diutius protractas & aliquando defatigationem corporis nimiam.

14. Imputi redduntur ab aëre impuro, nebuloso, carbonum fumo, ventisque conturbato, aut ab aliis rebus cadaveribus puta inquinatis, & ab alimentis noxiis & corruptis, tempore annorum, in obsidionibus, natibus, ac ab animo variis & contrariis affectibus agitato; unde halitus necessario diversi elevatur.

15. Spirituum animalium parcio secreto atque ideo defectus reparabitur 1. usurpando alimenta multo spiritu volatili abundantia, ipsumque adeo spiritum vini simplificem vel aromaticum; 2. promovendo restituendo alimentorum fermentationem viatiam deficientem, observando memoratum vini spiritum copia decenti sumptum eundem ut alias omnem adjuvare fermentationem. 3. liberando animum à tristitia, & metu, 4. abigendo segnitiem & corpus exercendo, animum in seris & gratis tantum occupando, 6. somnum diminuendo. 7. frigus externum vitando vel accenso igne conveniente ipsum imutando ejusq; noxas tollendo.

16. Spirituum animalium redundantiam in

in corpore minuetur, subtrahendo potum  
valde spirituosum, & substituendo magis a-  
quosum. 2. eligendo aërem minus subtilem  
sed aliquanto frigidorem, marinum, mon-  
tanum, versus boream spectantem. 3. ani-  
mum curis mediocribus & mœrore afficien-  
do 4. corpus magis exercendo atq; desati-  
gando vigiliasque protrahendo.

17. Spiritus animales à torpore suo ex-  
citabuntur; usurpando medicamenta sale  
volatili acriori prædita; & imprimis castor.  
caryoph. piper. sinap. raph. rusticæ. allii.  
cochlear. &c. 2. excitando sensus omnes ob-  
jectis potenter operantibus, non tamen no-  
centibus. Sic lux magna apponatur visui, so-  
nus fortis excitet auditum, acria admovean-  
tur naribus: ut spir. sal. armon. corn. cerv.  
castor. &c. similia apponantur ori, vestimen-  
ta asperiora induantur, partesq; frigescantur,  
igni & calori exponentur, non frigori; fri-  
gore namq; externo torporem excitari no-  
tum, unde tamen non sequitur opium tor-  
porem inducens esse quoque frigidum, cum  
idem effectus, produci possit à causis variis  
variè agentibus.

18. Spiritus animales nimis mobiles hinc  
& aliquando vertiginosi componantur ad

majo-

majorem tranquillitatem, motumq; blan-  
dum ac naturalem componendo animum  
inquietum, eundemque liberando ab omni  
anxietate, usurpando aërem frigidorem, ac  
borealem, non item austrinum assumendo  
alimenta minus spirituosa, nec flatulenta, sed  
viscida potius, pisces puto & quidem mari-  
nos, abstinentia ab ira omni, protrahendo  
sonnum, etiam per narcotica, vitando o-  
mnem vehementiorem corporis motum.

19. Spiritus animales impuri redduntur,  
puriores mutando vel corrigendo aërem  
corruptum, & inquinatum, focis hinc inde  
accensis, pulvere pyrio accenso, &c. In ædi-  
bus vero habitatis utendum est aceto inpri-  
mis caryoph. cinamom. alisque pulveri-  
bus aromaticis, imbuto, prunis imposito;  
alimenta convenientia sumendo, contra-  
riis taltem corrigendo, animum omni affe-  
ctu vehementi liberando, & ad tranquilli-  
tatem deducendo, halitus noxior in corpo-  
re, excitatos atque ad cor cerebrumque de-  
latos discutiendo per aromatica gratiora &  
uniuersusque constitutioni maximè con-  
venientia.

De Spirituum animalium per nervos  
laeso motu.

1. Secuti à sanguine in cerebro & cerebelllo spiritus animales per continuatam ipsorum in nervos medullam deferuntur, quaquaversum non tantum ad sensus externos & motum animalem absolvendos, sed insuper saltē mea conjectura ad temperatores reddendos humores cæteros, bilem, sanguinem, succum pancreaticum, glandularumq; Lympham & forte ad primariam semini generando materiam suppeditandam.

2. Hic animalium spirituum per nervos motus secundum naturam continuis luditur. 1. quando nullus aut parciōr fit; 2. quando vehementior & copiosior; 3. quando non æquāliter aut voluntariè, sed inordinate & præter naturam & voluntatem contingit.

3. Nullus vel parciōr fit spirituum animalium motus, vel ipsorum vel nervorum culpa.

4. Spirituum ipsorum culpa id accidit, quoties aut deficiunt aut torpidi sunt.

5. Nervorum culpa deficit spirituum animalium ad partes motus, quando illi sunt aut dissecti, aut compressi aut obstructi.

6. Disse-

6. Dissecantur nervi in vulneribus, compriuntur à vinculis, humoribus, humoribusque incumbentibus obstruuntur, dummodo unquam evinci possit ipsos ab humoribus pituitosis obstrui, una cum Spiritibus aut Sanguine ingredientibus, quod mihi vix possibile videtur, nisi forte halitus pituitosi cum Spiritibus nervos ingressi denuo ibidem concrescant & coagulentur.

7. Humores pituitatos & aqueos circa nervos hærentes ipsorum tunicas seu membranas hinc & medullam humectare ac laxare, posse, ita ut spirituum animalium transitus per ipsos impediatur, evincere videtur paralysis à pluvia frigidore orta; vestes enim madefacit pluvia ut nunc una nunc plures partes motum & sensum plus minus amittant.

8. Vehementius atque copiosius per nervos moventur Spiritus animales vel ob motum animi vehementem ac ægrum valde turbantem iram præsertim, vel ob irritacionem gravem circa spinalis medullæ exortum in convulsione universali, & particulari.

9. Irritatio hæc ut plurimum & forsitan semper in universali convulsione ortum habet à spiritu acido, & acri, halitus forma in

Aa

hanc

banc vel illam partem propulso ipsamque mordente, nunc sine notabilis nunc cum ingenti dolore, prout scilicet partem minus vel magis sensibilem offendit.

Halitus hos acidos extenui intestino elevati si non semper, ut plurimum saltē confirmabunt symptomatā concurrentia, attente considerata ac expensa.

11. Eadem irritatio in convulsione particulari ortum potest habere & ab humoraci, nervum ad partem affectam delatum rodente & à nervi predicti punctiona rafitis ab ipsa parte movenda gravissimè ac continuo male affecta, vel acutè dolente.

12. Inordinatè ac præter voluntatem, moventur per nervos ad partes spiritus animales, vel ob irritationem inordinata in circa oppositorum nervorum exortum, ab halitibus itidem acidis & acribus sursum elevatis & nervorum origines afficientibus, vel ob ipsos spiritus in ordinatè motos, vel propter animi affectum vehementer, iram, metum, gaudium, &c. Unde non raro tremor in corpore universo deprehenditur, vel ob eosdem spiritus inordinatè motos à vaporibus & halitibus ascendentibus, ipsumq; spirituum motum conturbantibus, unde

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 555  
unde tremor & quandoq; motus convulsivus oritur.

13. Nervi dissecti curari nequeunt, ut nec spirituum animalium defectus in partibus movendis.

14. Compressi nervi liberantur, solutis vinculis, curatis humoribus ac remotis humeris, ipsis incumbentibus.

15. Obstructi nervi purgantibus & discutientibus curantur.

16. Vehementius commoti, & per nervos ad quasvis partes propulsi spiritus animales, ad naturalem ac mediocrem motum reducentur, I. componendo animū pathematib; agitatum, iram præsertim & quidē vi rationum solidarū undecimq; petitarum, impressis à noxa irritato ipsi accedente, ut & à laude animi moderati & affectibus dominantis.

17. II. In universali convulsione, tam temperando acrimoniam spiritus acidi, medicamentis saepius memoratis, tum eundem temperatum exturbando, expellendoque; si nimia copia peccaverit; tum halituum acidorum ex vitiosa, in tenui intestino effervescentia, excitandorum productionem impediendo, tam per anodyna & narcotica convenienter usurpata, quam per salia fixa

& volatilia, illisve turgentia medicamenta,  
in tempore exhibita.

18. III. In convulsione particulari tem-  
perando similiter humores, halitusve acres  
ad nervos vel partes ipsas delatos, aut con-  
festim ac potenter curanda nervi punctura,  
ob imminentis mali majus periculum.

19. Inordinatus Spirituum animalium  
motus in convulsivo muscularum motu &  
in vertigine forsan conspicuus curabitur,  
temperatis sublatissive unius dictum acribus  
humoribus & halitibus ad nervos delatis.

20. II. Componendo animum quo cum  
que modo turbatum rationibus solidis.<sup>19</sup>

21. III. Discutiendo halitus & vapores  
elevatos & ad inordinatum Spiritibus ani-  
malibus motum conciliantes, atque novam  
ipsorum productionem impediendo per  
medicamenta aliquoties enumerata.

### CAP. XLIII.

#### *De Sanguinis plusquam perfectione levi in liene.*

1. **A**D lienem per arterias Sanguinen  
deferri atque per nervos animalium  
spiritum iterumque à liene per venas San-  
guinem referri uti per vasa lymphatica lym-  
pham, per anatomiam omnibus notum est  
potest.

2. Cui

2. Cum autem præter quadruplicia iam  
memorata valorum genera nulla haec tenus  
observata sint, aut ad lienem tendere aut à  
liene abire, meritò ex illis functio naturalis  
deducitur lienis.

3. Vas breve non esse diversum, à venæ  
splenicæ ramis, vas utrinque Sanguinem  
puta à liene & ventriculo referens ad neu-  
trum deferens jam pridein per anatomiam  
evicimus.

4. Mirabilis nervosarum fibrarum circa  
vasorum in lienem ingressum textura hoc se-  
culo ab anatomis detecta non parum con-  
firmat meā de Sanguine in liene ab animali  
Spiritu plusquam perficiendo conjecturā.

5. Hanc proinde ab animali Spiritu pen-  
dente Sanguinis in liene plusquam perfe-  
ctionem, Iædi autumo dum vel eadem mi-  
nuitur, vel aliquando augetur.

6. Minuitur plusquam perfectio Sanguini-  
nis tum imprimis Spirituum animalium de-  
fectu, tum aliquando Sanguinis culpa visci-  
dioris, minusq; ad mutationem hanc apti.

7. Minuitur quoque lienis male affecti  
culpa, cum enim per lienis vas a penetrare,  
atq; aliqualem mutationem subire debeat,  
tum Spiritus animales, tum Sanguis, quin

Aa 3

ab

ab ipso parenchymate singulare quid expe-  
ctandū veniat, non est dubium, hinc si qua-  
vis de causa angustiora evadant dicta vasa,  
præsertim nervosa, parcius accedent Spir-  
itus animales; si præterea firmius & ideo  
forsan minus durum & potens evadat lienis  
parenchyma, minus Sanguis in ipso exalta-  
bitur.

8. Augetur contra Sanguinis exaltatio à  
Spirituum animalium copia & ad liensem  
saltem delatorum abundantias, quam pro-  
movere quoque potest universus sanguis  
fluidior, ac spirituosior, & forsan lienis  
parenchyma solito tenerius aut tenuius aut  
laxius.

9. Curabitur exaltationis prædictæ dimi-  
nitio; usurpando vinū generosum ipsumq;  
Spiritum vini, tam simplicem quam aro-  
maticum; emendando visciditatem in San-  
guine vitiosam per medicamenta sæpius me-  
morata & corrigendo lienis vitia, per exter-  
na illius regioni adhibita emplastra ex gum-  
matibus parata est incidentibus, similiaque  
interne assumpta.

10. Curabitur ejusdem exaltationis au-  
gmentum nimium, minuendo Spirituoso-  
rum usum, & usurpando alimenta crassiora  
& me-

& medicamenta blandè incrassantia; tum  
& externa, lienis parenchyma magis con-  
densantia.

## CAP. XLIV.

*De Bili generatione in folliculo fellis lasa.*

1. Bilem ex Sanguine non quidem secun-  
dum omnes sui partes, ac bili produ-  
cendæ aptiores, ex arteriis per fellis follicu-  
lum poros in ejusdem cavitatem penetran-  
te, continuò generari autumo, & quidem  
bili semper in suo folliculo secundum na-  
turam existentis beneficio.

2. Laudatur hæc bilis generatio; 1. quan-  
do deficit, 2. cum nimia est, 3. cum variis  
modis vitiosa producitur.

3. Deficit plus minus bili materiae pro-  
ductio, imprimis Sanguinis & consequen-  
ter bili culpa.

4. Sanguinis culpa, ubi propter vitio-  
sam diætam non satis usurpantur quæ bilem  
restaurare possint, aut similia talia quæ bi-  
lis materiam infringunt.

5. Bilem restaurant Sal lixiviosum fixum  
& præsertim volatile & simul oleosum, uno  
verbo acria aromatica, & aër feryidior.

6. Bilis materiam infringunt tum acida,  
tum viscida aqua & terrea.

7. Augetur nimium bilis ob diætam a-  
criorem, ac riotibus saltem, aromaticisque  
valde conditam, unde fumo indurata pro-  
pter fuliginem inhærentem bilem augent.

8. Dulcia non tam videntur augere, quam  
turbare bilem, atque vitiosam cum ipsa ef-  
fervescentiam excitare, unde non raro vo-  
mitus & dejectio sequitur, non quidem bi-  
lis puræ, sed cum assumptis, aut humoribus  
in tenui intestino repertis permistæ.

9. Vitiosa generatur bilis variis modis,  
ob diætam multifariam qualitate peccan-  
tem. Cujus species omnes ac eorum causas  
determinate uti arduum quidem ac forsitan  
impossibile videtur, ita non minus difficile  
erit exactè dignoscere: paucis tamen & in  
genere asservimus omnem diætam in sex re-  
bus non-naturalibus consistentem, quoties  
à mediocritate multum recedit, ac impri-  
mis aliquandiu continuetur, ut Sanguinem  
sic & cæteros humores omnes ac in specie  
bilem præstare qualitate vitiosam.

10. Tantò dignior mihi videtur quovis  
modo bilis investigatio, qui putem ipsam  
nulla ratione humorem excrementitium

sed

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 561  
sed vitæ conservandæ utilem esse neces-  
sarium.

11. Quamvis ex jam dictis non difficul-  
ter pateat, quando bilis vitia veniant curan-  
da: paucis tamen addam bilis defectum au-  
ctum iri assumptione aromaticorum & in  
specie cuiusvis salis volatilis oleosi quod  
experiencia edoctus, assero.

12. Bilis aucta minuitur 1. ejusdem edu-  
ctione cholagogis peracta; 2. assumptione a-  
cidorum; 3. vitatione parca saltem assump-  
tione aromaticorum salis volatilis.

13. Qualitas bilis variis modis peccans  
et intendabitur prudenti usu medicamento-  
rum & alimentorum contrariorum.

CAP. XLV.  
*De bilis retentione in folliculo fellis aut  
hinc facienda secretione lassa.*

1. Q uantum ego probabili conjectura  
assequi valeo bilis maximam qui-  
dem partem in folliculo suo retinetur, con-  
tinuo tamen & per intervalla brevissima, a-  
liqua sui parte inductum cysticum excerni-  
tur; quo inde ad intestinum tenue per  
ductum intestinalem tum ad hepar per du-  
ductum hepaticum, propellatur.

Aa 5

2. Læ-

2. Læditur alterutra hæc functio i. quando nimium retinetur bilis, 2. quando eadem nimis excernitur.

3. Nimium retinetur ac proinde cumulatur bilis vel sui vel folliculi culpa.

4. Sui culpa retinetur in folliculo suo bilis quoties aut viscidior redditur, aut calculosa fit, hoc est in calculos concrescit.

5. Viscidior fit, tum ab alimentis viscidis, tum à medicamentis austerioribus & subacridis, aliisve bilem coagulare aptis, tensim cum sanguine in folliculum penetrantibus, tum ab animi mœrore, otio, diffidis, multo somno, aëre nebuloso, ac frigido.

6. In calculos concrescit bilis à succo cum aciditate austero terreo.

7. Nimium retineri potest bilis folliculi culpa, quoties vis excretoria languet, inspitu animalium defectu generali, aut fibrarum affectu, quamvis rarius alterutram causam hic locum habere putem.

8. Eadem bilis excernitur nimium, itidem vel sui vel folliculi culpa.

9. Sui culpa, si fluidior seu tenerior existit, ex nimio acrum usu, & sale volatili abundantiam, aëre æstivo ac fervidiore, ira, vigiliis protractis motu corporis vehementiore, ac similibus.

10. Fol-

11. Folliculi culpa idem contingit, quoties ad sui contractionem irritatur nimis, vel ab ipsa bile acriore seu à succo pancreatico, aliove humore in tenui intestino hærente, ipsum rodente, acido præservit, atque in consensum bilis vesiculam, proper bilem in ductu suo quoque effervescentem forsan, alliciente, qui in cholera morbo accidere non mihi videtur absurdum, ni forsan ab effervescente, p. n. cum venenis præservit bile, halit<sup>9</sup> elevati transcurrunt per venas lacteas ad cor, & sanguinem, & cum ipso penetrent in fellis folliculum, ac ibi cum eadem effervescentis amplius extum ipsius præcipitent.

11. Visciditas bilis curabitur medicamentis ac alimentis sale volatili ac aromatico abundantibus, & quidem sensim in usum revocatis.

12. Quomodo calculi ex bile generati curari queant vix novi, postquam ipsorum à mealiisve solutorum curatorumq; nullum habeo exemplum : puto tamea eorum generationem præveniri posse frequenti usu salium volatiliū acrum, debita quantitate assumptorum ; ut & herb. & rad. gramin. id quod in bobus patet.

13. Bilis

13. Bilis fluidior incrassabitur usu medicamentorum ac alimentorum subacidorum & austeriorum, uti sunt pruna sylvestria, omphacia.

14. Effervescentia bilis p. n. temperabitur austoris, sed terreis potius quam subacidis, bolo armen. terra sigill. corall. creta, lap. hæmat. sangu. dracon. & similibus, imprimis opio & opiatis omnibus, unde inter composita primum locum obtinet Dia-scord. Fracast. ob plura austera concurrentia, cui add. pilul. de cynogl.

## CAP. XLVI.

*De Bilis motu ad intestinum lessu ac in specie de Ictero.*

1. **A**liqualem bilis ex sua vesicula excretae partem ad tenuè intestinum per ductum intestinalem propelli capite praecedente asseruimus, qui motus aliquando impeditur, aliquando tollitur.

2. Impeditur bilis ad intestinum motus, quando ipsa bilis est viscidior, ideoque ad motum ineptior; vel quando aliqua in ductu existit angustia, unde difficilius ac segnus per ipsum movetur bilis & quidē imprimis à parte bilis terrestrior eductui sensim

sensim agglutinata; Neq; enim impossibile videtur accidere aliquando hominibus, quod tam hyēmis tempore frequenter bus evenire testatur experientia.

3. Tollitur in totum bilis transitus ad intestinum ab obstructione aut succo pancreatico planè viscido & forsitan ab externo frigore aëris aut portus copiosi magis coagulati, in communi utriusque ductus orificio; aut a bile extreme viscida vel con crescente, vel sensim ductum replente atq; obstruente:

4. Impedita in totum in suo motu bilis, præsertim acrior mutationem aliquam subsecundum partes suas in se mutuo & quidem necessariò agentes, donec inverso motu transferatur ipsa inductum hepaticum, aut bilis saltē, quæ hunc ingreditur, inficiat, siveq; noxiam universo Sanguini comunicet, cum quoad corporis superficiem propulsâ bilis corrupta ibidemq; hærens Icterum patit, qui ob colorem aureum Aurigo dicitur.

5. Patet plerumque icterum præcedere aut comitari compressivus cordis dolor datus circa ventriculi regionem inferiorem observabilis, & cum angustiis & obscuris lancinationibus in dextro hypochondrio ubi & bilis folliculus & ejus ductus existit, mole-

molestus, concurrentibus alvi excrementis alblicantibus aut cineritiis, nec ut solet, à bile varia tinctis, & segnius ad dejiciendum ægros sollicitantibus: mox succedere solent urinæ obscuræ rubentes, atque immissa linteamina vel chartam colore croceo tingentes; tandem circa oculos & in ipsorum albo, hinc & reliqua facie, collo, denique per universum color citrinus & flavus & aliquando subviridis exsurgit, unde ille quidem flavus, hic niger iæterus vocatur.

6. Iæterus aliquando per se oritur, aliquando febres colicunque dolorem sequitur, & mœrorem, non raro hydropem producit plerumque lethalem.

7. Notabile est in iætero, in principio neglecto ita infici bilem, ut quamvis restituatur ipsi transitus ad intestina, permaneat tamen longo tempore non tantum aurei coloris, sed insuper cachexiæ & quandoq; tabis atque hydropis noxa: nam appetitus quoque prosterni solet, & aliquando ciborum optimorum fastidium, concitari cum apepsia.

8. Corrumpti subinde universam bilem in iætero arguant quædam venena iæterum brevi producentia, viperæ morsus, & alia forsan.

9. Unde

9. Unde si in tempore curetur ductus biliarii intestinalis obstrucțio, aut præveniatur, tunc sponte facilive negotio cedit.

10. Obstrucțio illa curabitur medicamentis humorem illum pituitosum viscidum incidentibus simulque eduentibus qualia non semel proposita sunt, in iæteri tamen mezu sequens conduceat.

*2. Rad. rub. Tinct. apri.*

*Chelidon. Maj. an. 3 B.*

*f. genist.*

*sambuc. an. M. B.*

*sem. aquileg.*

*petrosel. anis. an. 3 ij.*

Coque ex vini albi & aquæ puræ an. quantum satis: In Colat. 3 xx. solv. syr. diaenic. decichor. rheo. an. 3 i B M. sumatur de hoc apozemate subinde aliquid, quippe quod humorum viscidum incidit & una cum bili reteneta excernit.

11. Hujus autem ope, postquam soluta est obstrucțio allaborandum est, ut noxa sanguini ac universo corpori introducta itidem tollatur ac emendetur; quod fieri sudoriferis & diureticis addendoq; quæ veneno resistunt, ipsumq; superent, quoties aliquâ ejus suspicio adest. In hunc finem sequenis conduceat.

*4. Rad.*

2. Rad. scorzon. 3 j.  
 imperat. 3 ℥  
 rasur. lign. junip. 3 ij.  
 (assafr. 3 ℥.  
 fol. cardui bened.  
 scabios.  
 scord. an. M. j.  
 bacc. juniper. 3 ij.  
 sem. aquileg.  
 urtica.  
 rasur. Corn. Cerv. an. 3 ij.  
 Coque ex aquapura. In Colatura. 3 xxx.  
 dissolv. Sirup. Carduib. 3 ij.  
 aq. iheriac. 3 i. ℥.  
 sal. tariar. vitriol. 3 ℥. M.

De hoc apozemate sumat. Eger aut simul  
 aut repetitis vicibus tantum quantum re-  
 quiritur, ut blandus promoteatur sudor, vel  
 saltet urinæ excretio satis copiosa, inde  
 lentè poterit restituī.

## CAP. XLVII.

## De Bili motu ad hepar laſo.

1. **B**ilem non ab hepate per ductum ipsius  
 hepaticum, hinc & cysticum, in ejus  
 folliculum deduci; atq; contra ex suo folli-  
 culo

culo per ductum cysticum, hinc & hepati-  
 cum; intra communem vaginam ad venæ  
 portæ ramorum latera, post admissum ex  
 arteriis hepaticis Sanguinem, per univer-  
 sum hepar distribuat, atq; Sanguini refluer-  
 ti, aut in ipsis venæ portæ ramis aut in hepa-  
 tis parenchymate admisceri automo.

2. Hinc bilis ad hepar per ductum hepa-  
 ticum motum lœdi arbitror, imprimis,  
 quando aliquo, nec omni modo impeditur,  
 neque enim si hoc fieret, diu hominem su-  
 pervicturum putarem.

3. Impeditur ille bilis motus ob ejus vi-  
 sciditatem miniam, aut accretionem calcu-  
 losam ad ductus latera.

4. Cum in priori capite utriusque cura-  
 tio sit proposita, inde peri potest.

## CAP. XLVIII.

De Bili cum Sanguine in hepate missione  
laſa.

1. **B**ilem ad hepar propelli, ut ibidem cum  
 sanguine per portæ venam refluente  
 miscuatur dictum est præcedenti capite.

2. Hæc bilis cum Sanguine mixtio lœdi-  
 tur 1. quando nulla, 2. insufficenter, 3. quan-  
 do penitior, 4. quando inæqualis fit.

3. Defi-

3. Deficit bilis cum Sanguine mixtio, quando nulla bilis ad hepar transfir, in ductus hepatici obstructione; si unquam habuit in corpore humano locum, aut universa bilis per intestina evacuatione, vel quando sanguis planè aliena prædicta est bilis qualitate, mixturam dictam impediente, dummodo talis unquam observetur.

4. Insufficienter contingit bilis cum sanguinem mistura, quoties secundum se totam aut aliquas sui partes saltem ita vitiata est bilis, ut segnius aut imperfectius uniri queant cum sanguine.

5. Virium hoc bilis consistere puto imprimis in constitutione nimis terrea, vel forsitan nimis pingui seu viscidiori, unde difficultius ac segnius adeoq; imperfectius sanguini queat admisceri.

6. Penitior fiet bilis cum sanguine mixtura, in hepatæ quoties ipsa est magis salina & acris.

7. Inæqualiter admiscetur sanguini in hepatæ bilis ob partium ejus diversitatem; dum aliæ quidem acriores existunt, aliæ obtusiores, nec uniformis est bilis massa, unde confusa observantur quævis ab hac miscella

scella pendentes functiones, quæ in ictero aliquando accidere plane sum' persuasus.

8. Ductus hepatici obstrucțio à bile in calculosam substantiam concrecente, curabitur medicamentis ipsam solventibus, gramine præsertim atque ipsius succo aut decocto, cum observemus boves verno tempore hujus usū brevi liberari malo simili.

9. Qualitas bili heterogênea & sanguini planè adversa, ut cum ipso nequeat misceri nec proinde utilitatem naturalem ipsi conferre, & si forsitan ictero perseverare observetur, curabitur medicamentis sale volatili acriori abundantibus, simulque sudoriferis, quibus partim emendatur bilis, partim exernatur seernaturque ejus pars noxia.

10. Constitutio bilis terrestrior, pinguior, viscidior, curabitur prædicto gramine, ac similibus aperientibus, dictis, ut & sale volatili acriore diutius usurpatis.

11. Bilis verò acrior & magis saliva curabitur alimentis viscidioribus, ac medicamentis pinguioribus, ita tamen, ut ab iis non ferociat bilis; quapropter cavidum à pinguis vegetabilium & animalium & usurpanda quæ ex minerali-

ralibus aut metallis desumuntur: quo spe-  
ctant terræ sigillatæ omnes, bolus arine-  
na, &c.

12. Quoties multiplex in Ictero nondum  
confirmato bilis transfertur ad hepar, tunc  
quatenus observatur peccare, eatenus cor-  
rigi debet, secundum ea, quæ dicta sunt.

13. Sic, qui urgentibus argumentis per  
motus, me suspicari non semel assertui, san-  
guini admiscendæ veniat bilis, in hepate, &  
plurimum circa pulsum parvū, hinc & lan-  
guidum atq; calorem inæqualem ac sensim  
diminutum si non raro in ægris paularim de-  
ficientibus observabilia mente attenta ex-  
pendantur, nemo in praxi medica versatus  
inficias ibit, non pauca obscura & inexpli-  
cata occurrere quotidiè, quæ lucem demum  
accipient, si natura bilis penitus innotuerit.

#### CAP. XLIX.

#### *De Lympha in glandulis conglobatis præ- paratione lœsa.*

1. Ex singulis glandulis conglobatis vasa  
lymphatica prodire non item ex con-  
glomeratis constat experientia; unde lym-  
pham

pham in istis præparari sum arbitratus, &  
quidem ex parte Sanguinis acidiore cum  
animalibus Spiritibus per nervos eo delatis  
conjuncta.

2. Læditur proinde illa nymphæ glan-  
dulosæ præparatio variis modis: 1. si pars il-  
la sanguinis acidior vel nimis vel minus aci-  
da, hoc est, purior vel impurior secernitur in  
dictis glandulis, 2. quando Spiritus anima-  
les pauciores minusve puri accedunt per  
nervos.

3. Quamvis partem sanguinis acidorem  
putem lymphæ materiam, non puto tamen  
illam puram putam inservire, sed aqua dilu-  
tam, quam tunc voco impuram, quando a-  
luid præterea confluit, redditque lympham  
minus acidam, viscidoremve & forsan ali-  
quando subsalsam.

4. Quemadmodum enim plerumque se-  
rum sanguinis existit naturaliter insipidum;  
in Belgio autem dimidiæ forsan homini par-  
ti quantum ego saltem ex sanorum & ægro-  
rum educto sanguine, gustu deprehendere  
potui subsalsum reperitur; Ita mirum ne-  
mini debet videri, si lympha quoque idcir-  
co diversa paretur, admodum enim diffi-  
culter secerat Spiritus acidus à sale lixivo  
fixo,

fixo, facilius à volatili, qualem ex bile laudabili in sanguinis fero legitimo contineri saltem inclino ut credam; in fero autem sanguinis consistere imprimis acidum spiritum, lymphæ materiæ præbiturum, itidem arbitror.

5. Prout proinde existit serum in corpore, aut à causis externis alimentis, aëre, &c. varie immutatur; ita quoque producetur ex ipso lympha varia, nunc acidior, nunc subsalsa, nunc aquosior, nunc viscidior.

6. Prout iterum spiritus animales in corpore existunt copiosi vel pauci, puri vel impuri, ipsorumve motus ad glandulas libet est, aut impeditus, ita non parum diversa producetur lympha.

7. Prout denique glandulae ipsæ, aut integræ sunt, aut modis variis male affectæ, sita & ipsarum ratione, tam acidus spiritus secreto tum ejusdem cum animali conjunctio diversa continget.

8. Unde quam multis modis variantes possint exurgere vitiosæ lymphæ species nemo non videt, quas omnes ordine in re nova prosequi & longum foret & forte impossibile.

9. In genere sufficiat nobis nunc indicasse

casse fontes lymphæ vitiatae, atq; hinc proposuisse modos illam corrigendi & emendandi.

10. Serum ergò vitiosum corrigetur diæta & laudabili, & ejus vitio adversa, in sex rebus non-naturalibus consistente, quam medicamentis qualitatem seri vitiosam emendantibus & alterantibus: quantitatem verò redundantem minuentibus, per hydragoga, diuretica, & sudorifera, inde quæ per salivationem educunt.

11. De spiritibus animalibus supra dictum.

12. Glandularum vicia primaria sunt ipsarum tumores varii, molliores, inflammations, aliisque ut & ulcera tam boni quam mali moris, carcrosa puta: nulli enim parti facilius accedit cancer, quam glandulis.

13. Aniam plerisque glandularum tumoribus præbet frigus externum, calefactis glandulis superveniens, contusio, animi angor & mœror ac metus, alimenta succi pravi & simili, quoties autem aciditas subtilis ac volatilis generatur retineturque in glandulis, carcrosi fiunt tumores.

14. Quapropter nil utilius tumoribus glandularum curandis medicamentis sale volatili abundantibus, pro tumorum diversitate

sitate cum aliis tepidè contemporatis, & mixtis atque aut forinsecus applicatis aut interne usurpati.

15. Hinc est, quod tam utile est in glandularum affectibus ungentum martiatum dictum, tot aromaticis constans, cui proximum altheæ compos. & à galbano, hederæ que gummi efficacius redditum.

## CAP. L.

*De lymphæ glandulosæ per vasæ lymphaticæ & ductum thoracicum ad venam jugularem, axillaremve sinistram motu læso, ut & thoracis hydrope.*

1. **G**landulosam lympham imprimis ab ea, quam à musculis aliquique partibus ex spiritibus animalibus eo delati & superstitibus ortum habere credo, distinguo: cum qua tamen confusa, per eadem vasæ lymphaticæ pergit ad ductum lymphæ, chiloque communem, ac per universum thoracem delatum ideoq; thoracicum dictum, donec tantum exoneretur tota in venam jugularem, axillaremve sinistram ubi sanguini conjuncta descendit, cum ipso per venam cavam ad dextrum cordis ventriculum.

2. Hic

2. Hic lymphæ per vasæ lymphatica, dumque thoracicum motus læditur, quoties 1. in totum tollitur aut impeditur quodammodo, 2. alio defertur.

3. Tollitur in totum lymphæ motus, propter vasæ lymphatica obstruēta, ab ipsa lymphæ viscidio, in ipsis coagulata à frigore externo, postquam prius calore magis fuerat soluta & pituita forsitan aucta, unde stagnabit tunc in vasis suis lymphæ.

4. Quoties ex obstruētis vasis lymphaticis stagnat, & magis magisque cumulatur ita lymphæ, ut tandem vasa rumpantur, toties ipsa effunditur, aut in partes vicinas, aut in cavitates adjacentes, nec amplius per vias usitatas debitasse defertur.

5. Ex hac lymphæ per laterales thoracis lymphaticas ab externo frigore, ut dictum, obstruētas, hinc ruptas, effusione, nonnunquam hydrope thoracis ortum habere arbitror.

6. Curabitur lymphaticorum vasorum à lymphæ viscidio ac coagulata obstruētio, sudoriferis attenuantibus ac incidentibus, seu sale volatili constantibus, aq. theriac. sale absinth. cardui bened. corn. cerv. succin. &c. decoct. lign. guajac. junip. ac. herb.

Bb

scord.

scord. carduib. scabios. taraxac. fl. papav.  
errat. chamæmel. sambucc. bacc. laur. junip.  
sem. carduibened. milv. &c.

7. Iisdem curatur lymphæ visciditas, quamvis tunc non opus sit, sudorem promovere, sed sensim alterando lympham emendare.

8. Quomodo vasa lymphatica rupta sint consolidanda, petendum ex venenorum tractatione: Hydrops thoracis cognitum est per difficultis, curatu non minus. Primo tamen vasa lymphatica sunt referanda, coagulinanda per sudorem, tum assumptis medicamentis, tum stuprâ siccâ propositum, commodissime enim sic aquæ collectæ evanescunt, nec enim facile, nisi frustrâ tentatis aliis ad paraceuthesin transeundum.

### C A P. L I.

*De saliva in glandulis maxillaribus conglomeratis tam superioribus, quam inferioribus preparatione lata.*

1. **Q**uemadmodum in glandulis conglomeratis omnibus lympha, sic in conglomeratis omnibus liquor peculiaris generatur, non in communes omnibus lympha, sed peculiares singulis ductus, eosque inde-

indeterminatas cavitates desinentes, deducendus.

2. In os quidem duplices sese exonerant utriusque bini ductus, à saliva deportata salivares dicti, & à glandulis conglomeratis maxillaribus, tum superioribus, quam inferioribus oriundis, ut taceam infinitos canaliculos, ex similibus glandulis ortos & itidem in os patentes, ac contentum liquorem effundentes à Diligentissimo D. Stenone primum, quantum ego saltem novi, notatos.

3. Salivam omnem ortum habere judico, partim ex sanguinis parte, quamquam lymphæ inservit, magis viscida, per arterias partim ex animalibus spiritibus per nervos ad memoratas glandulas deductis.

4. Hanc salivæ laudabilis generationem lœdi censeo 1. quando patior fit, 2. quando copiosior, 3. quando multis sensibilibus qualitatibus peccans producitur.

5. Parior generatur saliva, primò defecitu materiae, cum illa non reponitur, aut alimentis convenientibus, aut aliò deducitur in alvi fluxu, urinæ aut sudoris effusione nimia, vel hydrope ascite.

6. Vitio viarum per quas defertur illa

materia ad glandulas, lœsis, dissectis, seu compressis, obstructisque vasis majoribus, unde materia defectus aliquis accidere potest.

7. Glandularum ipsarum vitio, quando ineptæ sunt transcolandæ materiæ vel eidem perficiendæ, quamvis quâ ratione affectæ sint illæ glandulæ, ut officium exquantur suum, nondum satis constet.

8. Copiosior aliquando producitur saliva, quemadmodum melancholicis & spumatoribus inde dictis accidere notum est. 1. Ob materiæ salivalis abundantiam, dein ex usu ubere alimentorum liquidorum, yimi præsertim acidiusculi, ex urinæ parciore excretione, à consueto sudore impedito. 2. Ob viarum amplitudinem, continuâ sputatione malo more contractâ sensim excitatam, quò enim quis magis vel minus functionem aliquam exercet, ea etiam feliciùs aut infeliciùs procedit. 3. Ob Glandularum ipsarum vitium aliquando valdè promovens saliva generationem, quale id sit, determinare non possum. Urina quidem & sudor non sunt naturaliter materia, sed in statu præternaturali, materia quæ ad renes deferri debebat ut serum, fertur ad glandulas oris.

9. Qua-

9. Qualitatibus sensibilibus tām propriis quam communibus vitiosam quandoque produci salivam, testatur sapor subsalsus, aliquando acidus & amarus, aliquando fastidiosè dulcis, dummodò à bile vomitu excreta non habuerit ortum.

10. Idem arguit ejus major aut minor visciditas & tenuitas, et si quæ alia observatæ sint unquam mutationes in colore, odore, & similibus qualitatibus.

11. Salsus saliva sapor debetur sero in sanguine nimis salso, concurrente simul glandularum vitio, ob quod minus aptæ sunt, ut separare possint salsedinem.

12. Sic saliva aciditas accepta venit ferenda excedenti copiæ humoris acidi, & forte defectui spirituum animalium vel universali saltem, vel particulari, in glandulis salivariibus.

13. Sapor saliva fastidiosæ dulcis saturni sacharum æquans aut superans, quærenda in sero simili undecunque orto, nec enim facile omnes in corpore contingentes humorum mutationes tām exactè explicare, cùm sappè ignoremus, qualibus, quibusve alimentis usi fuerint egri, ex quibus imprimis qualibutē tām mirè alterentur sapore, colores, odores,

res, & meo judicio, ob neglectam chymiam experimentalem, à præjudicio experimenterum loco passim à plerisque postulatorum supposita.

14. Amarus salivæ sapor vel à bile sursum eructata & aliquando in ore sui reliquias retinente, idèòque salivam omnem aliquandiu inquinantem oritur: Ubi autem talis eructatio bilis locum non habuit, ab eadem forsan bile puriore in sero existente atque in salivaribus glandulis salivam simul materiam præbente, quamvis de hoc postremo modo valdè dubitem, cùm nunquam observaverim sanguinis serum amarum.

15. Viscidior existit saliva ob sanguinem similem, aut tenuior, ob hunc magis tenuem & aqueum.

16. Curabitur autem parcior salivæ proventus, 1. in defectu materiae, ut alimentorum liquidorum, per eorundem usum liberaliorem, ob alvi fluxum, aut urinas copioiores, sudoresve nimios curatis his affectibus.

2. Curatis vasis per quæ defertur materia in glandulis.

3. Curatis ipsis glandulis, quoties ipsa sum vitio videtur contingere parcior salivæ

gene-

generatio, quæ fiet usurpando medicamenta in tali casu experta, aut prudenter tentanda alia, quæ multum nocere non possunt, donec de illorum efficacia & utilitate aliquid contingat observabile; quo factò, facilius forsan innotescet ipsarum glandularum vitium, & curandi methodus certa: Sic exempli gratiâ usurpetur in tali casu unguentum martiatum aliudve aromaticum, cuius ope si restituetur æger, probabile erit salis volatilis ope sit præstitum, de quo ut certior sit Medicus, alia forma utatur, itidem salibus volatilibus, exempli gratia spiritu salis armoniaci cum butyro aut spiritu vini mixti, & sic ratiocinando perget ultrius.

17. Curabitur nimius salivæ proventus 1. minuendo ipsius materiam, & abstinendo ab alimentis liquidioribus tum per alvum, urinam sudores ipsam evacuando; 2. viarum amplitudinem coarctando, & cohibendo se à continua sputatione, tum applicando forinsecus medicamenta blandè astringentia, imprimis emplastri forma, cum minori molestia applicabilis & commodiùs adhærentis, 3. glandularum quoque vitium, si quod concurrat, emendari forsan poterit.

18. Cæteræ qualitates sensibiles curantur & quidem falsedo, usurpando quæ illam im-mutent, quod videntur facere oculi cancr. corall. & similia blandè calcinata.

19. Aciditas iisdem curatur, omnia enim quæ falsum mutant, mutant & acidum.

20. Dulcedo fastidiosa curabitur forsitan acrioribus, tum acidis, tum lixiviosis, quamvis nil certi hactenus habeam de iis com-pertum, quippe non ita pridem à me exco-gitatis.

21. Amaritudo ab assurgente bile orta, sponte cedit ipsa decorsum educta, aut saltem deducta, quod idem fiet, si sanguinis se-ro communicata bilis permanferit sincera, os interim aceto, vel aquâ aceto mixta, aut vino acidiusculo collui potest.

22. Viscidior Saliva attenuabitur conti-nuo usu salium volat. tenuior incrassabitur, pil. de cynoglossa, & similibus, de quibus actum in superioribus.

## C A P. LII.

### *De saliva motu in os ac œsophagum laſo.*

1. Salivam unicuique non cogitanti in os sponte confluere, atque ad voluntatis

tatis arbitrium copiosius eo allici, & qui-dem facilè deglutiri posse, certum est.

2. Hic salivæ motus in os læditur: 1. Cùm parcior vel difficilior, 2. cùm copiosior & fa-cilior eo defertur.

3. Parcior affluit ad os saliva 1. ob sui defec-tum, 2. ob vias angustatas & descissas, 3. ob visciditatem suam.

4. Copiosior ad os fertur saliva, 1. ob ejus abundantiam, 2. ob vias patentiores facilius ob tenuitatem suam.

5. Salivæ deglutitio læditur, cùm vel pl-a-nè non fit, vel non nisi cum magna difficul-tate.

6. Utraque hæc laſa contingit præsertim œsophagi vel angustiæ, vel motus ejusdem impotentia, & aliquando faucium angu-stia.

7. Angustia plerumque est à tumore glan-dularum adjacentium, & si quis tonsillarum tumorum salivæ ingressum præcludenter hoc referre velit, tum omne vitium ad œso-phagum reduci potest.

8. Eadem œsophagi angustia debetur ali-quando anginæ, sive inflammatione laryngis aut pharyngis.

9. Motus œsophagi læditur tum in para-lysi,

386. FR. DE LE BOE, SYLVII  
lysi, tum in convulsione propria, de quibus  
agendum alibi.

C A P. L I I I .

*De succi pancreatici generatione lœsa.*

1. **H**umor in pancreatis glandulis con-  
glomeratis præparatus, ac per du-  
ctum ejusdem in tenue intestinum delatus  
succi pancreatici nomine indigitatur.

2. Eundem cum saliva magnam affinita-  
tem habere, atque aliquando acidiorē ex-  
istere.

3. Ejusdem proinde generationem iisdem  
modis lœdi, causas similes agnoscere ac cu-  
rationem valde similem considerare puta-  
mus.

C A P. L I V .

*De succi pancreatici motu & effervescen-  
tiacum bile lœsis.*

1. **S**uccum pancreaticum continuo in  
glandulis suis generari, & ad tenue in-  
testinum secundum naturam deferri arbi-  
tror.

2. Hic motus potest lœdi vel secundum  
totum succum, vel secundum aliquas ejus  
partes, & quidem quatenus vel nullus, vel  
parcior, vel senior sit, vel etiam copiosior  
& præcipitator contigit.

3. Quoties hic motus lœsus universum  
succum spectat, toties idem male affectus  
est totus, & omnes glandulæ, vel saltem du-  
ctus intestino proximus.

4. Quoties secundum alias sui partes  
motus est lœsus, toties aliquot glandulæ sunt  
affectæ, vel ductus aliqui laterales.

5. Nullus autem utrobique motus con-  
tinget, ob ductum imprimis obstructum,  
rarius vicino tumore compressum, rarissime  
ob surdectum.

6. Parcior fit succi pancreatici motus ad  
intestinum imprimis ob ejus penuriam un-  
decunque ortam.

7. Segnius inovetur, ob visciditatem; co-  
piosius ob abundantiam.

8. Præcipitator fit ob tenuitatem & flu-  
ditatem majorem, quæ omnia, cum ex ante-  
dictis pendant, cura exinde petenda.

C A P. L V .

*De urina perfectione in renibus lœsa.*

1. **Q**uemadmodum ab alimentis assun-  
ptis atque in ventriculo fermentatis,  
secernitur pars utilis colore lacteo prædicta &  
chylis nomine per venas lacteas cor versum  
deducta, secedentibus ad alvū fæcibus cras-  
sioribus; sic contra ex chylo in sanguinem  
verso

verso secernitur in renibus pars seri superflua, quæ amandatur in pelvim, hinc per uretheres ad vesicam urinariam, à dicto sero secreto & urinam continentem sic denominatam, ut in ipsa coacervetur, & per intervalla iterum excernatur, laudabilis interim sanguinis pars ad cavam refluit.

2. Carunculæ glandulosæ observantur in renum parenchymate conclusæ, & in tubulos membranaceos pelvi continuatos protensæ, atque ductibus peculiaribus lotii stillicidio dicatis, donatas.

3. Hoc lotium, quia in iis quoque, in quibus observatur serum sanguinis insipidum, falsum deprehendit, non sine causa quis suspicari queat, mutationem aliquam peculiarem subire materiam lotii, dum per dietas renum canales colatur.

4. Læditur hæc urinæ secretio, 1. quando nulla fit, 2. quando parcior, 3. quando copiosior.

4. Cùm modis variis ratione liquoris & contentorum vitiosa contingit, odoris, saporis, coloris, consistentiæ, & cæterorum nomine.

5. Non fit secretio urinæ in renibus saepius ipsarum caruncularum obstructarum aliter-

aliterve male affectarum vitio; rarius fortè ipsius sanguinis serive culpâ, nisi fortè aliquando ob intimorem partium heterogenearum permissionem.

6. Parcior fit ejusdem urinæ secretio ob easdem, sed leviores causas, ut & alvi fluxum, & imprimis sudores copiosos.

7. Copiosior fit urinæ secretio pro ratione pótus assumpti, propter carunculas si non patentiores, ita saltem dispositas, ut plus seri secernant à sanguine quam debent; ut in diabete, & post assumpta copiose salia volatilia in alimentis vel medicamentis diureticis, & aliquando ob sudores suppressos consuetos, alisque fluxum diurnum.

8. Urinæ liquor aqueus existere solet tenuis propter defectum partis salinæ, à qua tingitur & crassescit magis, propter ipsius concretionem cum reliquo sanguine, unde minus diluitur & dissolvitur in ipso sero, quod præcipue observatur accidere in hominibus, in quibus abundat pituita viscida, & in principiis febrium maximè plerarumque intermittentium.

9. Idem urinæ liquor rubeus observatur & tenuis ob ejusdem salis defectum cum summo

summo ardore conjuncto in febribus ardentibus, ante humoris peccantis secretionem, coctionem dictam.

10. Idem urinæ liquor rubeus & crassus simul deprehenditur in iisdem febribus ardentibus, post humoris peccantis coctionem & secretionem, adeoque incipientem excretionem; in qua cum urina prodit pars falsa & biliosa priùs cum sanguine arctius juncta, nunc verò à natura seu sponte, seu arte iterum secreta.

11. Liquor urinæ flavus magis naturalis & consistentia mediocris laudabilis censetur, à quo statu medio, quò magis recedit, cò magis culpatur.

12. Urina obscurè rubens & subcrassa, contra tamen notabilem ardorem excreta iste-ri suspicionem facit, de quo non amplius dubitandum, si linteam intinctum croceo colore infectum observatur, ubi non ab ali-quo assumpto contingat.

13. Urina colore sanguineo tincta cognoscitur facilè à supradictis, & imprimis sedimento grumescente, quod admisti sanguinis certum signum.

14. Alii urinæ colores, viridis, niger, si conferantur cum concurrentibus sympto- matibus faciunt plurimum ad humores pec-

cantes affectusque comites dignoscendos.

15. Contenta in urinis vel fundum petunt, vel superficie innatant vel per ipsum liquorem feruntur medium.

16. Sedimentum subsistens & colore, & consistentiâ est varium, aliàs enim albicat, aliàs rubet, aliàs nigrescit, aliàs aliter coloratum existit, aliàs in arenulas calculosque coalescit, aut tale quid excernitur, aliàs divulsum est aut inæquale, aliàs coactū & æquale.

17. In superficie apparent bullæ, pinguedo copiosa aut tenuis arenarum telis similis, vel arenulae, quæ caput affectum denotant: Bullæ sunt flatuum & catarrhorum testes; pinguedo adest in scorbuto & hecticis.

18. In medio urinæ fertur nubecula, quandoque arenulis plena, & aliud æneorema quodvis, de quibus varia ab authoribus dicuntur, in sanorum urina ferè nec nubecula, nec sedimentum.

19. Urinæ quoq; nunc claræ, nunc diaphanæ ac perspicuæ, nuc turbidæ ac opacæ: quando aliquæ diaphanæ minguntur, hinc mox vel serius conturbantur, atque vel tales permanent vel denuò clarescunt & diaphanæ fiunt.

20. Aliquando turbidæ & opacæ minguntur, & vel tales manent, vel postmodum clarescunt, & fiunt diaphanæ.

21. Ta-

21. Tales in urinarum perspicuitate & opacitate mutationes s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> observavi, frequentius in affectibus glandularum & gravidine ab aeris externo frigore orta; qui graviter laborant, emittunt urinas turbatas; in statu naturali tales non minguntur. Novi puerum, qui semper urinas lacteas exercebat.

22. Præcipuas urinarum mutationes ab effervescentia bilis & lymphæ in corde facta deducendas sentio, atque prout liquor hic uterque afficitur variè, urinas quoque ratione sui, tum ratione contentorum in consistentia, colore, odore, miris modis variare judico: quando ex penitus examinatis cognitisque humoribus m<sup>em</sup>oratis judicium de urinis certius aliquando deduci posse spero.

23. Interim urinæ secretio deficiens promovebitur imprimis usu salium volatilium urinæ, sal. armon. succin. &c. quorum operreddetur bilis aptior impediendæ coagulationi, inde laxius coibunt sanguinis partes, quando facilius separabuntur, & secedent in singulis visceribus singula, ipsumque adeò serum in renibus.

24. Parcior urinæ secretio curabitur facilius

cilius ac citius iisdem sal. volat. aliquanto di minuto vel curato potius alvi fluxu, utpote nunquam secundum naturam contingente; quod itidem de sudore intelligendum.

25. Copiosior autem urinæ secretio & excretio curabitur adhibitis usurpatisque medicamentis astringentibus vulgo dictis, quæ acidum humorem concentrare, sal volatile quodammodo figere, acrimoniam saltem ipsius infringere valent, ut corn. cerv. ust. oc. cancr. creta, &c. sumenda autem ea quæ austeritatem in se habent; cætera urinarum virtutia in aliud tempus differo.

### CAP. LVI.

*De urinæ per ureteres defluxu atque in vesicam transitu laesis.*

**U**RINA IN RENUM CARUNCULIS NATURALITER SECRETA, & IN PELVIM COLLATA DEFUIT PER URETERES IN VESICAM SUAM.

2. HIC DEFUXUS IMPEDITUR & TRANSITUS ALIQUANDO & IMPRIMIS OB ANGSTIAM IN URETERIBUS, ubi vesicæ inter binas ejus tunicas implantantur, undecunque ortam.

3. A CARUNCULA IN URETERIBUS HÆRENTE VIX IMPEDITUR ILLE URINÆ TRANSITUS, UTINEC A CALCULO VINI IMPLANTETUR AC SISTETUR IN DICTA IPSORUM

594 FR. DE LE BOE, SYLVIR  
ipsorum cum vesica commissione aut à pel-  
vis exordio; sēpiùs ab eodem calculo majori  
vel pluribus vesicę cavitatem replentibus si-  
stitur diutiūs in ureteribus urinæ, à qua tum  
sensim ampliantur ac distenduntur ureteres,  
nonnunquam pollicem tunc capientes.

4. Sēpiùs impeditur ille transitus à qual-  
cunque tumore, circa dictam commissuram  
orto, & ingressum & secundum naturam fa-  
tis angustum magis angustante.

5. Angustia à tumore & calculo orta, cùm  
non nisi ipsis curatis, queat curari, hujus  
enim curatio ab illis cùm sit petenda, licet  
rariūs currentur, ubi humores insignes, tum  
quia brevi pereunt homines urinā suppres-  
sā, tum quia difficiliūs è dirigi possunt me-  
dicamenta.

## C A P. LVII.

### De urinæ retentione in vesica & excretio- ne per urethram laſa.

1. U Rina secundum naturam servatur ali-  
quamdiu in vesica, donec vel quanti-  
tate, vel qualitate gravis incitet ad sui se-  
cretionem per suam urethram.

2. Retentioni huic voluntariae inservit  
musculus sphincter vesicæ orificio opposi-  
tus, quemadmodum excretioni vesicæ fi-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. I. 595  
bræ ejus inserviunt coarctando eam, sicque  
urinam exprimendo.

3. Læditur verò dictæ urinæ retentio, quan-  
do effluit involuntarie; cùm vel non, vel non  
niſi cum dolore excerni nequit, adeoque co-  
acte perficitur: læditur etiam, quando per  
aliam viam eadem excernitur, nunc in abdo-  
minis cavitatem, nunc extra corpus.

4. Involuntarius urinæ fluxus agnoscit  
ſepe pro causa sphincteris paralyſin, aut  
vulnus, & aliquando ebrietatem, aliumque  
gravem affectum, à quo ſensus omnes inter-  
ni præſertim labefactantur, epileptiam pu-  
ta, apoplexiam, syncopen, &c. in quibus non  
rarò urina excernitur, ſive hoc contingat  
per modum paralyſeos sphincteris, attin-  
gentis, ſeu convulſionis fibris carneis tuni-  
cae vesicæ intextis accidentis. Nonnunquam  
irritatio continua & potens ad urinæ con-  
tentæ expulſionem vesicam cogit, ſive id  
contingat cum dolore, in stranguria dicta,  
ſive absque illo in epilepticis insultibus.

5. Humor actis cum urina ad vesicam dela-  
tus acidus præſertim, rodendo ipsius mem-  
branam, & imprimis urethræ orificium ma-  
gis adhuc ſenſile, ad excretionem cōtinuum.  
vesicam urget: quod itidem accidit in vesicæ

excoriatione, exulceratione, tum à calculo,  
tum ab urina; cæterū non minus acri &  
quidem ab partis cuticula sua denudatae,  
ideòque nullum objectum externum, licet  
minimè acre circa dolorem ferentis sensum  
tenuiorem & acriorem.

6. Continuum urinæ stillicidium cum  
dolore contingit præsertim ob acrimoniam  
cum vesicæ excoriatione vel exulceratione  
conjunctam, unde mox irritatur potenter  
ad sui contractionem, vesica, quamprimum  
vel una urinæ acris gutta urethram ingredi-  
tur.

7. Per intervalla ad dimidii cochlearis  
quantitate in excernitur cum dolore urina,  
in vesicæ ulcere, ubi non est notabilis acri-  
monia nec tam potenter, nec tam subito ve-  
sicam urgens ad sui contractionem.

8. Difficulter excernitur urina in dysuria,  
ut plurimum ob collum vesicæ angustatum,  
à tumore qualicunque aut in ipso, aut in  
partibus vicinis hærente, atque urinæ trans-  
itum impediente, aliquando sese ob con-  
stringendi potentiam in ipso vesicæ corpo-  
re existentem, imprimis à nimia urinæ co-  
pia diutiùs retenta, & vesicam nimium dis-  
tendente.

9. In

9. In totum supprimitur urina in ischuria,  
ob causas easdem, sed gravissimas, quoties  
nullus planè transitus superest per vesicæ  
cervicem aut urethram obstructam, com-  
pressam, vel coalitam; nulla etiam potest fie-  
ri vesicæ contractio, in extrema ejus exten-  
sione, vel paralysi; quo referendum deli-  
rium, in quo aliquando non sentitur, non  
attenditur saltem incitatio ab urina seorsim  
collecta, facta. Quâ neglectâ colligitur tan-  
dem copia majori, quâ expelli possit.

10. Per alias vias excernitur urina, in vesicæ  
vulnere, unde tunc in cavitatem abdomi-  
nis confluit.

11. Vulnera illa fiunt vel casu, vel studio, vel  
arte, ut gladio, bombardâ, arte in lythotomia.

12. Ulcera consequuntur præcedentia  
vulnera, vel habent ortum ab acrimonia hu-  
morum, calculo vel inflammatione.

13. Curationem prædictorum affectuum  
quod attinet, partim ex jam dictis, partim  
ex alibi dicendis reducenda venit, quæ hic  
præsertim addenda sunt, addemus.

14. Urina acrior & acidior temperabitur  
medicamentis sale volatili & terreo abun-  
dantibus & anodynis, vel narcoticis, & sic  
stranguria curabitur.

15. Uri-

15. Urina in vesica nimirum collecta non ita difficulter curabitur immissa per urethram candelâ cereâ tenuissimâ, oleo imprimis inunctâ, iterumque eductâ, unde subsequi solet urina; quâ tamen non effluente, iterum tentabitur intrudendo prudenter cathetere aut argenteo, aut coriaceo, aut ex balenatum setis potius quam ossibus dicentes disparato.

## C A P. LIX.

*De sudoris excretione læsa.*

1. **Q**uemadmodum vomitus sic & sudor non est excretio naturalis, sed aut non naturalis, aut præternaturalis, aut artificalis, quod & criticam refero.

2. Nonnaturalem judico sudoris excretionem, quoties ea ex re nonnaturali dicta promotebitur, aëris scilicet astu, cibo potuve copioso, & imprimis fervente corporis motu vehementiore, animive solitudine gravi.

3. Præter naturalem habeo sudoris excretionem, quoties illa pendet à morbo, vel veneno quounque.

4. Artificiosum & criticum voco, quoties illa in ægris sequitur, diætam ex arte institutam, medicamenta in illum finem exhibita, vel forinsecus usurpata, ut sunt balnea, frictiones.

5. **Læsa**

5. Læsa sudoris excretio credendo potius vel nonnaturalia, vel artificiosa, vel medica in totum tollitur, vel saltē minuitur, vel nimirum promovetur, idque cum sudantis detrimento.

6. Tollitur ac supprimuntur sudor imprimis ab externo frigore aëris, urina indusitorum, lecti, aliorumque tegumentorum ac vestimentorum, corpus sudore diffluens ac per poros patentes ingrediente, ipsosque constringente: quin & omnibus humoribus semper tum per vasa quælibet potentius motis, mutationem notabilem, coagulationem puta vel aliud quid afferentem.

7. Minuitur sudor à causa eadem ast leviori, ut & vestimentorum & tegumentorum subtractione.

8. Nimirum prodit sudor à causis contrariis, calore scilicet in corpore acuto, tum forinsecus per aërem naturâ vel arte astuantem, per tegumenta & vestimenta, plumis præsertim, serico, gossypioque, vel simili bus constantia, nec tam pondere, quam fotu calorem corporis augmentia, tum infra assumptis alimentis liquidioribus & imprimis calentibus, vel medicamentis sudori promovendo dicatis, que tam pro corporum & humorum varietate varia itidem observantur.

9. Curabitur sudor suppressus vel diminutus i. calore externo aëris & tegumentorum acuto, 2. exhibendo alimenta liquida & calentia juscula, scilicet vinum calens, cerevisiam similem, ac imprimis medicamenta sudore in promoventia, forma præsertim liquida, & paulò post alimenta justulenta superbibantur, quòd & spectant balnea aquæ dulcis calentis, vel siccæ solo aëre calefactæ & spiritu vini accenso constantia.

10. Sudor nimium erumpens curabitur servando corpus mediocriter tectum, non tamen nudum, & imprimis exhibendo medicamenta aciditatem leniter fagentia, ecoralia, cretam, &c. cum observetur, quod sudor ab acidis præsertim promoteatur, aucto nempe vino acidiusculo & simili, aut etiam rebus sale volatili constantibus.

FINIS LIBRI PRIMI  
PRAXEOS SYLVIANÆ.



LIBER SECUNDUS  
IDEÆ MEDICINÆ PRACTICÆ  
FRANCISCI DE LE BOE  
SYLVII,

CAPUT I.

*De Affectibus animales hominis functiones nescias vel constituentibus vel productibus vel consequentibus.*

A Nimales functiones ad quatuor summa genera revocamus: sensus internos & externos; Motus animi & corporis.

2. Sensus externos sex numeramus: *visum, auditum, olfactum, gustum, tactum & sensum doloris*; quorum affectiones sunt *somnus & vigilia*.

3. Sensus internos tres admittimus, *imaginationem, ingenium & judicium*; addi-

602 FR. DE LE BOE, SYLVII  
addimus corundem promum condum me-  
moriā.

4. Videlur primarii animi motus ad af-  
fectus cum suis adpositis ad septem classes  
redigi posse, ita ut in prima: sit *amor & o-  
dium*; in secunda: *latitia & tristitia*; in  
tertia: *spes & desperatio*; in quarta: *ira &  
meritus*; in quinta: *clementia & crudelitas*; in  
sexta: *gratulatio & inadvertia*; in septe-  
ma: *comisferatio & insultatio*; quemad-  
modum id docuimus aliás pluribus.

5. Corporis motum geminum observa-  
mus, alterum in genere animalcm atque  
in homine voluntarium dictum, & à mu-  
sculis oppositis perfici solitum, alterum  
naturalem vocatum cavitibus & canali-  
bus opposito musculo carentibus propri-  
um, quapropter cordis utut plane mu-  
sculosi motum habemus pro naturali po-  
tius, quam animali, quamvis pro variis ani-  
mi motibus voluntariè possit variari, non  
potest tamen id fieri ad simplex voluntatis  
dictamen.

6. Præcipuis duntaxat menoratis fun-  
ctionibus animalibus contingentes affectus  
tractabimus impræsentiarum, quo citius ac  
finem

PRAESES MEDICÆ LIB. II. 60;  
finem perducamus hoc Collegium practi-  
cum, aliàs si Deus volet, plura addituri.

7. Ut proinde à sensibus externis facia-  
mus initium observandum quemadmodum  
ex objecti sensorium demulcentis sensatio-  
ne voluptas excitatur, sic ex ejusdem obje-  
cti sensorium lædentis perceptionem dolo-  
rem produci. Dolor non est tantum sen-  
sus tactus, sed sensuum quoque cæterorum  
affectio, & molestum ipsis symptomā.

8. Causa igitur omnis doloris objectum  
est sensile aut intra corpus existens, aut fo-  
rinsecus ipsis adveniens, atque sensorium  
quodvis moleste afficiens ac lædens. Sic  
lux nimia dolore afficit oculos; Sonus  
fortis, artres. Odor gravis & acer, na-  
res. Sapor mordens linguam & palatum,  
durities acuta cutim & membranas. Ca-  
lor & frigus urens, itidem cutim & mem-  
branas.

9. Nihil impedit idem sensorium plu-  
ribus inservire sensibus. Sic oculi non tan-  
tum vident, sed simul tactu sunt prædicti.  
Sic lingua non tantum sapore dignoscit,  
sed insuper duritatem, calorem & frigus. Cu-  
jus rei ratio videatur, quod ad tactus &  
caloris sensus nullus requiratur sensorii ad-

paratus, qualem desiderant, visus gustus,  
olfactus & auditus, idcirco peculiaribus  
organis allegati.

10. Ad doloris curationem requiritur

1. Objecti dolorem inferentis amotio aut  
saltē emendatio, posita enim aliā causa  
ponitur effectus.
2. Sensorii lēsi reparatio.
3. Urgente dolore ac permanente causa,  
sensus stupefactio.

11. Amovetur causa doloris externa vel  
illam tollendo, vel illam fugiendo & vitan-  
do. Si spina parti infixa extrahitur, sic so-  
lis astum fugimus, conferendo nos in ali-  
quod antrum vel umbram.

12. Amovetur causa interna doloris, si  
sanguis fuerit, illam per venam sectam vel  
aliter educendo; si alii humores fuerint il-  
los evacuando per vomitum, purgationes,  
urinas, sudores, salivationem, partis aper-  
tionem, &c. si partes solidæ fuerint, & qui-  
den luxatae, illas reponendo, aut fragmenta  
auctiora resecando.

13. Emendatur causa doloris varia va-  
riis modis, lumen magnum, producta um-  
bra, objectum acre, per temperantia acri-  
moniam, de quibus alibi actum vel agen-  
dum.

14. Sen-

14. Sensotium lēsum reparatur, resti-  
tuiturque in integrum pro lēsionis diver-  
sitate, modis variis, aliter vulneratum, ali-  
ter ustum, aliter erosum, aliter contusum,  
restituitur, curatur, de quibus alibi.

15. Sensui stupor inducitur per narcoti-  
ca, & opiate omnia prudenter ac per vices  
potius parciusq; quam confertim externè &  
internè usurpata.

## C A P. II.

### *De Primariis Visus Lēsionibus.*

1. Inter multifarias visus lēsiones, qua-  
cū curari possunt, quasque solas hic attin-  
gimus haud postremum locum sibi vendi-  
cat suffusio dicta, ut plurimum visum grada-  
tum obtenebrans & tandem tollens.

2. Ortum enim habet hic affectus à pi-  
tuita viscidiore, melancholia nomine vul-  
go veniente à causa quacunque genita: hinc  
& attenuata & sanguini confusa, & una cum  
ipso ad oculos delata per arterias & in hu-  
more aqueo imprimis hārente, ipsumque  
obscurante: donec tandem magis magis-  
que accrescens iterumque concrescens ac

Cc 3

coagu-

coagulata, circa pupillam constituentem uvacam, vel ex parte, vel in totum lumini extero, ac imprimis speciebus visibilibus transitum deneget, siveque cæcitatem tandem inducat.

3. Hanc pituitam viscidam generant in corpore imprimis alimenta similia, augent tristitia & fletus. Commovent iudicem affectus iræ præsertim copulati, ut & aër turbatus aut æstuans, vigilia protractæ, solicitudines, corporis motus vehementior, &c.

4. Excitati ab hac pituita halitus & humor aqueo in oculis confusi, primum vel nubeculam oculis observantem vel filamenta, vel festucas muscas & similia ante oculos volitantia, repræsentant. Deinde objecta externa obscurius aliquando patula vel hiantia exhibent: Denique lumen duntaxat obscurè admittunt. Interim oculos inspicientes affectos; primo quod loco nigredinis, & tenebrarum secundum natum representari solitarum, humor aqueus vitri alicujus fusi ad instar occurrit, ac sensim magis magisque albescere videtur, donec tandem foramini uæ accrescere deprehendatur & dictam catarractam producere

cere & ipsam quidem magis vel minus albescantem, solidamque &c.

5. Curatio hujus affectus spectat eundem, dum vel producitur, vel jam productus est.

6. In principio ubi halitus duntaxat in oculis observantur, laborandum, ut nulli eo amplius deferantur, tum ut qui jam eo penetraverunt, inde rursus revocentur & tollantur

7. Nulli deferentur amplius ad oculos, si ipsorum causa materialis ac efficiens corrigitur ac tollatur.

8. Corrigitur causa ipsorum materialis viscidæ pituitæ medicamentis incidentibus & attenuantibus. Uno verbo, salevolatili præditis saepius jam à me memoratis.

9. Tollitur eadem pituita viscidæ, quoties copia simul peccat, vel tardius corrigi potest tota per phlegmagoga tum vulgaria, tum chymica, Mercurium præsertim quovis modo debitè paratum, de quibus actum alibi.

10. Corrigetur halitum efficiens causabilis acrior medicamentis mediocriter acidis & imprimis nitro in quo aliquid sulphurei

rei unde ignem concipere solet, contine-  
tur; quo spectant sempervivum majus,  
plantago, solanum, endivia, lactuca & simi-  
lia.

11. Tolletur eadem bilis acrior ubi quan-  
titate simul peccat, per cholagogam, rhabar-  
barum præsertim, Tamarindos, Cassiam, tar-  
tarum & similia.

12. Impedietur quoque halitum in tenui  
præsertim intestino productorum delatio ad  
oculos, si mox discutiantur & magis si eo-  
rum productio impediatur & compesca-  
tur.

14. Discutiuntur halitus in tenui intelli-  
no excitati, assumtis quotidiè ac imprimis  
eorum productionis tempore (quod sape  
numero esse solet, quando vel vacuus est  
ventriculus, vel ad intestina propellitur pri-  
ma postremave alimentorum & fermentato-  
rum pars, & quidem pro alimentorum al-  
sumitorum diversitate diversimode) medi-  
camentis sale volatili ac præcipue oleoso ab-  
undantibus.

14. Impedietur halitum productio me-  
dicamentis vitiosam, tum contingentem ef-  
fervescientiam impedientibus, corrigentibus  
potius, & compescientibus.

15. Quibus adhuc in tenui intestino, exi-  
stentes iudicem ad oculos jam delati halitus  
discutientur, quamvis segnius, tum medi-  
camentis internè assumtis, tum oculis ad-  
motis. Notum enim mihi per experien-  
tiā volatilem salem sufficientem quantita-  
te dilutum, & oculis adplicatum discutere  
tandem halitus oculis inclusos, sive humo-  
res ipsorum & visum clarificari.

16. Vbi autem neglecta est hujus affectus  
præcautio, aut impedit non potuit eisdem  
productio, vel cito, vellenta est expectanda  
patienter ipsius Catarractæ induratio, Matu-  
ratio dicta.

17. Vbi ad maturitatem ac requisitam so-  
liditatem pervenit, acu argentea rotunda  
perforandus est in parte exteriore oculus, at-  
que eisdem ope sensim ab uvea liberanda,  
catarracta, deorsumque depellenda, donec  
cum lumen, tum objecta externa dignosci  
possint ab ægro. Tum mixtura ab ovi al-  
bumine atque alumine simul inter eo vase  
tritis parata & cannabe excepta devinci-  
endus est oculus, & per aliquot dies  
in dorso decumbens æger quietus est  
conservandus, quo subsidens catarracta

C. 5. non

non elevetur denuo, ac visum iterum obfuscet.

18. Ad hujus affectus prodromum revereari potest scotoma, & visus obtenebratio, quando si confessim occæcati videntur homines, præeunte nonnunquam nubeculae aucti fumi oculis observantis specie, quo male sibi redire solet, suffusio sublequi solet.

19. Hujus scotomatis causas generationis modum atque curationem ex superioribus quivis elicere potest.

20. Alterius autem generis affectus est senium visio dictus, in quo juvenes quod se nibus alias obvenire solet oculis vicina objiciuntur. Et a minus commodè assequantur, quam remotiora.

21. Hujus vitii causam esse puto humores oculorum ob sui exiccationem aliquantò opaciores.

22. Exiccationem illam pendere arbitror ex defectu humoris aquæ ad oculos cum sanguine delati.

23. Unde quodammodo emendari illud malum posse suspicor, fotu aquæ dulcis tepide oculis admotæ, & forsan ubi aqua in universo sanguine desideratur usurpatione alimentorum solito magis aqueorum.

24. Interim vitio illi occurri potest, perspicillis mediocriter convexis, ac valde perspicuis.

25. Vitio prædicto contrarium est Myopia quæ qui laborant propinquior perfecte, non ita remotiora vident ac discernunt.

26. Hujus causam censeo oculorum humores nimis aqueos ac pellucidos. Quapropter solet temporis tractu vitium illud in plebisque sponte quodammodo corrigi ac minari, dum sensim exiccatur a tate humores.

27. Malum hoc emendari posse autumno, usurpatis oculos siccantibus, quæ humores aquos blandè possunt consumere, sive oculorum humores blandè quadantenus exiccare.

28. Interim succurritur huic vitio & defectui perspicillis concavis.

28. Vitiosa quoque existit visio, quando ipsa objecta aliter affecta representantur, atque actu sint, sive aliter colorata, sive aliter inflexa & incurvata, rectave, sive perforata, bifidave, & hiantia, quæ solida, sive truncata, quæ integra, sive multiplicata quæ simplicia, imo variè mota & gyrata quæ quietescunt.

30. Coloris quidem naturalis objectorum mutatio videtur mihi adscribenda halitibus ad oculos delatis, & colore proprio vel ab externo lumine simul adventitio extenorum objectorum, species insufficientibus.

31. Figuram objectorum immutare, atq; quæ recta sunt ac si curva essent, ac viceversa repræsentare videntur, iidem halitus i. miam humoris aquei magis partem occupantes, quam cæteras, unde illa incurvatio, vel ficta rectitudo specierum visibilium consequatur.

32. Perforata putantur visa objecta, quoties alicui hæret in humore alicubi coagulatus & conglobatus halitus transiit speciei haec tenus denegans. Ubi bifida vel hiantia, quoties iidem halitus in longum vel deorsum versus est situs & extensus.

33. Capite aliave parte notabili truncata videntur objecta, quando in parte aquæi humoris superiori transversim aut alibi ad latus consistit concretus ac tenuis halitus.

34. Multiplicia & imprimis duplicitia geminaque putantur esse objecta eadem externa,

terna, quoties non æqualiter moventur binii oculi, quod ebriis satis familiare, & febribientibus quibusdam cum delirio ebrietati valde consimili.

35. Segnities autem illa: ad movendum oculos æqualiter adscribenda videtur spiritibus animalibus, multo vapore præseriat narcoticō infēctis & torpentibus atque tardius segniusque ad musculos oculos moventes delatos.

36. Moveri putantur, quamvis quiescentrum objecta externa visa, tum pavimentum ac sedile, cui insidet æger, tum ipse ob spiritus animalcs plus minus commotus, ac confuse & vertiginose ad oculos radicibus organa propulsos.

37. Halitus qui objectorum colores immutatos repræsentant, aliam curam non videntur exigere, quamquam absolute ipsi præter naturam genitis, & ad oculos delatis debetur, quanquam jam proposuimus insuffusionis curatione.

38. Idem omnino dicendum de iisdem halitibus, objectorum figuram variantibus, eadem bifida perforata, vel truncata repræsentantibus.

39. Spi-

39. Spiritus animales per ebrietatem aliamve in febribus accidentem temulentide. liri speciem objecta geminantes restituuntur in integrum cestante sponte ebrietate vel temulentia morbos, eademq; arte suppresfa, vel sublata.

40. In hunc finem conducunt potus, a quæ puræ vel acidularum, quin & decoctum lactucæ rosarum querubrarum tintura cum spiritu vitrioli parata, obseruavi præterea salem volatilē in eodem casu plurimum conferre, ipsumque castoreum quovis modo usurpatum, singula verò peculiari modo juvant.

41. Spiritus animales nimis agitatos & objecta externa ipsumque agitam vertigine correptare præsentantes, ad tranquillitatem reducunt anodyna, & potentius narcotica, minore quantitate, & per intervalla, usurpata.

42. Exempli loco esto sequens formula.

*X. Ag. flor. til. 3. iiij.*

*antiparalyse.*

*antepilept. an. 3j.*

*laud. opiat. gr. iiij.*

*Syr. stachad. 3 j. M.*

PRAXEOS MEDICÆ LIB. II. 615  
accipiat æger subinde hujus cochlear. j. doc-  
nec corrigatur vertigo.

### C A P. III. .

#### *De Præcipuis Auditus Lesionibus.*

  
**A** Boletur auditus in surditate, dimi-  
nuitur in gravi auditu, depravatur  
in obauditione auriumque tinnitus, sibilo &  
similibus affectibus, augetur in acutiore au-  
ditu.

2. Abolitus auditus aliquando nativus,  
aliquando fortuitus, aliquando adventi-  
tius.

3. Qui à nativitate surdi sunt, muti quo-  
que nascuntur & permanent, quoniam vo-  
ces articulares non audiunt ab illis à se edi-  
tas, nec proinde illas imitari aut emendare:  
norunt.

4. Adventitiae surditatis causa nunc in  
externa auris cavitate hæret, nunc in inti-  
ma, nunc in nervo, nunc in spiritibus ani-  
malibus, nunc in cerebro.

5. In externa auris cavitate hærens surdi-  
tatis causa, sordibus collectis induratisq; aut  
aliis rebus forinsecus obvenientibus, aures  
que obturantibus debetur.

6. In auris cavitate externa excitatum apostema, nonnunquam surditatis causa existit.

7. Tympanum quodanmodo ruptum credit causa existere surditatis, sive hoc fiat à sono vehementissimo, sive idem accidat ab intruso instrumento acuto, sive id sequatur apostema ruptum.

8. Nervi auditorii culpa fiet surditas, si exsicetur, aut non tam obstruat ipsius medulla, quam ab humore intra ipsius membranas contento comprimatur aut à quovis tumore vicino nimium coarctatur.

9. A Spiritibus animalibus turbidis aut immobilibus aliquando ad tempus surditatem excitare posse autumno, in apoplexia, caro aliisque affectibus similibus soporofacientibus.

10. A Cerebro graviter læso aut contuso vulneratione, corruptum auditum tolli posse arbitror.

11. Difficilis ac gravis auditus agnoscit plerasque causas memoratas, sed leviores ac insuper humores, tum caput universum, tum imprimis aures occupantes & catarrhi nomine notos.

12. Auctum censeo in iis auditum qui minimos sonos etiam dormientes observant, & inde expurgiscuntur.

13. Aucti auditus causam puto sensorium perfectissimum, imò quodammodo plusquam perfectum, & simul valde tenurum. Unde ad minimum cuiusvis objectum excitatur, & sicut objecta à talibus observantur accuratius, quām à plerisque aliis ita molestia sensorium afficiunt, sive minimū recedant ab exacta mediocritate: Unde somnum talium hominum experimur valde levem, ac continuò ferè interruptum, quod itidem illis existit valde molestum.

14. Depravatus datur auditus, quando aliter percipitur sonus externus ac is editus est, aut alias sonus isti admistus putatur, aut absolute aliquis sonus externus creditur audiī, quamvis nullus edatur, nisi in ipso accidente, & quidem tinnitus, sibilus, similive nomine veniens.

15. Omnis autem depravati auditus causa, est sonus præter naturam in ægri aure excitatus à vaporibus & halitibus sursum elevatis aut ibidem productis, & falsa soni exteriori specie illudentibus.

16. Surditas connata incurabilis esse solet, adventitia non raro curatur, imprimis quæ à sordibus in aute moram ne tentibus aliisve rebus forinsecus in aures deductis, originem duxit. Nam illis artificiose educatis, nonnunquam in momento restituitur auditus.

17. Sic curato apostemate restituitur aliquando auditus, aliquando remanet, ut plurimum incurabilis.

18. Surditas à rupto tympano habetur pro incurabili.

19. Auditorii nervi affectus excipiens surditas in totum curatur. Ejus autem curatio cæterorum affectuum ipsam comitantium, producentium curam sequi solet.

20. Idem statuendum de surditate spirituum animalium autem cerebrim aliam dispositionem consequente. Nam humores vitiosi in corpore universo, ac in capite præsertim existentes corrigendi sunt, & pro re nata subinde evacuandi.

21. Auditum acutiorem quæ blandè ac tuto obtundant, non novi.

22. Tinnitus sibilumq; aurium cæteraq; quæ eo spectant, curant medicamenta humores, halitus, ipsorumq; causas corrigentia,

tia, evacantia & discutientia, tum interna tum externa non semel à me proposita.

23. Omnis namque Medendi Methodus dogmatica & rationalis innititur accurata investigationi ac inventioni causarum omnium ad hunc aut illum affectum producendum connexarum. His namque artificiose ac verè compertis, haud difficile erit Medicō judicio acuto Practico pollenti, convenientia singulis causis pro re nata, vel minuendis vel reparandis vel variè alterandis tum interna tum externa præscribere auxilia. Dummodo à noxiis abstinere atque caverre & utilia usurpare velit æger, sine quo frustra in consilium vocatur Medicus in artis operibus utut verlatissimus & maximè judiciosus.

#### C A P. IV.

##### *De Olfactus Læsionibus.*

1. **N**ullo sensu externo cum minori beatæ vitae detimento carere possumus, quam olfactu.

2. Aboletur autem imminuiturve aliquando, quin & augetur & depravatur nonnunquam odoratus.

3. Abo-

3. Abolitus & diminutus easdem agnoscit causas, sed gradibus differentes, sive in sensorii ineptitudine aut gravilæfione, siue in nervi odoratorii spirituum animalium aut cerebri morbis obseruentur ipsæ.

4. Sensorii in natibus existentis affectus manifesti sunt, vel nimia humectatio vel exsiccatio, ut in gravedine accidit.

5. Nervi odoratorii, animalium spirituum & cerebri vitia ex præcedentibus capitibus sumi possunt, ne sapius eandem recinamus cantilenam.

6. Aucti odoratus causa est sensorium solito tenerius, atque à quovis odore potenterius affectum.

7. Depravatur odoratus à fœtore in corpore existente, atque odoribus externis admissis se admisceente illosque insidente, & vitante, & forsitan aliquando à quibusdam halitibus ad certos deum odores externos admissos, & tum cæteros aliunde accidentes inficientibus.

8. Odores autem sive halitus odoratos ex rebus nullum aliquando ex se ac per se odorem spirantibus, sed simul tamen junctis

& tis excitare testantur saltartari, & sicca, & in aqua soluta & confusa, elevato mox sale urinæ volatili in sale armeniaco latente, & tum inodoro, ad tartarini vel salis concursum mox erumpente atque exhalante & olfactum potentissime inovente.

9. Tale quid autem in corpore nostro accidere posse, atque nunc ab odoratis, nunc ab inodoratis aut per nares cum aëre attractis, aut ore præsertim assumtis, deglutitis & ad intestina mox pergentibus ac ibidem effervescentiam vitiosam ac molestam excitantibus, halitusque fœtentibus aut quovis modo odoratos per œsophagum sursum propelli extenosque odore infici quid vetat? cum observemus quotidianè ab assumtis dulcibus vel acidis suffocationem dictam produci, & quidem ab halitibus in tenui intestino vitiōse genitis, ac sursum elevatis, idque non raro cum acri ac gravi odore externe erumpente.

10. Fœtor sponte ac continuo ad nares è corpore ægri delatus parti alicui, in naribus, faucibus, ore, pulmone, vel alibi

622 FR. DE LE BOE, SYLVII  
alibi corruptæ aut putrescenti putrefactæ  
debetur.

11. Curabitur olfactus abolitus aut di-  
minutus huicetando paulatim in nares sic-  
ciores, tum per externa, tum per interna  
medicamenta.

12. Curabitur idem cum gravedine con-  
junctus exiccando humiditatem superfluam  
nares occupantem, evacuandoque per nares  
hinc & os serum in corpore abundans. Co-  
piosius saltem in cerebti glandulis secretum  
& imprimis restituendo dispositionem vi-  
tiosam in glandulis cerebri a frigore exter-  
no introductum, per suffumigia ut & mafli-  
che, carabe, thure, benzoin, Styrace & si-  
milibus parata, & tum naribus excepta, tum  
linteaminibus simul calefactis, capiti ac cer-  
vici affricata.

13. Depravatus olfactus curabitur emen-  
dando materiam in corpore halitus fœtidos  
ad nares propellentes aut impediendo co-  
hibendoque effervescentiam vitiosam, simi-  
les halitus promoventem, denique curando  
partium variarum putredine affectarum  
morbos varios. De quibus agitur alibi.

CAP. V.

*De Gustus Lesionibus.*

1. Uemadmodum cæteri sensus ex-  
terni ita & gustus aliquando abole-  
tur vel diminuitur, aliquando augetur, ac  
sæpe numero depravatur.

2. Aboletur plus minusve depravatur gu-  
stus tum sensorii, linguae puta vel palati, vitio  
rum salivæ, tum spirituum animalium, Ner-  
vorum, cerebri que culpa.

3. Lingua non raro in variis morbis, ar-  
dentibus præsertim febribus, arida fit, &  
omnis gustus expers.

4. Si non aboleatur, plurimum saltem  
minuitur, quandoque gustus à pituita visci-  
da linguam & palatum obducente aut ab  
ipsa saliva solito viscidiori & inertiori.

5. Exicata lingua in febribus ardenti-  
bus ab halitibus à pulmone imprimis cum  
expirato aëre emanantibus, & una cum  
faucibus linguam & palatum male afficien-  
tibus.

6. Ab iisdem halitibus saliva viscidior  
reddi solet, quin & pituita fauces & pala-  
tum

tum naturali deposita tenacitatem acquirit, ac lentorem, quibus obducta lingua inertior fit ad dignoscendos rerum sapores.

7. Salivæ vitio enim diminuitur vel aboletur gustus, quatenus desideratur ad gustus perfectionem. Hæc igitur non tam quatenus linguam male afficit male affecta, sed insuper quatenus inepta est eliciendi et resolvendi mistorum saporem in se continentibus.

8. Quod præcedenti capite de odore latente dictum per inodora elicendo & confirmatum exemplo sale armeniaco & sale tartari unitorum, nunc quoque dicendum de sapore nonnunquam elicendo ex rebus pene insipidis, & quidem foliæ ut insipide, ope.

9. Desideratur autem saliva insipida quidem attamen fluida & spumosa, non item viscida & tenax, quæ partes mixtorum sapidas dissolvere, quinimo nonnunquam forsan vel latentes sapores eluere, vel plane novas producere queat. Cui usi inservit ante emnia subtilis & ad dulcedinem usque contemperatus spiritus acidus in ipsa latitans.

10. Hic acidus spiritus obtunditur imprimis à partibus oleosis, à quibus tum suam nanciscitur visciditatem, quo circa ineptior deprehenditur semper ad gustum salivatenax & viscosa.

11. Quæ jam in superioribus de spirituum animalium, nervorum ac cerebri vitiis proposui, huc quoque quadrant.

12. Augetur gustus tum ob sensorii constitutionem valde tenerem, linguamque delicatam, tum ob salivæ temperiem exquisitam.

13. Molestus verò esse solet gustus, quoniam non nisi gratissima & exquisitè sapida tum placere solent, qualia cum si non impossibile, valde saltē difficile sit, semper & ubique habere. Miserrimum censeo eorum statum, qui non nisi cum molestia gustare, atque usurpare possint alimenta vel medicamenta, qui vel latum unguem recedunt à delicatissimo sapore.

14. Depravatur gustus quoties alieno sapore prædicta censentur objecta externa ore assumpta.

15. Quamvis ob linguam aridorem, aut muco obductam, non semper dignosci possit verus rerum gustandarum sapor, non idcirco

circo tamen adscribitur ipsis falsus sapor, sed potius nullus, aut minor. Unde pro depravati gustus causa haberi hoc nequit.

16. Veræ autem depravati gustus causæ à salivæ aliorumve humorum vel halituūm ad os delatorum viriis sunt deducenda. Qualis enim in saliva, cæterisque ore communicatis humoribus halitibusve sapor continebitur, talis in totum, aut ex parte assumptis inesse judicabitur.

17. Si salsa vel acidâ existente saliva, serum assumptarum sapor, plus minus falsus, aut acidus esse putabitur.

18. Humores alii ad os delati sunt bilis aut succus pancreaticus, vel pituita, vel mixtura diversa ex hisce promanans, vel aliud quid ab intestino tenui per ventriculum adscendens, vel pituita multiplex a cerebro ejusque glandulis descendens, vel humor multifarius ex pulmonibus prodiens.

19. Præter humores naturales in nominatis partibus observabiles, ac subinde præter naturam vitiatos & ad os delatos, occurrit quandoque ex variis partibus prodiens san-

sanguis, pus, sanies, aliquidve aliud his simile vel affine.

20. Halitus imprimis ab intestino tenui de ventriculo per œsophagum, quandoque ex pulmonibus per asperam arteriam, vel ex ipsis faucibus aut naribus male affectis pendet.

21. Salivam subinde tam acidam generari, & in os effundi, ut dentes inde stupent, experientia quotidiana testatur, ab eadem tali existente assumptorum saporem immutari ac depravari nemo sanamentis negabit, quod insuper constat experientia.

22. Eandem salivam non infrequenter saliam observamus, & itidem rerum saporis sua falsoe inficiēt ac depravant.

23. Acida existit saliva, quoties vel plus acidi purioris ac cæteris destituti separatur à sanguine in glandulis salivaribus, vel minus spiritus volatilis per nervos accedit ad ipsum temperandum.

24. Salsa vero existit eadem saliva, quoties sanguinis serum non tantum existit salsum, sed itidem copiosius

secedit à reliquo sanguine ad salivam generandam, prætermisso aut parciùs accedenti bus reliquis aliàs requisitis.

25. Bilis ad os delata, & salivam ipsam vel alimenta, cæterave omnia assumpta immediate afficiens amaritudine suâ, id præstat, ut omnia amara gustui repræsentet.

26. Pancreaticus succus aciditate suâ tum excedente idem efficit, rariùs falsedine.

27. Pituita cùm ex se sit insipida, nisi à succo pancreatico admixto reddatur acida vel falsa, vix unquam assumptorum saporem depravabit.

28. Humores autem ex bile & succo pancreatico vitiatis geniti, ut plurimum saporem vitriolatum, aut alium similem rariùs valde dulcem obtinent, ac assumptis imprimunt, sicque gustum depravatum redidunt.

29. Pituita à cerebro ejusque glandulis descendens, ac gustum depravans vel acida, vel falsa deprehenditur.

30. Rariùs aliquando tamen dulcedo naufoса, quemadmodum ab infernis partibus assurgit, ita à supernis delabitur, & tum salivam, tum cætera assumpta inficit, ac gustum depravat.

31. Quid-

31. Quidnam dulcedinem illam summam & nauseosam saturni saccharum, si non excedentem assequenter imprimis producat, me nondum capere ultrò fateor, nam sola aciditatem temperantia non sufficere, sum persuasus.

32. Pituita multifaria ad pulmones delata & morâ longiore aut breviore ibi factâ, plus minusve immutata, dum interim ad os propellittir, & salivæ & assumptorum quorumvis saporem corrumpere, ac gustum quodammodo depravare potest.

33. Sanguis undecunque ad os delatus saporem subdulcem præ se fert, atque hæc sensus aliorum saporem pervertere, sic gustum depravare poterit.

34. Puris laudabilis sapor forsitan nullus est notabilis, ab illo tamen assumptorum saporem immutari posse, puto, & imprimis ab eodem minus laudabili & in faniem acerorem degenerante, unde gustus sequetur depravatio.

35. Halitus tum è ventriculo, tum imprimis per ipsum os è tenui intestino solent ructuum nomine multifariè assurgere, tum nidorosi, tum alii & salivæ atque assumptorum quorumvis saporem naturalem non

Dd 3

parum.

parum alterare, sive gustum ipsum depravare.

36. Ex pulmonibus & aspera ipsorum arteria, ulcere in phthisi laborantibus halitus graveolentes & gustum simul male afficienes, atque depravantes, clarum est attolli.

37. Ex faucibus itidem ulcere sordido quod in lue venerea admodum est familiare laborantibus fœtentibus, atque salivam quoque & assumptam inficientes, halitus prodire notum.

38. Denique ex naribus tum secundum partes subcarneas, vel potius glandulosas ulcere, tum secundum osscas, vel cartilagineas carie laborantibus halitus noxios una cum aere inspirato ad fauces tendere, vel liquoris formam sensim per palatum ad os aliquid descendere, atque salivam hinc & assumptam inquinari posse, nemo negabit, qui vel mediocriter in praxi fuit versatus.

39. Abolitus diminutusque gustus curatur causarum diversitate diversimodè, quando namque à lingua ariditate ortum habet, tum & humectantibus & lenientibus opus est aqua pura succo aceroso semper vino maj. & similibus vel destillatis vel decoctis & lingua impositis, aut gargarisatis, dummodò

modò simul effectus primarii ardentis febris & similium habeatur ratio exacta.

40. Quod si ab iisdem halitibus in ardentiis febribus aliisve pulmonum vel intestini tenuis ventriculive affectibus ad os delatatis, pituita quoque capitum & saliva inspissetur & viscidior fiat, iisdemque tanquam mucō obducatur, & ad gustum ineptior fiat lingua, acidis incidentibus & humectantibus utendum, quæ non tam in ore contenta diectorum humorum vitia corrigant, sed insuper intro sumpta pituitam ubiennque in corpore hærentem attenuent, dissolvant, & ad securam fortè expurgationem faciliori præparent.

41. Quod si saliva universa producatur viscidior, & hactenus plus minus oblitteretur ipse gustus, cum uti dixi, à partibus oleolis pendeat, illa visciditas emendanda erit acidis incidentibus; sed cum volatili spiritu contemperatis & in specie spiritu salis dulci, cum aromaticâ aqua fœnicul. & simili diluto, & subinde parva quantitate sumpto. Nam omnis alteratio laudabilis sensum perficienda, non confertim & subito, adeò ut quæ prodeesse solent, si minore quantitate, at sibi assumentur, nocere

obseruentur, si eādem quantitate simul exhibeantur, tantūm interest ipsum modum servare in rebus omnibus.

42. An quemadmodum modō diximus, diminutum gustum restitui nonnunquam assumptive acidorum, sed contemperatorum, sic item auctus obtundi queat quodammodo, usurpatione alimentorum sanguinorum, ignoro, quippe qui hoc nondum tentavi, potest tamen id, me judice circumspetē & sine periculo tentari, nam haud improbabile mihi videtur à pinguibus non tam salivam reddi posse aliquantō viscidiorē, & insuper ab iisdem obrundī posse linguæ sensum nimis exquisitum, ideoque molestiæ magis subjectum.

43. Ad depravati gustus species varias ritè curandas, plurima pro causarum diversitate, occurunt agenda. Nam 1. saliva acidior si à nimio acidorum & quidem paritorum usu vel abusu potius habeat ortum, is mutantus non quantum licet abstinentum ab acidis, non contemperatis saltem. Nam ne quis fallatur, longè potentius agunt pura, licet diversa & contraria, quam eadem inter se mista.

44. Non tantūm abstinentum ab acidis,  
sed

sed usurpandum præterea, quæ aciditatem vitiosam temperent, & sensim, & paulatim, non confestim copiâe magnâ simul sumpta, ut de alterantibus omnibus jam dictum.

45. Temperant verò acida & spiritus volatile, & oleum, & sallixivum, volatile imprimis & oleosum, quorum vires nemo facile agnoscat, nisi expertus.

46. Usurpanda imprimis, quæ spiritu volatile abundant, vinum puta generosum, & inter magis medicamentosa spiritus vini aromaticus quilibet, cum aliis tamen aromaticis aquis & convenientibus syrupis mixtis. Ex.gr.

2. Aq majoran. vel fœnic. 3ij.  
vit. Matth. vel antapoplect. vel anti-paralyt. 3fl.  
syr. stæch. 3j. M.

47. Talia autem spiritu volatile prædicta per vices ac minori quantitate assumenta sunt, quæ sensim quoque emendent vitia interna.

48. Ubi falsa existit saliva (tunc enim serum quoque falsum existere non dubito) propter jam memorata acidæ salivæ concentria addenda insuper quæ in specie salis.

Dd 5 humo-

humoribus prodesse nos docuit experientia, pilulae de cynoglossa vel styrace dictæ, gumm. tragacanth. mastiche, thus mascul. & familia plura, quæ itidem parvâ sunt exhibenda quantitate, ac sèpiùs qui sensim emendent & corrigant, tum humores jam peccantes, tum humores producendos & itidem aliàs peccaturos.

49. Quòd si redundet simul serum salsum in sanguine, imminuendum id erit per hydrogoga, dicta medicamenta sèpiùs memorata, subinde & quidem mediocri quantitate exhibenda.

50. Bilis potentiùs ad os elevatur, ob sui volatilitatem, auctam à coprofiore spiritu<sup>19</sup> volatili, ipsi admixto pendente, quapropter abstinentium tunc à vino valde generoso ac spirituoso, & imprimis ab omni vini spiritu, tam simplici, quam generoso, aromatico, quin tunc utile erit usurpare vinum minus potens, atque ad mediocrem aciditatem vergere Mosellanum & Rhenanum.

51. Ejusdem bilis excellens amaritudo temperabitur medicamentis aciditate præditis, quorum ope sal ejus volatile magis exprimetur, & paulatim emendabitur. Taliæ sunt spiritus acidi omnes, quamvis cæteris

teris præferam illum, qui ex alumine paratur, & tum blandior existit, cùm aliquid austeritatis habet.

52. Quòd si non tantùm volatilitate, sed insuper copiâ peccaverit, bilis educenda est, & in assuetis quidem aut nauscabundis vel vomiturientibus per emetica ex antimonia præsertim parata, & non semel à me jam proposita, cholagoga, vel & bitem deorsum expellentia, rhabarb. thamaind. & similia. In iis, qui difficulter vomunt, aut non nisi cum periculo vitæ, aut affectus gravioris vomitionem ferre possunt, quid imprimis cavere volunt, in plerisque pectoris morbis. Quamvis præter multorum opinionem nonnulli phthisi, aut plerique asthmate laborantes, non tantum non malè, quin benè habeant à vomitorii, quod per experientiam edoctus essevero.

53. Succus pancreaticus aciditate volatili peccans curabitur, ac præsertim sale volatili oleoso, nam propter communem volatilitatem facilius sibi adunabuntur, à sale autem lixivo infringetur nimia aciditas, quæ ab oleo similiter obtunditur. Conducunt autem in hoc & similibus

casibus omnibus à succo pancreatico pendentibus acidiori, aromatica omnia quovis modo ægris acceptiora usurpata.

54. Idem succus si copiosior deprehenditur, ad intestina deferri, post sufficientem ipsius acrimonie contumerationem præmissam diminuetur, per hydragoga medicamenta, de quibus agimus alibi.

55. Quod si aliqua occurant signa, ex quibus ipsum salsedine quoque laborare licet conjicere, ut si quæ sursum rucentur, aut evomuntur humores, salvi gishstrenatur, atque interim nullum signum adsit, ex quo colligere liceat, eos tales à capite in ventriculum priùs descendisse convenientia, quæ §. 44. in salsa salivæ curatione docui usupanda.

56. Idem succus salsus copiâ simil pecans curatur Hydragogis, quemadmodum de saliva dictum §. 49. & modò 54.

57. Cum pituita intestinorum tum salivæ naturam æmuletur, tum à succo pancreatico vitietur, ab horum cura illius pendebit curationis.

58. Humores mixti ex præfatis in tenui intestino confluentibus orti, prout magis vel minùs de uno participant, & ideo varii existunt

existunt curandi, methòdum variam exigunt.

59. In specie humores ut & halitus austeri omni sali volatili cedunt, & maximè illi, qui ex sale armeniaco paratur, & ejusdem spiritus nomine venit. Unde tam excellens est ipsius in dicta suffocatione uterina usus & effectus, si ad guttas tres, vel quatuor, quinque, sex, prout purior & potentior est, aut debilior & dilutior exhibeat. Sæpius ex cochleariæ vini, cerevisiæ, aut alicujus mixtræ eidem malo appropriatæ.

60. Dulcedinem humorum nauseosam corripiunt imprimis acida & subinde amara, ut & acido-salsa, sal tartari vitriolatum, elixir proprietatis, &c.

61. Pituita è cerebro ad palatum descendens acida vel salsa temperabitur ac educetur medicamentis jam propositis, & quoties sicut derivabitur quoque ad nares, per errhina & sternutatoria.

62. Pituita in pulmonibus reperta, tum alterantibus, tum expectorantibus, salsa verò & tenuis incrasiantibus corrigitur.

63. Sanguis undecunque ad os delatus & gustum depravans indicat vasis aperti consolidationem, de qua egimus alibi. Sapor

verò eluctur ex ore collutione ipsius cum vino, aceto, aqua, & similibus.

64. Puris & sanie deductio ad os affectus à quo procedunt, curationem necessariam arguunt, mox & oris mundationem modò dictam.

65. Halitus ex ventriculo & intestino renui assurgentes atque gustum vitiantes discenti debent, ac nova ipsorum productio impeditri.

66. Acidi quidem sale volatili quounque oleoso præsentim discutientur, nidorosi verò ac de bile participantes spiritu nitri, è quo flatus quoque viscidi colicumque dolorē producentes, potenter dissipantur, ac imprimis quando cum aquis aromaticis & opio perinsectur.

67. Halitus è pectore manantes corrigi possunt quodammodo per aromatica, illorum tum odorem, tum saporem ingratum, obliterantia, tum noxam emendantia, in totum autem curari non possunt, nisi sublatto affectu primario, à quo ille habet suum ortum.

68. Idem planè statuendum de halitibus molestis ex faucium nariumve ulceribus & carie originem trahentibus.

## CAP. VI.

*De tactus lesionibus.*

1. Tactus proprium objectum sentio dūritiem à rerum continuarum soliditate ac inflexibilitate pendentem, cui opposita mollities rerum continuarum flexibilitatiac extremæ discretorum exiguitate debita. Sic dura sunt lapides, metalla, ligna, arena & glacies, &c. Mollia verò lanæ, folia, pollenes, farinæ, olea, aquæ, &c.

2. Hic tactus sensus lœditur, quoties autem in totum aboletur, aut ex parte minuitur, aut quodammodo augetur, vel modis variis depravatur.

3. In totum aboletur, rarius in toto saepius, in quibusdam partibus corporis, imprimis sensorii culpa aliquando spirituum animalium nervorum ac cerebri vitio, in gravissimis puto morbis, epilepsia, apoplexia, aliisque saporosis affectibus, quibus existentibus levioribus minuitur tantum tactus, adò ut tunc potentius agentia objecta sentiant duntaxat ægri, non item mediocriter aut levius sensum afficiantia.

4. Sen-

4. Sensorium lœditur præsertim ab aqua humiditate & frigore, hinc non raro à pluvia cum frigore juncta, partes madefactæ non tantum in paralyſin, ac insuper tactus abolitionem aut diminutionem incidunt.

5. Spirituum animalium vitio aboletur, diminuiturque tactus, quoties conturbati sunt à cauſa quacunque, aut turbidi existunt, aut narcoticis usurpati, vel ab intensiſo aëris frigore affectum sit tunc ipsorum sensorium.

6. Nervorum culpa aboletur, diminuitur saltem tactus, quoties illi difſecti ſunt, compreſſique saltem, aliàs ita affecti, ut transiſtus nullus vel paucus tantum concedatur per ipſos spiritibus animalibus ad tactus sensoria.

7. Cerebri culpa aboletur diminuiturque tactus, quando ejus vitio ſufficiens spirituum animalium copia non producitur, vel ad singulos nervos non propellitur.

8. Auctus mihi videtur tactus, quando non niſi cum moleſtia aut dolore, objecta externa non tantum acuta, vel inæqualia, vel aspera, ſed & politam, & æqualem duriam habentia, quin aliquando mollif-

fima

fima objecta tangi poſſunt, aut conrectari, quod non tantum à partibus & à ſensoriis tensis, inflammatis, excoriatiſ, aut aliàs dolentibus fieri obſervetur, verū in delicatioribus quoque, ac cutim tene- riorem habentibus nonnunquam contin- git, unde vix alicuius rei tantillum aspe- † contactum ferre poſſint, quin mox de moleſta tunc ſibi ſensatione conqueran- tur.

9. Depravatus mihi censetur tactus, quo- ties aliter judicatur, quoad duritieſ affe- ctum objectum, exterum, ac revera eſt affectum, quapropter malè huc refertur à plerisque dolor, in quo plerumque ritè ju- dicat tactus de objecti duritie, acuminie, asperitate, &c. quamvis nil impedit cum depravato tactu conjungi dolorem, aut parti dolenti jam accidere, ut idecirco perperam judicet de objecti oblati duri- tie.

10. Depravatur autem tactus propter aliud internum extēnumve objectum, ta- ctum jam afficiens, aut novi objecti tactili qualitat̄ ita ſe immiſſens, ut falſum de ipſo fiat judicium, unde non mirum, si dolore affectum sensorium finistrè, ac perperam judicet

judicet omni objecto & minimè duro, ipsi tunc oblato.

11. Quemadmodum enim in sensorio teneriore atque actui idcirco acuto, id est, non solum cum molestia objecta mediocriter dura ferente duriora, asperiora, acutiora putantur objecta, ac revera sunt, ita in eodem gravius adhuc affecto ac dolente, ad objecti saltem mediocriter duri contactum dolorem patiente, de objecti duritie judicium sit, magis adhuc iniquum, dum longè durius putatur, ac fингitur esse, quām actu existit.

12. Curabitur abolitus diminutusve tactus, gravissimis affectibus soporosis, ut & apoplexiæ, epilepsiæ junctus, illis curatis.

13. Curabitur idem à pluvia cum frigore copulata ortus, consumendo humiditatem illam uni pluribusve partibus impactam per sudorifera tum interna, tum externa non neglectis linimentis, & quandoque emplastris idem efficientibus, atque naturalem partibus temperiem restituentibus.

14. Sudorifera internè sumpta sunt aromaticæ, carduus bened. centaur. min. scord. fœnic. enul. camp. lign. guajac. sassafr. junip.

\* &c.

&c. ex quibus & decocta parari possunt, & electuaria, & pulveres, aliaque. Huc pertinent aquæ theriacales dictæ, ac similia.

15. Inter externa sudorifera sunt balnea aquæ dulcis, stuphæ sicca, aut cum spiritu vini aliove liquore convenienter paratæ.

16. Illiniri possunt parti affectæ non tantum oleosa & unguenta aromatica, sed & spiritus vini, tum simplex, tum aromaticus, aqua puta theriacalis, antiparalytica, & antapoplectica, &c.

17. Curabitur idem tactus ob spiritus animales potentius, conturbatos, agitatosque, abolitus diminutus saltem, pacando eosdem, atque ad quietem, tranquillitatemque reducendo, tum per discursus acceptos, ac interdum per Musicam ex arte institutam, tum per anodyma, quandoque narcotica medicamenta, tum interna, tum externa sæpius proposita.

18. Idem affectus ob eosdem spiritus torpidiores curabitur, tam externis naribus admotis spiritu salis armeniaci castoreo, &c. ut & frictionibus, ligaturis motu corporis coacto, &c. quām internis acrioribus, imprimis eodem spiritu salis, ex spiritu vini aromatico exhibitis.

19. Dis-

19. Dissecti nervi curari nequeunt, ut nec  
inde abolitus tactus.

20. Compressi nervi restituuntur, cum  
laeso inde tactu, sublatâ compressionis cau-  
sâ quacunque.

21. Cerebri vitium spirituum animalium  
generationi aut motui efficiens tollendum,  
quo vel generentur, vel moveantur suffi-  
cienter ad tactus organa spiritus.

22. Auctus ob sensorii teneritudinem ta-  
ctus non nisi sensim laboribus sensorium  
ipsum callositate quodammodo obducen-  
do, aut cuivis objecto non nimis aspero  
assuefaciendo emendabitur, aut obdurabi-  
tur.

23. Auctus autem ob præternaturalem  
sensorii dolentis constitutionem tactus cu-  
rabitur, sublato dicto affectu & doloris  
causâ, quæ, prout varia esse potest at solet,  
ita modis variis curari debet.

24. Depravatus tactus curabitur remoto  
vel ipso objecto, interno, externo, senso-  
rium occupante, vel molestia ab ipso in sen-  
sorium introducta, quæ cum varia esse pos-  
sint, pro singulorum diversitate curatio in-  
stituenda erit diversimodè.

CAP.

## C A P. VII.

*De sensu caloris lesionibus.*

1. **C**oloris sensum illum voco ejus pro-  
prium objectum est calor, hujusque  
oppositum frigus.

2. Illum etiam laedi contingit, quando vel  
aboleatur, diminuitur saltem, vel augetur, vel  
depravatur.

3. Aboleatur, quando nec calor, nec fri-  
gus etiam tunc sentitur, quod in gravi epi-  
lepsia, & in quibusdam gravioris saporis  
speciebus accidere docet experientia.

4. Hujus abolitionis causam vix in sen-  
sorio, nisi gangrenâ vel spacelo affecto,  
idem de mortuo puto quærendum vel in-  
veniendum.

5. Sepius judico in nervo discisso, vel alias  
ita graviter affecto, ut spiritus ad partem af-  
fectam deferri nequeant, hujus aboliti sen-  
sus causam existere.

6. Non infreenter ab ipsis animalibus  
spiritibus, ita conturbatis & torpentinibus,  
ut itidem ad sensoria non deferantur, abole-  
ri hinc caloris sensum sentio, & imprimis in  
gravissima epilepsia, & caro forsitan extremè  
urgente & ideo lethali.

7. Ex

7. Ex ipsius cerebri conquassione , alia-  
ve gravi laſione ſenſum quoque caloris  
quodammodo aboleri poſſe , evincit expe-  
riencia.

8. Ab iisdem cauſis ſed levioribus di-  
muniſolet idem caloris ſenſus.

9. Augetur idem caloris ſenſus , quoties  
tenerius exiſtit caloris ſenſorium , adeo ut  
ad minimum calorem aut frigus exterñum  
ægrè habeant tales , quod non infrequeſns.

10. Puto tamen in nonnullis concurrete  
humores ad exterñum calorem aut frigus  
aliquantò immoderatiū agitatoſ , atque  
eandem nunc caloris , nunc frigoris ſenſum  
augenteſ.

11. Depravatur idem nunc caloris , nunc  
frigoris ſenſus , & quidem frequentiſſime  
in febribus , hunc imprimis ſenſum mole-  
ſtantibus à calore & frigore , in corpore  
ipſo excitato , & ſenſorium ita affiſſente , ut  
pravum de extero calore aut frigore inſti-  
tuatur plerumque judicium , dummodo cal-  
ida , tepida ſaltem putanteſ , quaे actu ſunt  
frigida , aut vice versa frigida , quaे actu ſunt  
calida , vel tepida .

12. Hujus præternaturalis caloris aut fri-  
goris

goris in corpore concitatî cauſas videre eſt  
in tractatu de febribus .

13. Abolitus caloris ſenſus propter ſen-  
ſoriū corruptionem & gangrenā non cu-  
ratur niſi ſublatā ejus cauſā , in quantum  
proinde ipſa corruptio partis & gangrenæ  
curari potest , in tantum caloris ſenſus abo-  
litus reſtitui poterit , de qua re agendum in  
chirurgia .

14. Abolitum eundem ſenſum & nervum  
diſiectum arbitror incurabilem , quamvis  
raſō aut nunquam forſan unus duntaxat  
nervus deferatur ad eandem caloris partem  
ſenſum ipſi laſgiturus . Undeſlīcēt unus vel  
alter abſcindatur nervus , & haſtenus qui-  
dem abolitus permaneat in ſenſorio calo-  
ris ſenſus , ob cæteros tamen nervos ſuper-  
ficies , & aliquando reſectis connexos ,  
aliquis quoque in ipſo permanet ac con-  
ſervatur ſenſus , ſed diminutus aut stu-  
pidior .

14. Abolitum , aut ob aliam nervi curabi-  
lem affectionem , caloris ſenſum reſtitui  
censco , quando reſtituitur in integrum ner-  
vus , ſive compressus fuerit , ſive alijs ita af-  
fectus , ut ſpiritibus animalibus transitum de-  
neget .

16. Ob conturbatos perperamque agitato-  
tos in gravi epilepsia spiritus animales, abo-  
litus caloris sensus sensim restituitur, ces-  
sante paroxysmo, quod itidem de caro cen-  
fendum, si inquam, in ipso abolitus depre-  
hendatur caloris sensus.

17. Idem omnino dicendum de gravi ce-  
rebri conquassatione, aut l<sup>e</sup>sione, aboli-  
tum caloris sensum comitem habente, illa  
namque curata, quodammodo saltem dimi-  
nuta, sensim redire observatur idem sen-  
sus.

18. Quemadmodum ab iisdem sed le-  
vioribus causis diminui solet caloris sen-  
sus, ita citius ac faciliter tunc restitu-  
tur.

19. Vix autem caloris sensum auctum, ad  
mediocritatem redigi posse puto, nisi longa  
consuetudine, quâ videmus quotidie homi-  
nes assuescere objectis etiam per se cuivis  
molestis.

20. Quod si ab objectis externis, calorem  
aut frigus ex commotis in corpore humo-  
ribus produci observemus, opus erit me-  
dicamentis uti, quæ illum præternatura-  
lem, noxiunque humorum motum com-  
pescant, obortum saltem ab ipsis calorem  
& fri-

& frigus corrigan<sup>t</sup>, de quibus in febribus  
agitur & alibi.

21. Depravati caloris sensus cùm à labo-  
re, calore, aut frigore febri<sup>l</sup> ut plurimum  
pendeat, illo ex arte correcto, & sublat<sup>o</sup>,  
sponte ad pristinam integratam reverta-  
tur.

### C A P. VIII.

*De somni & vigiliarum l<sup>e</sup>sionibus.*

**N**ON sensuum internorum, non ani-  
malis motus, sed sensuum externo-  
rum affectionem somnum & vigilias esse,  
inde patere putamus, quod illi permancant;  
permanere autem possunt durante somno,  
non item sensus externi, quibus operanti-  
bus ac ad opus paratis vigilia præsto ost,  
adeo ut durante vigiliâ operentur sensus  
externi, ferientur verò durante somno.

2. Quoniam verò multi spiritus anima-  
les consumuntur sensuum externorum  
operatione attentâ & diu continuatâ, il-  
ludque damnum non parùm debilitare so-  
let homines, idcirco ferias concessit iisdem  
Deus somnum, quo tunc iterum ac-  
cumulari queant novi spiritus, novo sen-

Ee suum

suum exercitio , ubi vigilant, servituri.

3. Somnus autem ad virium recuperationem homini concessius , variis modis peccare solet, dum 1. nullus obvenit in vigiliis perpetuis , 2. brevior existit aut levior, 3. longior, ac gravior, ac profundior contingit , 4. cum insomniis conjunctus est, iisque aut gratis, aut ingratias, ac molestis.

4. Perpetuò vigiliae urgere solent in variis affectibus , ac præsertim in doloribus atrocissimis, febribusque quibusdam, & in magnis animi solicitudinibus, & curis annuis , & quandoque in nimia corporis defatigatione, & inquiete, quæ omnia istarum vigiliarum causæ solent existere.

5. Somnus brevior fit ob easdem causas, sed leviores.

6. Somnus levior ab iisdem causis pendere potest, atque extra morbos, à sensu in exterorum uno vel pluribus, propter sensorii teneritudinem auctus, unde à nimio objecto excitantur in somno sensus.

7. Somnus longior in statu naturali consequi solet, tum animum curis va-

cuim,

cuum , tum corporis exercitio blando & moderato, mediocriter defatigatum , tum alimenta somnum promoventia , copiosius assumpta, tum consuetudinem, &c. in statu præternaturali verò humores pituitosos, in corpore auctos , & caput petentes, quandoque alimenta vi narcoticâ prædicta, copiosius usurpata, vinum præsertim & alios potus inebriantes.

8. Somnus profundior pro causa agnoscit vim narcoticam , vel in corpore ex humoribus vitiatis excitatam , vel forinsecus advenientem , ac intrò assumptam, aut externe admotam.

9. Insomnia utplutimum consequuntur mentem cogitationum gratarum , vel ingratarum vexationum plenam, aliquando corporis valetudinem adversam, dum excitatis in somno profundiore doloribus, vel angustiis ipsa angitur , inde anima, quæ in somno nihilominus perseverans, miras & deliras ferè conclusiones inde elicit, quod si cogitationes nunc gratæ, nunc ingratæ , ægrum hominem insuper corripiant , somnia quoque orientur inde multifaria.

10. Singulas somni profundioris aut depravati species h̄ic enarrare longius foret, quare sufficit & in præsentiarum summa illius capita attigisse, & curationis fontes aperuisse, unde reliqua patebunt facile.

11. Curabuntur autem vigiliae nimia, sublatis delinitis saltē doloribus, curatis febribus, remotis animi curis, quiete corpori concessâ, & usurpati in eundem finem anodymis, & quandoque narcoticis, de quibus omnibus alibi actum.

12. Somni levioris ac brevioris eura ex modò dictis patebit.

13. Somnus longior & protractus minuetur, ac curam dementem, utilibus ac seriis negotiis exercendo corpus, aliquanto magis usurpando alimenta somno promovendo minus apta, assuefaciendo pigrum hominem surrectioni maturiori, corrigendo, evacuandoque humores puitosos vitando, minuendo saltē potus inebriantes, ac somnum augentes.

14. Somnus profundior curabitur corrigendo in corpore humores narcosin parentes, tām per acida, quām per aromatīca, tum per seorsim, tum aliquando simul usur-

usurpata, vitando externam narcotico-rum adplicationem, atque imprimis ipsorum assumptionem, corrigendo insuper per præfata ipsorum usurpatorum notam.

15. Sani hominis dediti moderentur cogitationes intentas rerum quarumvis, ac minuent imprimis somnum.

16. Valetudinarii præter jam dicta usurpent medicamenta, humores in corpore noxios emendantia & edacentia.

### C A P. IX.

#### *De imaginationis lesionibus.*

1. Cum imaginationis munus sit, primas & secundas servare notiones, illa sunt rerum sensilium secundūm qualitates sensiles, tum proprias, tum communes externis sensibus exceptarum simula-cra, h̄e verò aliæ ex iis, (in quibus aut convenire, aut differre comperiuntur plures, primæ inter se collatæ notio-nes) per mentis operationem produc-tæ.

2. Ubi notandum, convenientia, notio-nes secundas primis proximas, specie in-

sumæ, remotissimas; generis summi, intermedias: Inferiorum respectu generis, superiorum speciei, sed fabalernæ nomine vulgo venire: Discrepancia aut notiones itidem secundas primis proximas differentia individualis remotiores, differentia specificæ aut genericæ. Nomenclaturæ, insignivi, quemadmodum ipsa objecta, eorundemque notiones primæ individua vocantur, ut & hæc ipsa singularia notiones secundæ communes omnes universalia dicuntur.

3. Læditur autem secundum primas notiones imaginatio, quando vel aliquid omittitur, vel præteritur, quod in rebus ipsis consistit, vel aliquid ipsis affligitur, quod in rebus ipsis non occurrit, & quidem ratione qualitatum sensilium propriarum vel communium.

4. Præteritur aliqua circumstantia in rebus ipsis existens, quando illæ non examinantur ex omni parte, aut non accuratè, aut non distinctè, aut ex parte duntaxat, vel perfunctoriè, vel confuse.

5. Ex parte duntaxat examinari possunt sensibus externis objecta, extra hominis arbitrio.

arbitrium, quoad ipsum sensum posita. Unde undique ab eo considerari nequeunt.

6. Perfunctoriè ac minus accuratè considerantur ac examinantur objecta remota, nimirumve agitata, aut subtiliora.

7. Confusè aut minus distinctè considerantur objecta, tum valde agitata, tum partem multis intricatas habentia, minusve, ubi hoc requiritur, illustrata.

8. Aliquid affingitur notionibus primis, quod rebus ipsis absuit, quando aliquid ex præjudiciis ipsis attribuitur præter aut ultra sensus externi, quæ tamen soli menti innovescunt, testimonia.

9. Læditur secundum secundas notiones imaginatio necessariò, quoties vitiosæ sunt notiones primæ. Ut & quoties non exactè conferuntur aut expenduntur, quæ parte in se convenient, aut eædem notiones primæ. Unde minus accuratas, & ipsis rebus convenientes fingi oportet notiones secundas.

10. Cùm imaginatio sive notionum tum primarum, tum secundarum formatio sit purum putum atimæ vel mentis, nullo autem modo ipsius corporis opus, mirum videri debet nulli, si ejus vitia non carentur.

656 FR. DE LE BOE, SYLVII  
corporeis, sed intelle<sup>c</sup>tualibus, & à ratione  
sana petitis auxiliis.

11. Corrigetur proinde & prævenietur  
primum imaginationis circa primas notio-  
nes vitium, in unius pluriumve circum-  
stantiarum rebus ipsis præsertim omissione  
instituendi exactam omnium qualita-  
tum sensilium, & propriarum, & commun-  
ium observationem, mox & consideran-  
dum idem objectum, quantum licet ex  
omni parte, denique expendendo omnes  
ac singulas ipsius partes, partiumque parti-  
culas, & in singulis omnes singulae que  
qualitatum propriarum & communium diver-  
sitates. 19

12. Corrigetur secundum imaginationis  
circa primas notiones vitium, in unius plu-  
riumve qualitatum sensilium, propriarum,  
vel communium, in rebus ipsis non obser-  
vatarum, figmento, vel falsa attributione,  
nil concedendo, aut tribuendo rei, quod re-  
vera sensu externo in ipsa non fuit depre-  
hensum.

13. Corrigetur primum imaginationis  
circa secundas notiones vitium, exprima-  
rum notionum vitio pendens, illud ipsum,  
ut jam dictum, corrigendo ac emendando.

14. Cor-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. II. 657

14. Corrigetur secundum imaginationis  
circa secundas notiones vitium, eâ minus  
exactâ qualitatum singularum sensilium,  
tum propriarum, tum communium cum  
similibus collatione ac expensione ortum,  
instituendo exactam ac accuratam singula-  
rum qualitatum propriarum prædictarum  
in variis objectis observatarum, cum suis si-  
milibus comparatione mox convenientiae  
ac discrepantiae æquum judicium.

15. Quod suprà dicta omnia fiant clariora,  
libet qualitates sensiles, tum proprias, tum  
communes, secundum sua capita enarrare.

15 Visu enim proprii sunt colores una cum  
luce, sive lumine, ac pelluciditate, ipsisque  
oppositis tenebris ac opacitate. Auditui  
verò soni, olfactui odores, gustui sapores,  
tactui dureties & mollities, caloris sensu  
calor & frigus multiplex.

16. Pluribus sensibus communes quali-  
tates sensiles sunt. 1. Numerus. 2. Conti-  
nuitas vel distantia. 3. Locus, seu situs. 4.  
Motus & quies. 5. Tempus aut existentiae,  
mutationumque durationem determinans.  
6. Magnitudo, seu moles. 7. Continuitas,  
seu connexio. 8. Consistentia, ac fluiditas.

Ec 5 9.Ri-

9. Rigiditas & Flexilitas. 10. Soliditas ac Cavernositas. 11. Figura multifaria. 12. Liquiditas & Glutinositas. 13. Flatulentia à quo vapore fumi, &c. referendi.

## C A P. X.

*De ingenii & rationis lesionibus.*

1. **M**ens humana in rerum externis sensibus præceptarum obseruatione, hinc & notionum primarum & secundarum formatione non acquiescit, quin mox & convenientiæ, & diversitatis, secundum qualitates sensiles, tam proprias, quam communes in ipsis notatarum, causas & rationes cognoscere satagit, quod ingenii sui viribus, hoc est, ratiocinatione sive discursu elicere conatur.

2. Nam ubi anima considerat 1. numerum, seu multitudinem objectorum sensuum, atque insuper plurium molem insignem, sive magnitudinem, mox inde materia tam multa, & non raro tam magna, ab invicem distincta, objecta constituentis copiam notabilem arguit.

3. Ubi

3. Ubivero secundò diversitatem notabilem in iisdem objectis tam multis considerat eadem anima, & quidem non tam in magnitudine, at insuper in figura indies mutari, aliisque qualitatibus sensibilibus propriis, colore, odore, &c. concludit mox eadem anima non unam & uniformem, at diversam ac diversiformem esse illam materiam, ex qua tam multa & diversa constituuntur objecta.

4. Ubi tursus tertio, mutationem non tantum in figura externa, verum insuper in loco integrorum objectorum, vel situ partium variatum ejusdem objecti contingere observat, expenditque anima & tota objecta, & plures ejusdem objecti partes moveri elicere eadem.

5. Ubi iterum quartò objectorum loco suo motorum & concurrentium allisum non raro eorundem figuram mutari observat, mens, quæ in figura suamutantur, aut mutata sunt, aliquid pati, aut passa esse, quæ verò immutata permanerunt, aliquid egisse concludit, eadem & quemadmodum hæc agentis, sic & illa patientis nomine indigit.

Ee 6

6. Ubi

6. Ubiverò utraque mutationem aliquam subiisse observat mens in utrisque, & agentia & patientia agnoscit.

7. Ubi autem quinto objectum unum idemque citra alterius objecti concursum mutari, tum in figura, aliisque qualitatibus sensibilibus, vel propriis, vel communibus observat mens in uno eodemque objecto diversas & inter se differentes materias contineri, arguit à quibusdam vel agentibus, vel patientibus diversitas observata pendeat, deducatur.

8. Postquam verò sic gradatim procedendo mens humana non tam in diversis objectis, sed etiam in uno eodemque objecto materiam deduxit diversam, cuius diversitatis respectu contingat omnis in rebus sensibilibus observabilis mutatio, meritò diversas illas materias ad certum determinatum, que numerum & formam, seu modum, si possibile, allaborat, redigere eadem anima.

9. Sic enim in semetipsa discurrendo differit & ratiocinatur mens. Materiae illæ diverse, ex quibus res sensiles omnes constant, vel definito, certoque numero comprehenduntur, vel innumerabiles existunt & innúmeræ.

10. In-

10. Innumerabiles autem ac innumeratas esse materias diversas, ex quibus res constituantur definitæ ac determinatæ, planè absurdum: Oportet proinde illas certo ac definito contineri numero.

11. Cùm ergo nec una duntaxat & uniformis esse possit rerum tam diversarum materia, nec quoque innumeræ admitti possunt materiæ diversæ, videndum, an binario, aut ternario, aliove definito numero constituti ac evinci queant rerum sensiliū omnium materiæ diversæ, ex quibus postmodum elici possent omnes in prædictis rebus contingentes atque observabiles mutationes, sicque adornari rerum naturalium scientiâ, quæ est alterius loci.

12. Ut proinde ad nostrum negotium revertamur, ratiocinatio, quæ ingenii est functio, cùm versetur propriè in rationibus & causis omnium affectionum rebus sensibilibus accidentium aut affectarum investigandis, aut inveniendis, duas videtur habere partes, investigationem, atque inventionem.

13. Finis & scopus ingenii est inventio causarum, media ad finem illum conse-

Ec 7 quendum,

quendum, sunt investigatio, quam nisi quis instituerit ritè, mirum non est, si fine suo fructetur, quamvis ne tunc quidem illa semper potiatur, quando labore magno non male causas investigat, quippe quas non raro celatas cupit ingenio humano, vel non nisi tandem ac suo tempore patere vult Deus, & quidem tunc, quando de inventione desperat homo.

14. Læsa judicatur ratiocinatio, quando perperam instituta est causarum vel rationum investigatio.

15. Læditur autem primò ratiocinatio in hominibus stupidis, & ingenio hebeti præditis, ad investigandum plane ineptis.

16. Hæc stupiditas quibusdam est nativa & naturalis, quibusdam adventitia, & præter naturam, & non raro quibusdam affectibus gravibus soporosis, præsertim comes aut succedens, ut & nonnunquam immoderato & diuturno animi mœrore superveniens.

17. Læditur quoque ratiocinatio secundo, in tarditate ingenii, quæ duobus modis occurrit. Nam observant quidam, quod

quod longius tempus desiderant ad inventandas quæsitas affectionum rationes & causas, quas alii ex tempore promunt, unde quemadmodum in his laudatur ingenii promptitudo, ita in illis culpatur ingenii lentitudo.

18. Sed & observant quidam, quod affectionum intricatarum & obscurarum causas & rationes assequi nequeunt, quamvis ad minus obscuras & arduas pertinuant, dum ali non ita difficulter ad abstrusissima penetrant, unde quemadmodum in his dicitur vigere ingenii acumen ac subtilitas, ita in illis dicimus contigisse ingenium obtusum & crassum.

19. Læditur adhuc tertio ratiocinatio, quando depravatur, & falsæ affectionum rationes eliciuntur ac producuntur propteris, quo vitio quamvis omnes forsitan homines laborant in multis, aliqui tamen malitiosè id agunt non infrequenter, unde prius vitium vocari queat hallucinatio, posterius vero cavillatio.

20. Accidit certè non raro, & cur quæso non id accidit aliquando? ut quis cœspi-

cespitet, fallatur, & hallucinetur in vera affectionis quæsitæ causa elicienda ac propoundeda, quod maximè humanum est, hoc ubi ex humana infirmitate quis faciet, excusationem meretur, meliusque à Doctribus se informari patietur, & gaudebit.

21. Accidit autem identidem non raro, & utinam non accideret, id tam frequenter, ut aliqui non tantum ex humana infirmitate hallucinentur in vera quæsitæ affectionis causa eructa, sed insuper malitiosè illam pro vera haberi cupiant, utut ipsum falsum postmodum agnoscant, vel sponte, vel per alios male informata mens.

22. Quamvis unius vel alterius hominis animam, mentemque donis excellenterioribus donatam putem à Deo, quoniam tamen observamus soporosis quibusdam affectibus accedere, aut succedere non ita infreuenter ingenii stuporem, non immixtò forsitan quis suspicetur, animam, quæ corpori unita est, ejus indiget opera in functionibus suis peragendis, ad corporis animalium præcipue spirituum noxas impediri quoque ac turbari in functionibus sibi aliæ propriis.

23. Ingenii proinde plus minusve hebetis causas corporeas censemus esse spiritus animales torpidiores minusque agiles, cum observemus homines stupidos habere insuper sensus externos, segniores, corporisque motum tardiorum, ac esse prioniores in somnum, quæ omnia spirituum animalium torporem arguunt, quod idem confirmatur ingeniosorum hominum agilitate, vivacitate, ac vigilancia.

24. Hujus torporis causas querimus in pituita viscidiore, quæ tales, ut & senes ob etatem hebetiores facti, abundare deprehenduntur, quemadmodum contraingeniosos bile, & quidem nobiliore ac fluidiore.

25. Prout enim plus vel minus redundat in corpore pituita, sed plerumque minus viscida, ita ingenio magis vel minus hebeti observantur idem laborare.

26. Depravatae autem rationis causæ vindentur esse præcipitantia nimia, ideoque non sufficiens consideratio ac expensio omnium circumstantiarum in requisita observabilium cui præcipitantæ ac inadverten-

vertentia si conjugatur fastus, & inanis gloriæ cupido, non idem candidus unius veritatis amor, una cum loquacitate, tum non tantum verisimilia, sed falsa quoque præris obtruduntur incautis ab hominibus prodoctis haberi cupientibus, & per fas & nefas, hoc est, cavillando & convitiando, minime autem cogitata sua probando, & rebus ipsis convenientia demonstrando autoritatem atque dominium in aliis affectantibus.

27. Stupiditas ingenii nativa vix unquam curabitur, adventitia non nisi admodum difficulter, & in primis medicamentis spirituum animalium torpori mediantebus, atque pituitam viscidam incidentibus, solventibus, emendantibus, ac tollentibus, de quibus omnibus actum in superioribus.

28. Conducet quoque continuum ingenii exercitium atque excitatio conveniens per alios, quin & manuductio circa objecta sensibus proposita & artificiosè examinata, cum & hic verè fabricando fabri fiamus.

29. Depravata ratio curabitur curando præcipitantiam, ac advertendo, ac intendendo animum rebus examinandis, nec à labore suscepto supersedendo, donec exatè fuerint omnia expensa.

30. Ina-

30. Inanem autem gloriam qui exuere non possunt, incurabiles sunt aspernendi, ac pro ipsis orandum, ut ad mentem bonam redeant.

### C A P. XI.

#### *De rationis sive judicij lesionibus.*

1. Iudicium est mentis functione de ingenii ratiocinationum soliditate ac bonitate decernens.

2. Duo sunt rationis sive judicij munera, rationes ab ingenio ratiocinando clicitas librare, atque exactè examinare; 2. Ex auctoritate illorum valore ac soliditate statuere ac determinare.

3. Examinate ingenii opera, 1. mens expendendo, an nihil veri omissum, nihil falsi admissum sit ab ingenio in notionum primarum secundarumve qualitatibus sensibilibus tam propriis quam communibus observandis, quod sit collatione instituta cum ipsis rebus, de quibus agitur.

4. Secundo, considerando an catenata sint & arctissimè cohærentia ingenii ratiocinia, an vero dissolutæ scopæ duntaxat.

5. Tertio, attendendo an non plus vel minus aliudve sit in conclusione, quam erat in premissis.

6. Ubi

6. Ubi autem exactum rigidumque instituit ratio propriæ vel alienæ ratiocinationis ingeniosæ examen, si volet justam & æquam de ipsa feret sententiam.

7. Quemadmodum non tantum in causas & rationes affectionum in rebus sensibilibus observatarum inquirit humānum ingenium, verum insuper in earumdem rerum ad nos aliosque relataram bonitatem & utilitatem, malitiam & noxam, ita tamen de rationum & causarum cum affectionibus ipsis convenientia & disconvenientia, adeoque de veritate vel falsitate, at insuper de ipsarum rerum bonitate vel malitia, tum nostræ, tum aliorum respectu decernit judicium.

8. Læditur autem judicium variis modis, & primo quidem, quando nullum in homine observatur, quod proinde dicitur & est judicii expers infatuitate stultitia.

9. Læditur idem judicium secundò, quando imbecille ac debile, ideoque rebus levibus & facilibus determinandis, non item abstrusis & arduis, implicative par exsistit.

10. Læditur quoque judicium tertio, quando depravatum, & sinistrum, sive iniustum notatum, hoc est, cum re agitata minime consentiens ac delirum, & ab ipsa re planè diversum.

11. Judicij defectus, stultitia, stoliditas, fatuitas, vel alio quovis nomine vocatus quibusdam est nativus, quibusdam gravium morborum, febrium, inflammationum, epilepsia, &c. comes, quibusdam vehementius animi pathematum, iræ, mœrotis, & similius, ut & ebrietatis symptomata, aut senii.

12. Ubi nativus est ingenii defectus, difficile videtur discernere; an, quod mihi magis probabile videtur, corporis aliquam consequtatur noxam, vix explicabilem, an ipsis animæ culpa talis sit.

13. Ubi autem ardenteribus febribus, certe inflammationibus accedit judicij defectus, ac frequenter delirium, utique humorum agitatorum intemperantiae ac fervori hoc omne vel idcirco tribuendum, quod ad temperiem reductis humoribus, redeat plerumque pristina judicij serenitas & integritas.

14. Quamvis à vehementibus animi affectibus atque temulentia səpiùs deliret homo, aliquando tamen ipsi etiam deficit judicium.

15. Eædem at leviores solent esse judicij diminuti ac imbecillis causæ.

16. Depravati, delirantisque judicij causam dixi modò səpiùs observari graves animi affectus, iram, mœrorem, gaudium, &c. ut & ebrietatem, ac inflammations nonnullas, aut febres ardentes præfertim.

17. Accidit quoque delirium, quoties erratum ab imaginatione aut ingenio, atque ab horum utroque vel alterutro falsa pro veris subministrata sunt. Judicio minus accuratè singula ponderanti ac trutinanti, sed præcipiti in sententia ferenda.

18. Accidit etiam səpè delirium, ob præjudicium & animum opinione iniquā vel præpostérâ occupatum, cuius causa necesse est ut itidem tale sequatur judicium, hoc est, iniquum, atque à vera ratione aberrans, idèque delirium.

19. Omnia judicij vitia quatenus à corpore

pore vitiato dependent, hujus emendationem desiderant, ut curentur, quandoquidem sponte redintegrari tunc observantur.

20. Idem omnino dicendum de ebrietate, quā cessante, mox vel paulo post cessare solent judicij noxæ qualescumque.

21. Sic gravissimos animi affectus, iram, mœrorem, &c. comitans vel consequens judicium vitiosum, iisdem sedatis aut compositis ad integratatem redire mox aut brevi solent.

22. Nativum judicij vitium aliquando in morbo gravi correctum quasi ac restitutum testantur Medicorum observationes, atque curato ægro iterum corripuisse, unde à corporeo vitio illud extitisse arbitror, cum illo ex morbo mutato in melius quoque mutatum fuerit, atque eodem ad totius harmoniam corpoream restituto, in pejus denuò ruerit.

23. Judicium vitiatum ob sensuum externorum imaginationis, aut ingenii procedentia vitia, eademque à judicio non observata non corrigitur, nisi correctis, observatisque illorum vitijs.

24. Denique judicium à præjudiciis vietatum rarissimè curatur, cùm admodum difficile sit ac novum, admissa semel ex animo exuere præjudicia, quibus permanentibus, pro incurabili habendum hæc tenus tale judicium.

## C A P. XII.

*De memoria lessonibus.*

1. Memoria videtur mihi sensuum interiorum operum, notionum primarum scilicet & secundarum, ut & rationum sive causarum per ingenium inventarum, atque decisionum sive secretorum à judicio factorum.

2. Memoria namque munus est, primum, omnia prædictorum sensum opera admittere, vel accipere; secundo, eadem conservare; tertio, tandem illa ipsa, ubi opus, reponere.

3. Quemadmodum autem laudatur primò memoria, quæ sibi concredita facile admittit; secundò, quæ eadem firmiter retinet; tertio, quæ ipsa fideliter atque promptè reponat, & è contra culpatur memoria, primum, quæ difficulter,

aut

aut minime admittit concredita, 2. quæ haud diu conservat admissa, sed eadem mox aut paulo post amittit. In oblivione aut memoria labili 3. quæ infideliter aut quo-cunq; modo mutilata, vel segnius, vel cum difficultate reponit admissa & conservata.

4. Difficulter autem minima admittit sensuum interiorum opera memoria ob mentem cogitationum multitudine tantum non pressam & oppressam, ideoque singularis memorie mandandis minus atten-tam.

5. Non satis firmiter retinetur, quin citius excidunt memorie concredita, ob animam oscitantur rariusve ipsa recolentem atque negligenter.

6. Infideliter ac quibusdam suis circumstantiis mutilata, reponuntur mentis opera memorie concredita, tamen ob eadem negligentius, ac festinanter tantum à mente observata, tum ab eadem secundum aliquas duntaxat circumstantias subinde reculta.

7. Segnius ac cum difficultate reponit concredita sibi memoria ob neglectas fere loci, temporum, personarum & similium circumstantiarum, sine quibus arduum est ipsarum rerum satis meminisse.

8. Quoniam in quorundam memoria prodigiose consistat, fateor me hactenus assiqui non potuisse.

9. Quæ vulgo de memorie alicujus oblivionis causis aut cerebri humiditate ac siccitate petitis dicuntur, non mihi satisfaciunt, neque enim puto soli corpori, deinde animæ præsertim inesse memoriam, quamvis non negem dum in corpore degit anima ad corporeos morbos multum variare memorie affectiones, magis tamen animi affectus.

10. Interim non nego quemadmodum ad excedentem humoris pluitosi in humano corpore copiam, sensus omnes tum interhi, tum externi non parum laeduntur, ita & memoriam tunc plurimum affici, & quidem quantum animales spiritus tunc existunt, minus puri & mobiles, minusque ad animales functiones obeundas apti, quamvis & tunc simul noxiū censeo Cerebrum humidius quippe producendis, parandisq; animalibus.

11. Quoties proinde in memoria quovis modo laesa observatur simul aliquid in corpore existens vitium, toties ante omnia illud erit corrigendum.

12. Sub-

12. Sublato à corpore vitio siquod tunc concurrat, emendanda sunt enumerata animæ errata & assuefacienda ipsa sensim attentionis, eidemque sèpius iterandæ operum suorum considerationi atque repositi, atque sic quantum possibile curabuntur memoriæ vitia modo enarrata.

## C A P. XIII.

## De Animi affectuum Læsionibus.

1. **Q**uemadmodum ex veri falsiq; consideratione ac cognitione disciplina formantur in intellectu ac ex boni maliq; observatione & apprehensione affectus extitantur in animo.

2. Prout autem quæcunque mentis objecta, vel nobis vel aliis, bona & mala, & quidem aut preterita, aut præsentia, aut futura censemur à judicio, ita in animo nostro varia producuntur pathemata, motus & agitations.

3. Moderati sunt hi animi motus, quoties justa & æqua fuit in suis decretis ratio, immoderati vero, & ad extremorum alterutrum inclinantes quoties injusta vel iniqua, vel sibi vel aliis tulit ratio de objectorum bonitate vel malitia decreta.

Ff 2

4. Ve-

4. Verum ut meæ de animi motibus & affectibus cogitationes unicuique pateant clarius, libet hoc negotium repeterem alius, sed paucis.

5. Varios enim in eodem homine affectus parient, eadem objecta pro bonis vel malis habita, 1. quidem vel nobis, vel aliis atque his vel nobis acceptis & gratis, vel non-acceptis & ingratis.

6. 2. Vel præsentia, vel absentia & quidem aut præterita aut futura.

7. 3. Vel superabilia, vel insuperabilia.

8. Atque sciendum hos respectus varios diversis modis concurrentes septem affectum sibi contrariorum propria deduci, & quidem 1. Amorem & odium, 2. lætitiam & tristitiam, 3. spem & desperationem, 4. iram & metum, 5. Clementiam & cunctilitatem, 6. Gratulationem & invidentiam. 7. Com- miserationem & insultationem.

9. Amor enim est propensio sive inclinatio, imo unio animi nostri cum objecto, quod nobis judicamus bonum.

10. Odium vero est aversio, & abominatio objecti, quod nobis judicamus malum.

11. Lætitia est animi voluptas consequens fruitionem objecti, quod nobis bonum, vel

perceptionem objecti, quod nobis malum aestimamus.

12. Tristitia enim est animi dolor consequens privationem objecti, quod nobis bonum; vel perceptionem objecti, quod malum aestimamus.

13. Lætitia hæc & tristitia, spectat quidem proximè objectorum utrumque præsens, impropietatem, ac certo modo præteritum quoque aut futurum.

14. Spes est animi motus alacer ad fruitionem objecti boni judicati, deinde futuri, quasuporabilis, aut ad liberationem ab objecto malo nobis judicato, deinde itidem futuro ac superabili.

15. Desperatio contra est animi motus anxius ad denegationem objecti nobis boni judicati, sed futuri & insuperabilis, aut ad perpetuationem objecti mali nobis judicati, ac itidem futuri & insuperabilis.

16. Ira est motus animi insurgentis contra objectum, aut bene aut male nostro tamē judicio iniquo, agens, acturusve.

17. Metus vero est motus & consternatio animi trepidantis ad potentiam & vim objecti aliquid nobis ingratum & grave agentis, vel acturi.

18. Clementia est motus animi remitten-  
tis debiliori & delinquenti suum delictum.

19. Ad clementiam enim requiritur 1. Obiectum malum & nobis quidem malum, ob delictum erga nos patratum. 2. Potestas in nobis puniendi hoc delictum, adeoq; vi-  
dictam sumendi de delinquentे. 3. Remis-  
sio pœnæ justæ, & quidem ob infirmitatem  
aliquam in delinquentе observatam, non ve-  
ro innocentiam.

20. Crudelitas verò est motus animi con-  
tra innocentes, tanquam noxios sœvientes.

21. Ad crudelitatem namque concur-  
runt, 1. Objectum, si non plane innoxium  
saltēm non tam noxium atque inficta pœ-  
næ existit gravitas, & hactenū itidem inno-  
xiūm. 2. Potestas in crudelibus non minus  
quam voluntas sœviendi in aliis & inocen-  
tes. 3. Augmentum & aggravatio pœnæ aut  
meritæ, aut pro merita supposita.

22. Gratulatio est motus animi gauden-  
tis alii benè esse, aut desinere ipsi male esse.

23. Invidentia contra est motus animi  
dolentis, alii bene esse, aut desinere ipsi  
male esse.

24. Commiseratio est motus animi com-  
patientis, alteriusve miseriæ.

25. In-

25. Insultatio deniq; est motus exultan-  
tis ob alterius miseriā.

26. Horum animi motuum aliqui sunt  
per se boni, dummodo sint moderati, ubi au-  
tem nimis excedunt, vitiosi fiunt. Alii sunt  
per se mali nec fieri possunt nisi rarissimè.

27. Inter laudabiles animi motus enumera-  
rantur Amor, Odium, Lætitia, Justitia,  
Spes, Ira, Metus, Clementia, Gratulatio &  
Commiseratio.

28. Inter culpandos animi motus sunt  
Desperatio, Crudelitas, Invidentia & Insul-  
tatio.

29. Vitiantur animi motus laudabiles,  
quoties in his observata excessus, nec con-  
veniens aptumque de illis latum est judici-  
um, cuius dictamen sequitur voluntas, &  
huic obsequens affectus.

30. Quapropter affectuum vitiosorum  
correcțio & curatio unicè pendet ab exacto  
singulorum objectorum, qua bonorum vel  
malorum nobis ex aliis superabilium vel in-  
superabilem examine hinc & solido de sin-  
gulis circumstantiis ferendo judicio. Deni-  
que moderatione servata in singulorum exe-  
cutione, quod præceptum generale singulis  
adficare non erit difficile.

## C A P. XIV.

*De Animalis Motus Læsionibus.*

1. **A** nimalem motum voco, qui per spiritus animales perficitur, qui per oppositos musculos administratur, voluntarii nomine gaudet.

2. Sic animali motu cieri puto omnes universi corporis canales, cavae tatesque quando secundum naturam contrahuntur.

3. Ut plurimum tamen animalis motus nomine solus voluntarius, aut per musculos profectus motus venit, in qua significatione & nos nunc uteamur.

4. Animalis ergo sive voluntarii motus laeditur, 1. quando aboletur in paralyse, 2. quando imminuitur in motus imbecillitate actremore, 3. quando augetur in convulsione, 4. quando depravatur in motu convulsivo dicto.

5. Aboletur motus 1. licet impropre ipius partis movendæ culpa, ut si quando aut luxata sunt aut fracta, & præter naturam in sua articulatione connata ossa movenda.

6. 2. Musculorum disectorum refrigeratorum humectatorum ustorum, aliterve pessimè affectorum vitio.

7. 3. Nervorum disectorum, refrigeratorum, humectatorum, aliterve ita affectorum culpa. Ut spiritus animales per ipsos ad musculos transferri nequeant.

8. 4. Ipsorum animalium spirituum torpidorum aut valde conturbatorum culpa.

9. Cerebri ac cerebelli graviter affectorum ideoque ad spiritus animales parandos & forsitan propellendos quoque ineptorum vitio.

10. Mefitis ob pathemata vehementia ita conturbatæ, ut spiritus animales amplius quaquaresum dirigere nequeat, culpa.

11. Diminuitur animalis motus ab iisdem causis, sed levioribus.

12. Augetur animalis motus ob irritacionem vel in musculo, vel in nervo, vel in aliqua cerebri, cerebelli, aut spinalis medullæ parte permanentem, & à punctura, erosione aut fistione, &c. ortam, hinc consequentem nimiam & involuntariam spirituum animalium ad certas partes propulsionem.

13. Depravatur animalis motus, fitque convulsivus ob irritationem non continuò sed per intervalla duntaxat memoratas partes repetentem, aut & alternatim propositas sufficientem.

14. Irritatio omnis sit à re vel dura vel acuti  
partes sensiles, sive intrinsecus, sive forinse-  
cū adveniat, sive in corpore ipso existat &  
tal is evadat, ita ossa fracta suis extremitatibus  
acutis hoc præstatre possunt, ita humores a-  
cres acidi præsertim præter naturam in cor-  
pore accurrentes partes sensiles mite affici-  
unt & rodunt.

15. Curabitur abolitus motus animalis r.  
Ossium luxatorum, fractorum, connatorum-  
ve culpa, isdem repositis, consolidatis solu-  
tisve, de quibus videndi libri chirurgici.

16. Idem continget 2. consolidando mu-  
sculos disiectos calefaciendo refrigeratus,  
exiccando humectatos, sanando uskos, &c.  
Quibus indicationibus conducentia medi-  
camenta non pauca præscripsum in su-  
prioribus & extant apud omnes praticos.

17. 3. Nervorum affectus graviores atti-  
gimus, quodammodo hinc inde, ac ex pa-  
sim dictis earum curatio, nonita difficultis erit  
ei, qui unum aut alterum adjunget Practi-  
cum egregium.

18. 4. De spirituum animalium torpore  
corrigendo, aut conturbatione sedanda egi-  
mus quoque in superioribus.

19. 5 Cerebri ac cerebelli graves affectus,  
apo-

PRAESES MEDICÆ LIB. II. 683  
apoplexiā puto & similes affectus notabiles  
alio tempore tractabimus ex professo.

20. 6. De animi motibus hosque gravio-  
res consequente mentis conturbatione pau-  
cis actum est in paulo antecedentibus capitili-  
bus.

21. Privatio externa ob nervi puncturam  
in convulsione hinc brevi consequente, con-  
fertim curandus cum sit affectus acutissimus  
& maxime periculosus. De quo videantur  
Chirurgiæ scriptores, & in specie Paræus.

22. Eadem irritatio ab osse fracto facta  
vix curabitur, nisi aut ritè repositis fragmen-  
tis, aut isdem serravet aliter ablatis.

23. Irritatio ab acribus in corpore produ-  
ctis humoribus aut assumptis qualibuscum-  
que curabitur temperando, evacuandoque il-  
la acria, & demulcendo partes affecto, non  
sopiendoque ipsum sensum per medicamen-  
ta sapienter enarrata.

24. Atque sic cum bono Deo finem im-  
ponimus præsenti collegio Prætico, aliâs  
eadem volente DEO ac benedicente plura  
audituri, & accuratius singula  
examinaturi.



## LIBER TERTIUS

### C A P U T I.

#### *De Seminis Generatione Læsa.*

1. **Q**uoniam ob sensim appropinquantes caniculares ferias , impossibile erit, illos quoque affectus , qui ad functiones animales pertinent, tractare, consultius duxi, istis ad tempus prætermissis, eas nunc tractare , quæ generationi inserviunt, quo affectus mulierum à paucis accurate propositos expendamus & examinemus.

2. Prima ergo generationi inserviens ministrans functio est seminis productio , quæ meo saltem judicio debetur imprimis I�pitibus animalibus, cum parte sanguinis magis falsa concentratis in ipsis testibus vel forsan etiam in epididymide.

3. In hunc finem tum arterias & venas tum nervos & vasa lymphatica acceperunt hi partes quo seminis materia, ubi opus sit copiose afferre, sin minus ad sanguinis massam referri queat, nec mox pereat.

4. Hæc

4. Hæc seminis confection non omni ætate est propria, non pueritiæ, non extremo senio, at adolescentiæ juventuti atq; ætati consistenti, quamvis citius in aliquibus, serius in aliis generetur semen, ut etiam diutius perseverat in quibusdam, citius desinit in aliis e-jusdem præparatio.

5. Semen arbitror ego tam in mulieribus fœcundum & utrinq; ad generationem concurrens, cum absurdum sit, vocare a'iquid inutile, quod Deus voluit factum, nec ullæ rationes solidæ atque satis urgentes proferri soleant ab iis, quibuslibet semen fœcundum denegare scemini.

6. Hæc seminis generatio læditur, 1. quando nullum, 2. quando parcus, 3. quando copiosus, 4. quando aquosius, viscidius, vel alii modis minus commodum conficitur.

7. Nullum semen conficitur vel defectum materiae, quando vasa non sufficientia implantantur in testes atque epididymides, vel defectum testium in eunuchis vel ineptitudine eosundem in frigidis.

8. Parcius fit semen vel aliquali materiae defectu, quando vasa vel pauciora deferuntur ad testes, vel alio amandantur, ratione sanguinis in magno ejus effluxu vel ratione spiri-

spirituum animalium, in magnis animi curis, corporis motu vehementi, &c. vel aliqualiter, spiritum debilitate in frigidioribus dictis.

9. Copiosius semen productur tum ex materia abundantia vasorum existentibus grandioribus, tum maxime ex constitutione testiculum laudabile & robustum, licet difficile & forsitan impossibile sit explicare, in quo consistat illa testiculum vis & potentia, ex sanguine & spiritibusque animalibus semen conficiendi, ne quis putet pro veris assumenda, quæ cunque à quovis temere hic determinate possent.

10. Aquosius justo generatur semen, tum ratione sanguinis universi hinc forsitan & spiritus animales magis aquosi, tum ratione constitutionis testiculum, mihi inexplicabilis, obquam aquosa nimis sanguinis pars admittatur ad semen conficiendum, inter causas externas certum est, Venerem nimis frequentem frigus cum humiditate praesertim, coniunctum atque contusionem, non tamen nimiam, non raro anfam præbere illi malo.

11. Viscidius contra redditur semen ob causas contrarias, ut & Venerem rariorem.

12. Vix unquam curabuntur illi in quibus defectus est totalis seminis, nisi fortassis in testiculum ineptitudine solis aromaticis, tum internis;

ternis tum externis quodammodo saltem reparandæ, quo minus succedente, excusandi sunt tales ab opere generationis.

13. Facilius autem consulitur iis, in quibus parcus productur semen. Nam 1. Vasorum exigua sensim expanduntur partium frequenti blandoque affectu atque in unctione cum aromaticis. 2. Materie testibus conveniens ac sufficiens restituitur curata haemorrhagia qualcunq; atque vitando animæ vexationes ac soliditudines nimias, ut & nimium corporis motum.

13. Roborando testes præfatis aromaticis tam externis quam internis.

14. Copiosi seminis productio hinc & exercitatio, si hominem debilitat, curabitur 1. adhibendo medicamenta, quæ vasorum quodammodo adstringunt, quæ sanquine magis condensent, spiritusque figant. 2. Abstinendo a cogitationibus Venereis, imprimis a conversatione familiaris cum egregiis & gratis sive amatis, & praesertim ab actu Venereo. Denique usurpando prudenter medicamenta Veneri extinguendæ præscripta.

15. Aquosum semen corrigitur, 1. Curando sanguinem aquosiorē, tum alterantibus aromaticis praesertim sed mediocriter fixis, tum evanescitibus & aqua per alvū urinā & sudor. educentibus.

688 FR. DE LE BOE, SYLVII  
tibus. 2. Roborando testes imprimis per ex-  
terna aromatica mediocriter adstringen-  
tia.

16. Viscidius semen emendabitur usur-  
pando medicamenta aromatica, sed magis  
volatilia & aquae, quibus diluatur sanguis u-  
niversus, & in specie seminis materia, ad  
quam facile penetrant aromatica.

C A P. II.

*De Virilis seminis effusione ac penis  
erectione Læsa.*

1. **V**irile semén quo generationi serviat,  
in uterum mulierem effundi debet, in quem finem penis erectione opus  
quoniam coitum promovetur illa erectione.

2. Virilis namque seminis effusio læsa ef-  
ficitur, præsertim læsam penis erectionem.

3. Læditur hæc penis erectione, 1. quando  
nulla fieri potest, 2. quando illa non suffi-  
cens existit, 3. quando eadem non satis diu  
perseverat.

4. Nulla fit penis erectione, ubi penis de-  
stituitur vasis copiosum sanguinem anima-  
lesque spiritus adducentibus, unde & ipse  
penis invalidus existit.

5. Non

PRAXEOS MEDICÆ LIB. III. 689

5. Non sufficiens fit penis erectione, ubi  
non sufficienti copia ad ipsum transfertur  
sanguis & spiritus animales, idque aliqua  
ob vasa minora vel pauciora ad penē delata,  
aliquando ob ipsum penem ab externo fri-  
gore aëris, aquæ &c. malè affectum, aliquan-  
do ob metū, aliumq; animi affectum gravio-  
rum spiritus animales aut consumenterem, aut  
in motu suo turbantem, aliove avocantem.

6. Non satis perseverat penis erectione,  
ad eo ut prius quam semen effundi queat, ite-  
rum atque iterum collabascat, aliquando ob  
spiritum animalium penuriam universa-  
lem, sanguinemque universum minus calen-  
tem ac spiritu sum, aliquando ob animum  
multis cogitationibus aut inopinato pathe-  
mate ab operchoc avocatum.

7. Quoties ob vasorum sanguinem fer-  
vidum, spiritusq; animales ad penem defe-  
rentium culpam, nulla fit ejus erectione, toties  
pro incurabili habendum hoc malum.

8. Non sufficiens autem penis erectione va-  
sorum paucitatem parvitatem consequens  
sensim corrigi potest ac emendari frictione  
blanda ac frequenti penis ejusdem inunctio-  
ne cum linimentis aut unguentis aromati-  
cis, quo paulatim expanduntur magis vasa,  
plus-

690 FR. DE LE BOE, SYLVII  
plusque sanguinis & spirituum ad penem  
transferant.

9. Ubi à frigore externo idem contingit,  
foveri decoctis aromaticis, & ungi un-  
guentis similibus, debet pars male affecta.

10. Animi affectu noxio sublato ad pri-  
stimum robur redire solet penis, quin con-  
trario magis erigi.

11. Non satis diu permanens penis ere-  
ctio, spirituum animalium penuria protra-  
hetur usū convenienti, spirituorum cum  
aliis mixtorum aquæ vitæ Matthiolus ac Linz-  
lium per intervalla usurpatorum, donec a-  
nimales spiritus multiplicati fuerint in cor-  
pore.

12. Quin rarius exercenda venis est ta-  
libus, quo tunc saltem illi absolvendæ suffi-  
cient spiritus satis pauci.

13. Sanguis fervidior fiet usū Salis volati-  
lis oleosi omniumque adeo aromaticorum,  
inter quæ preferenda illa quæ docuit expe-  
riencia, conducere in hoc affectu.

14. Animus revocandus ad negotium  
præsens, atque intendendus rei agendæ cum  
bilaritate.

PRAXEOS MEDICÆ LIB. III. 691

### CAP. III.

#### De Vterina sive Menstrua Purgatione Læsa.

1. **A**D generationem apta tum demum  
cenetur foemina, ubi menstruo-  
rum purgationem est experita, vel saltem po-  
tuit, debuitque experiri, quod plurimum  
circa etatis annum 14. solet contingere,  
quamvis in regionibus calidioribus non-  
nulliscitius, in frigidioribus verò multis tar-  
dior solet accidere.

2. Sanguis hic singulis mensibus secun-  
dum naturam excerni solitus, in non gravi-  
dis, retineri solet in prægnantibus, ut & in  
lactantibus, quamvis in valde paucis aliter  
eveniat, unde conjicere licet partim ad foë-  
tum in utero contentum, partim ad eundem  
super natum alendum super abundantem il-  
lum produci sanguinem, tum demum ex-  
cernendum, quando nulla adest necessi-  
tas.

3. Hæc sanguinis superflui singulis men-  
sibus instituenda purgatio læditur, 1. quan-  
do nulla sit, 2. quando minori saltem co-  
pia contingit, 3. quando nimia existit,

4. quan-

4. quando non convenienti tempore accidit, sed aut citius, aut tardius redit, 5. quando diutius aut brevius durat, 6. quando calore, odore, acrimonia, consistentia, &c. vitiatus expellitur sanguis, 7. quando per alias vias contingit.

4. Nullus fit & in totum cessat hic sanguinis menstruus effluxus in suppressis tum diuisis mensibus, quando tum ipsius sanguinis, tum viarum potest accidere culpa.

5. Sanguinis culpa deficit purgatio menstrua, si 1. in corpore deficiat in universal corporis contabescientia, licet non omnibus sanguine paucō prædictis, desir naturalis hæc evacuatio, unde aliud inde hinc concurrens suspicor. 2. Si idem crassior & viscidior existat, unde non tantum ineptior sit ad motum, sed imprimis ad sui secessum, & transitum per vias angustas, opus namque est, ut à reliquo secernatur sanguis excrenendus, ac penetrat per vias peculiares, nec secundum naturam valde patentes, quod non fiet facile, ubi sanguis existit crassior ac multa pituita viscida refertus, imprimis ubi hæc est ipsi permista, tunc enim difficilius contingit requisita secretio, secus atq; in sanguine confusam duntaxat pituitam habente.

6. Via-

6. Viatum per quas fluere ac effluere sanguis menstruus debet, culpa contingit, ejus suppressio, quando illæ sunt obstructæ ab humore pituitoso viscido, in ipsis hærente, atque ipsas opplente.

7. Accidit hoc vel ob humoris hujus redundantiam, in corpore sensim in præfatis viis adhærentis, donec in totum eas impletat & obstruat, vel ob ejusdem ab aëris externi calore, corporisve motu, aliisque causis similibus soluti, & quaquaversum cum sanguine propulsæ coagulationem ac concretionem subito in uteri vasis factum, & quidem à frigore externo, imprudenter circa uterum admisso, vel immediatè non sufficienter rectis partibus ventris inferioris, vel mediater per frigus aëris, aquæ pavimenti pedes afficiens, ac consequenter abdomen penetrans, idem accidit aliquando ab animi affectu gravi, imprimis à tristitia inopinanter ac imprimis instantibus fluentibusve mensibus superveniente, unde sanguis ac cæteri humores, pituita imprimis coagulare ac crescere solent, ut jam silentio prætereat plurima sanguinem aliosve humores incrassantia, corallia, cretam, orizam, carbones ac alia in pica nonnunquam copiose ac diu

diu assunta, atque sic obstructionis mox subsecuturæ materiam præparantia.

8. Minori copia fluere solent menses ob easdem ferè causas, sed leviores, imprimis ob sanguinis penuriam ejusve consistentiam crassiorē, atque vasorum uteri angustiam vel obstructionem in quibusdam duntaxat existentem.

9. Nimiù sàpè numero observatur menstruus fluxus, imprimis à sanguine tenuiore seroiore, atque acriore, pendens aliquando à vasorum laxitate.

10. Quæ sanguinem tales præstent, ex superioribus patet. Vasorum vero laxitas consequitur ferè fluxum nimium à sanguinis vitio pendente, licet & à balneis aut fribus præpostere diutiusve usurpati, idem contingere queat, & aliquando partum difficilem aliave similia subsequi.

11. Citius quam debebat repetit fluxus menstruus, quando in quavis tertia, altera, vel etiam omni septimana redit. Quod imprimis contingit ob sanguinis abundantiam vel acrimoniam, cum vasorum laxitate coniunctam.

12. Contrarium evenit, & tardius quam oportebat, fluunt menses, quando quinta denum

demum aut sexta septimana, vel secundo, tertiove mense fluxum suum repetunt, quod accedit sanguinis ut plurimum penuriam & pituitositatem concurrente vasorum qualunque angustia.

13. Sanguinis namque pituitositas ipsum facit inertiorum atque ad quemvis motum vel potius fermentationem singularem tunc suscipiendam ineptiorem, quin ab eadem pituita produci solet simul vasorum angustia.

14. Diutius perseverat idem fluxus menstruus, si non tantum per tres, quatuor, aut quinque dies duret, sed ad decem aut quindecim dies nonnunquam protrahatur. Quod imprimis accedit ob vasorum laxitatem & languorem concurrente sanguinis tenuitatem atque nimia fluiditate. Brevius è contra cessat idem fluxus, quoties uno duobusve ad summum diebus permanet, ac ferè parciò simul existit, & maximè ob vasorum nimiam angustiam & ariditatem, concurrente ut plurimum sanguinis penuria, & imprimis crassitie sive pituitositate.

15. Colore vitiosus existit sanguis menstruus, ubi solito pallidior, vel atrior excenritur; Pallidior verò existit, ob multum serum admistū; nigricantior ob ejudem defecatum,

ctum, & spiritum acidum in corpore acrio-rem, à quo magis nigrescere sanguinem ar-bitror.

16. Nonnunquam odore gravi præditus est sanguis menstruus, quem alicui moræ citra uterus ante sui effluxum, deberi existimo; stagnantis enim sanguinis partes in se mutuo agunt, atque foetorem facile producunt, imprimis circa partes generationis per corruptionem & putrefactionem peractæ dicatas.

17. Acrimoniae quoque particeps obser-vatur menstruus sanguis, quam tum ex præ-dita mora & stagnatione, tum ex admixtis humoribus similibus petendam censeo.

18 Consistentia nunc tenuiore nunc cras-siore donatus effluit sanguis menstruus, & quidem imprimis ob seri redundantiam vel defectum, aliquando ob humorum coagu-lationem promoventium, impedientium, adeoque solventium admissionem.

19. Aliquando non per uteri ostium, sed per alias vias effunditur sanguis menstruus, per renes & vesicam, per fauces & os, per na-re, per oculos, per aures, aut per cutis poros, ita non naturales, inordinariasve vias sibi querit nonnunquam æstuans sanguis men-

menstruus, quamvis impossibile forsitan sit, vel arduum faltem, rationem invenire at-que proferre urgentem, cur in una persona hac potius, in alia ista, cur in eadem nunc hac, nunc ista via effundatur; suspicor qui-dem hoc contingere posse, in concurrente simul sanguinis menstrui acrioris, subtilio-ris saltem ac penetrantioris æstu, & impetu in partein vasa magis hiantia & patula ha-bentein.

20. Malorum eorumve omnium cura-tionem quod attinet, observavi hactenus fe-stinandum hisc lente, ac plus profici blandis quæ in vehementibus medicamentis, à qui-bus ni tunc fallatur, non parum gravari solet malum, ut proinde tuta sit curratio, caven-dum ab omnibus, quæ conjunctum habent periculum.

21. Quoties proinde in sanguinis pen-u-ria deficit menstruus fluxus, toties sanguis ali-mentis corporis dispositioni præsenti con-venientibus, erit augendus, nulla verò ra-tione fluxus excitandus, quippe qui sponte solet redire, ubi sanitati restituta est ægra, vel sanguis in ipsa copiosior generatur.

22. Quoties verò ob sanguinis viscidita-tem au-crassitiem deficiunt menstrua, toties

incidentibus, attenuantibus, diutius usurpatis, superandum est paulatim malum hoc, exhibendo subinde medicamenta humores emendabiles evacuantia per alvum.

23. In hunc finem vini medicati formula esto sequens.

*L. Rad. enul. camp. 3 ij.*

*fol. puleg.*

*m̄jorān.*

*ſabin.*

*artemis. rubr. an. M. 5.*

*bacc. laur.*

*ſem. dauc.*

*levistic. an. 3 ij.*

*cinamom. auct. 3 ij.*

*macer. 3 j. consifa & crasse contusa*

Includantur sacculo, cui in cantharo lapideo affunde vini albi, vel gallici, vel Rhenani veteris, pro personarum lubitu, vel consuidine lb. II. stent per noctem in cella, bibat aget in prandio, ac cena haustulum, quamdiu aliqua vis in plantis, novum vinum affundi potest.

24. Cui pilulae magis placent, illi sequens formula serviet, qua

*L. Gumm. sagapen. in aceto preparat. 3 β.*

*chalyb. ppt.*

*Succin.*

*succin. alb.*

*borrac. venet. an. 3 j.*

*myrrh. rubr.*

*Castor. opt. an. gr. xv.*

*croc. britann. 3 β.*

*ol. caryoph. gutt. vj. M.*

F. l. a. Bilulæ Num. XL deaurantur. Ca-

pit quotidie cubitum itura pilulas quinq;

25. Ubi purgare licebit.

*L. Mass. pilul. fatid. maj. 3 j.*

*ol. mac. Billiar. gutt. j. M.*

F. Pilulæ Num. v. deaurandæ ac manè assumendæ aut finalit vesperi capere, tres sufficient, quas una post cœnam hora usurparib, ne ante tempus matutinum alvi dejectio supercrevemens somnum plus justo turbet.

26. Potest quoque decocti forma humorum viscidi præparari atque subinde educi decoquenda prædicta simplicia, aut alia similia, ex aqua vel sola, vel cum vino juncta & addendo in colatura syrups convenientes, artemisiae, quinque radicib. & similes, aut etiam rosarum solutiv. ten vel diaconic.

27. Viæ ab eodem humore viscidio sensim infarctæ, atq; obstructæ, iisdem medicamentis modo memoratis referabuntur, nisi quod sub

finem utile sit addere sudorifera, vel diuretica saltem sale volatili abundantia & sudorem subinde promovere, sic enim penetrabit facilius medicamenti vis, ad extremos vasorum viarumque sinus.

28. Exempli gratia sequens paretur Apozema.

**A. Rad. apis**

levistic. an. 3 B.

rasur. lign. guajac. 3 ij.

sassafr. 3 B.

bacc. junip.

laur. an. 3 B.

herb. scord.

puleg. an. M. j.

summit. centaur. Min. M B.

sem. mili. 3 ij.

Coque ex aq. pura ad Colaturæ 3 xxx. add. syrup. artemis. carduib. an 3 B. tintur. cinam. castor. an. 3 B. ol. succin. gutt. iv. M.

Hujus Apozematis haustulum calentem assumat ægra manè, atque stragulis commode tecta, sudorem expectet, quando post horulam si nondum prodeat assumto juscule illum moveat, idq; sæpius repeat, impri- mis circa tempus consuctum fluxus mensi- um, quo simul ad uterum propellatur denuo sanguis.

29. Quo-

29. Quoties subito ac nuper contigit ob corporis tacti, hinc mox refrigerati vicissitudines, humorisque adeo pituitosi soluti, & quaquaverum protrusi, deinde rursus iuteri vasis coagulati mutationes, menstruorum suppressio, toties mature huic malo succurrentum, ut citius faciliusque supereatur, & quidem medicamentis itidem humorum vilcidum solventibus, ac præsertim sudoriferis iam memoratis.

30. In hunc finem ubi neglectus prius affectus, præteris omnibus comendo sp. salis armontiaci, cuius unius ope plures br. vi ac comodissime restitui ejus, prout, potentior existit, aut debilior, guttas quatuor, sex vel septem ex vino cochlear, & quidem bis vel ter in die exhibendo.

31. Ubi ab animi pathemate gravi suppri- muntur monsces, composito prius animo ad prædicta medicamenta pergendum, quo & humoribus introductæ corriganter no- xx.

32. Ubi ex prava diæta & noxiis rebus copiosius assumptis, diutiusque originem traxit, menstruorum suppressio, longiori mora & majori labore opus est ad curatio- nem, ritè instituendam; incumbit autem

Gg 3

tunc

tunc medico accuratè attendere ad ea Medicamenta, quæ aliquid in melius mutationem præstant, quo in iisdem perseveret, aut præstantiora adhuc facilius excogitet. Observavi autem haec tenus conferre tunc præ ceteris memorata sèpius laudataq; à me salia volatilia, tanti momenti & usus in medicina, ut dolendum sit, ipsa non nisi confuse fuisse haec tenus Medicis nota, postquam ex ipsorum notitia distinctiore plurima reddantur in arte medica, longè quam olim manifestiora, sed de his & egi jam, & agam Deo volente pluribus alibi.

33. Ex iis quæ de suppressorum mensium curatione jam dixi, facile patet, quid ad di minimum menstruorum fluxum redintegrandum augendumve requiratur, eadem scilicet, quæ sunt proposita, sed minori quantitate, ac brevius exhibenda, cum facilis, cuiusque superari queat hoc malum.

34. De sanguinis missione nullam feci haec tenus aut in restituendis, aut in augendis mensibus diminutis mentionem, cum propriè nil fiat ad causatum peccantium vel correctionem, vel eductionem, potest tamen aliquando habere locum postquam præcesserunt prædicta omnia, & quidem ad motum sanguis.

PRÆXEOS MEDICÆ LIB. III. 703  
sanguinis vel concitatiorem si in brachio, vel ad arterias, potentiores si in pede instituantur, & imprimis ubi in corpore sanguinis pleno acciderit humorum pituitosorum circa internum coagulatio, tunc enim sanguine missò corrigitur ejus stagnatio facile superveniens, quia minuitur ejusdem copia & præmissis prædictis promovetur ipsius motus ad uterum.

35. Nimirum menstruorum fluxus curabitur minuendo sanguinis serum abundans per hydragoga satiis nota.

36. 2. Incrassando sanguinem tenuorem; plantag. portulac. semperviv. maj. bellid. min. flor. rosar. rubr. balaust. sem. acetos. plantag. cydon. mespil. pyris aliisque austericis, omnibus prudenter pareaque manu administratis & quidem forma diversa.

37. 3. Temperando sanguinis ceterorumque in corpore existentium humorum, bilis præsertim, acrimonia per eadem fere dicta incrassantia, nisi quod tunc & anodyna, & subinde narcotica possint addi.

38. 4. Coartando vias leniores & potentiores iisdem incrassantibus, additis simul

potentius adstringentibus externè imprimis usurpati, & quidem fomenti forma, quo prudenter & calido subinde admoto sensim constringentur, & ad naturalem angustiam reducentur vasa laxiora ideoq; potentiora.

39. Ubi in effluxu sanguinis enorme periculum imminet vita, venam secando in brachio, sic motum contrarium conciliando, & ab utero avertendo, non neglectis interim quæ forinsecus adhibitæ, vias possunt sufficienter angustare, atque intrinsecus assumta omnem effervescentiam præter naturam compescere.

40. Ubi notandum, quando magnus ardor adest comes, acida, aufera imprimis conducere, quando minor æstus adest, solum nitrum atque ex ipso paratum lapidem prunellæ dictum sufficere, quamvis & hic temperando æstui sit convenientissimus. Ab hoc proinde faciendum initium, & sensim pergendum, ad medicamenta potentiora, quoties blandioribus non cedit malum.

41. Citiùs recurrens fluxus menstruus ob sanguinis abundantiam, curabitur eundem in tempore minuendo per venæ sectiōnem & imprimis ipsius augmentum perpetuum impediendo per alimenta, tum pauciora,

ciora, tum minus nutrientia, tum difficilius fermentabilia usurpata, quibus si accedit corporis exercitiū aliquanto vehementius, aut solicitude anxia citius id obtinebitur.

42. Acrimoniam lixiviosam in sanguine sero existentem, quæ corrigunt non semel dictum, ac modo quæ vasorum laxitatem emendent.

43. Tardius confluentes menses ob sanguinis penuriam curant, quæ cum sanguinem facile ac copiosè gignere possint, alimenta fermentationis facilis ova sorbilia, carnes animastum juniorum, agnina, vitulina, pullorum, lacte, &c.

44. In eundem finem laudatur exercitum corporis moderatum, animus hilaris & curis vacuus, somnus mediocris, &c.

45. Tardius ob sanguinis pituitositatem fluentes menses curant, omnia tum aromaticæ, & sale volatili abundantia, tum phlegmagoga subinde usurpata, quo pituita redundans & minus emendabilis minuatur.

46. Vasorum angustiam quæ curant, in superioribus jam dictum.

47. Hic aliquando venam secatq; pauca quantitate sanguinem educi posse ad reliquum, magis ad uterum movendum patet ex supradictis.

48. Diutius perseverans menstruus fluxus ob vasorum laxitatem, sanguinisque nimiam fluiditatem, curabitur exhibendo medicamenta aliquantulum anteriora & potentius astringentia per vices tamen & quantitate parva, ne nimium constringendo sanguinem in uteri vasis coagulent, siveque aliud malum aut incommodum æque grave ac periculosum pariant.

49. Citius cessatus fluxus menstruus curabitur aperiendo vasa mox coactata in primis per fomentationes instantे fluxu, quia eodem durante usurpatas ex rad. alth. foliis ejusdem ac malvæ summitatibus floribus charmæ, & similibus ex aqua coctis, & cum spongia vel panno laneo pudendis calidè applicatis, aut infedendo illi decocto calente, ita ut vapor elevatus penetret in uteri sinum, quin hunc eundem in finem inungi possuat ilia & inguina oleo liliorum alborum.

50. Sanguinis penuria ubi adest, reparandus is est diæta convenienti, de qua jam dictum.

51. Ubi sanguinis crassities ac pituitositas concurrevit usurpanda simul quæ illam corrigan & incident, ac præsertim quæ mensibus movendis censentur ad propriata, qualia sunt decoct.

decoct. majoran. pulg. sabin. & similium, & in specie spiritus sal. armon. ol. succin. &c. tum ante fluxum, tum durante fluxu, exhibita.

52. Menses ob aductum serum pallidores existentes ipso per hydragoga diminuto melius erunt colorati.

53. Idem ob ejus defectum nigriores facti eodem per potum tenuem, utilem tamen, tensim aucto, colore nanciscetur laudabilem.

4. Vbi autem ab acido spiritu actiote in corpore augetur illa nigrities, tolletur ipsa eodem temperato per medicamenta saepius memorata.

55. Vbi ex mora & stagnatione præcedente fætorent contraxit menstruus sanguis, ibi allaborandum sedulo, ut omnis remora tollatur, humor pituitosus & ante omnia corrigitur & minuatur, viæ imprimis ad uteri vasa liberae præstetur, quin imo & fætor, & omnis ab ipso metuenda noxa supereretur, per modo laudata decocta, aromatica utero convenientia, ubi observandum cavendum esse à valde acribus & potenter mensis motibus, quando illi effluunt satis copiose, quibus uti nihil impedit, quando iudicium parcus fluere solent.

56. Vbi

56. Ubi acer effluit sanguis menstruus, tum ipse corrigendus, tum partes lenienda.

57. Sanguis ipse mora & stagnatione acrior factus ad integritatem sponte redibit. sublata stagnationis causa, temperabitur autem usurpati anodynisi & quandoq; opiatiss.

58. Idem contingit quando ab admisisti humoribus acribus pendet acrimonia illa, usurpati præterea medicamentis eisdem tum temperantibus, tum eduentibus, tum maximè eorum productionem novam impeditibus.

59. Sanguis menstruus tenuior effluens ob feri abundantiam curabitur illo diuinum-  
to per purgantia.

60. Idem crassior existens ob feri defec-  
tum hujus argumentum indicat per aqua  
præfertim copiosius assumpta.

61. Sanguis idem tenuior existens ob solis  
volatili acrioris copiam incrassabitur hoc  
correcto per acida, tum blanda, tum acer-  
ba.

62 Idem sanguis menstruus ob acido-a-  
sterorum humorum admisionem crassior  
factus redditur tenuior usurpando medica-  
menta sale volatili acriori prædita, tum vul-  
garia, tum arte chymica confecta.

63. Quo-

63. Quoties tandem non per usitatas &  
ordinatas uteri vias, sed alias quascunque  
effluent menstrua, toties circa uterum vase-  
rum angustiam, conformatio[n]emve malam  
concurrere observamus, quibus emendandis,  
demum spes affulget redintegrandi fluxum  
per vias naturales, quamvis tunc ni sponte  
fluant per uterum menses, commode in pe-  
de positi secari vena & sanguis paucus educi,  
quem in finem usurpare quoq; potest §. 50.  
memoratum.

#### C A P. IV.

##### *De Fluore Muliebri Menstruis albis vocato.*

1. **N**ontantum secundum naturam cer-  
tis temporibus hoc est singulis men-  
stribus feminis puberibus expurgari solet per  
uterum sanguis, sed etiam non infre-  
quentiter ipsis præter naturam per vias easdem ex-  
purgatur & effluit potius humor pituitosus,  
Muliebris fluor melius quam alba menstrua  
dictus.

2. Neq; enim menstrualis, at in plerisq;  
perpetuus existit, quamvis non raro circa  
menstruorum fluxum soleat aliquando co-  
piosius & abundantius erumpere.

3. Ob-

3. Observatur hic fluxus non tantum in menstruatis, sed aliquando in nondum, & crebro in non amplius menstrua patientibus, quin ipsiis quoque gravidis, adeo ut nulla ætas, nullus foeminarum status sit liberabit hoc fluore, non tantum molesto, quin insuper noxio, & cum dolores varios tum virium dejectionem comites habente.

4. In hoc fluore humor interdum aqueus & serosus, interdum pituitosus & viscidus, interdum acris & mordax, interdum lenis & blandus, interdum fœtidus & graveolens, interdum odoris, & fœtoris expers, interdum albus, interdum flavescens aut virescens, nigricans, rarissime saniosus excernuntur.

5. Nonnunquam hic fluor satis diu abesse ullo incommodo foemini accidit, quando scilicet & paucus existit, & minime actis humor, saepius tamen, quando idem copiosius effluit, & acrimoniam particeps & cachexiam, virium languorem, dolores in regione lumbari, lassitudinem spontaneam, & similia mala plura habet conjuncta, ipsam adeo sterilitatem.

6. Sém-

6. Semper in hoc fluxu uterum & in primis vasorum suorum ratione aut sinum laborare arbitror, sive cuius reliquum & contenti in ipso humores satis bene aut male se habeant.

7. In hoc enim fluore judico sanguinem ad uterum delatum nimiam seri aut pituitæ copiam in ipso relinquere, atque ipsum humoris, nunc fluidioris, nunc serosi, nunc viscidioris & pituitosi forma effluere, aut continuo, aut per intervalla, & tunc quidem circa tempus menstruorum, quo tempore copiosior solet ad uterum ferri sanguis, à quo illa dispositio vitiosa videtur augeri, atque ideo abundantius admitti, & emitti humor serosus aut pituitosus.

8. Ibi autem undecunque tandem orta concurrat universi sanguinis eacochymia & corporis cachexia, mirum non est, si & tunc gravius infestethic fluor, tum ratione Abundantiæ majoris, tum ratio ne qualitatum mutuarum in colore, odore, acrimonia.

9. Adeo ut duæ hujus fluoris species observentur alia levior à sola uteri vasorum & substantiæ virtutio pendens, alia gravior aliorum effectuum in corpore existentium noxias comites habens.

10. Curatio fluoris Muliebris consistit in emendatione ac correctione vitii in utero existentis, per medicamenta uterina dicta, tum aromaticæ, tum blande astringentia, & tam internè quam externè usurpata, quoties enim plura se huic fluxui jungunt, ipsumque graviorem faciunt in corpore reliquo aut sanguine existentia mala, toties illis debetur ha miscella suis quæque locis tradenda.

11. Appropriata igitur muliebri fluoris remedia petentur ex rad. galang. cypri, caryoph. ulmar. bistort. valerianæ & foliis alchymillæ, millefolii, potentillæ, majoran, menth. rut. hortens. agrimon. veron. beton. labin. pulleg. origan. meliss. salv. rosmar. polygon. &c. flor. rosat. rubr. amaranth purpur. balsam. &c. bacc. laur. myrrh. &c. sem. urtic. pæon. tub. anis. dauc. &c. corall. rubr. eboris. & Corn. Cerv. rasur. succin. thur. mastich. bol. armeni. terr. sigill. sangu. dracon. &c.

12. Possunt autem ex prædictis tum decocta, tum vina medicata, tum pulveres, tum pilule, tum alijs formæ parari medicamenta, internè assumenda, dummodo in hotum usū pergant ægræ, nam non reddit subito hoc malum.

13. Purgantia cæteraque evacuantia hic per se ac propriè non indicantur, nisi redundant simul in corpore humores quale escunq;

14. Sic venæ sectio nulla hic requiritur aut indicatur, ni concurrat plethora, aliudve in sanguine vitium, sanguinis missione curabile.

## C A P. V.

*De Virilis Seminis admissione aut retenzione adeoque conceptione  
Læsa.*

1. **Q**uemadmodum mas semen suum, ab aliquo quo nullus factus generari potest, naturaliter emittere, ita fœmina illud ipsum admittere ac retinere debet, si concepcionis hoc est, factus formatio sit expectanda.

2. Non admittit virile semen fœmina, si vel in totum imperforata fuerit, vel saltem uteri collum exterius angustius sit, aut internum non hier.

3. Imperforatae sunt fœminæ quibus aut membranæ densæ coaluere aut carunculæ myrtiformes dictæ, aut ipsis supertensa & forinsecus membrana similis.

4. Quibus hoc accidit, iis menstrua quoque

que nequeunt expurgari, unde iisdem sensim ibidem collectis, & abdomen valde distenditur, & eadem membrana deorsum propellitur, uteri prolapsum quodammodo mentiens, atque imperitis, non raro impo- nens, accendentibus à sanguine acriore factis doloribus & lancingationibus atrocissimis, una cum febribus molestis, cachexia & similibus malis pluribus.

5. Quibus autem eadem membrana exiguo tandem foramine patet, aut collum uteri externum valde angustum est circa digestas carunculas, iis menstrua quidem expurgari queunt, non item virilis penis admitti, nec nisi rarissime illius semen admitti atque utero excipi.

6. Nisi enim admodum servat in Venere Vir, haud facile suum semen ibi ab eo effundetur, nec nisi vehementer urat feminina ea descendet collum uteri internum, quo semen virile in se allicet.

7. Quibus internum collum non hiat, iis semen ad ejus fundum infundi admittiq; nequit, sive coaluerit hoc collum ab humore acri erosum, aut in partu difficile nonnunquam abravum excoriatum, sive ab humore valde viscidio & crassio fuerit obstructum & obturatum.

8. Ad-

9. Admissum in uteri fundum semen in eodem non retinetur, vel si vel uteri culpa.

9. Sui culpa non retinetur in utero semen quoties non fœcundum ac aqueum existit.

10. Infœcundum & aqueum existit semen virile, aut ob vitia testium cæterorum, ad ejus productionem concurrentium, aut ob frequentioris ipsius effusionem, invenire immoda, unde necessarium fœcundo semini generando tempus non conceditur, sed crudum & immaturum continuo effunditur, quin purus nonnunquam feminis loco effunditur sanguis & quandoque cum sanguine vita.

11. Ut uteri culpa non retinetur in ipso semen viri, admissum quando laxior existit aut multo sero aquo venere continua laxatur.

12. A Naturali constitutione laxiore existit uterus quibusdam ob arterias nervosque minores ad ipsum accidentes, ideoque minus sanguis vitalis atq; animalium spirituum advehentes.

13. Multo sero aquo laxatur uterus in constitutione corporis simili & cachexia puitosa toties cum sterilitate observata.

14. A

14. A Venere continua laxatur quoquā à scortis aliisque uterus, ita ut semen rarius retineat, nec nisi raro concipient, in proprii enim seminis effusionem cum perpetuo intensus sit earum animus, virili retinendo minus student, nec nisi rarissime concipient aut conceptum fœtum diu retinebunt, quia paulo post ipsum denuo per abortum excludent.

15. Atque hæ primaria mihi videntur conceptionis Læsæ causæ naturales, de Divinis enim non loquimur, quoniam medicorum curæ non subjiciuntur, quanvis non infrequenter habeant locum.

16. Curatio autem pro causalrum varietate omnino instituenda erit, varia in imperforatis enim operatio erit administranda chirurgica, tum perforando tum etiam consumendo membranam præter naturam, ibi existentem, ac non tantum menstruorum affluxum aut congressum viri cum fœmina, sed tantum fœtus perfecti exclusionem impudentem de quibus vide Chirurgiæ Autatores.

17. Facta membranæ apertione evacuandus, si quis haec at ibi sanguis, & quidem non simul & semel, sed partitis vicibus, deinde resti-

restituendæ sunt partes à noxa, quam à stag-  
nante & acriori facto sanguine forsan sunt  
passa, denique cicatrice convenienti impe-  
diendum, ne coalescant vulneratae mem-  
branæ Labia.

18. Idem fere agendum ubi angustior ac  
menstruis expurgandis duntaxat suffici-  
ens adest apertio, cæteris ad generandum  
requisitis insufficiens.

19. Collum uteri internum si coaluerit  
vix unquam curabitur, nisi forsan sensim in-  
trudi queat ei instrumentum calidum sol-  
vens ac reciduum per medicamenta circum-  
satita, & cicatricem inducentia proveniens.

20. Idem collum uteri internum, si à pi-  
tuitaviscida obstructum obturatumve fue-  
rit, hard ita difficulter curabitur, per fo-  
menta vel suffitum humorem pituitosum  
solvēta & simul corroboratia seu aromatica.

21. Semen infœcundum aqueumq; cura-  
bitur Methodo hujus libri capite i. proposi-  
ta ut & abstinentio à nimia Venere.

22. Uterus naturaliter laxior curabitur  
medicamentis aromaticis leniter astringen-  
tibus externis præsertim quacunque ratione  
administratis.

23. Idem uterus in constitutione corpo-  
ris

718 FR. DE LE BOE, SYLVII  
ris universi aquosiore & pituitosiore laxior  
factus curabitur emendando prædictam  
constitutionem & addendo continuo medi-  
camenta uterina dicta.

24. A Venere nimia laxior redditus ute-  
rus curabitur minuendo, sensim nimium  
illud Veneris exercitū, quo paulatim robur  
pristinum adquirat uterus, addendo simul  
externè aromatica & blande astringentia.

### C A P. VI

*Defœtus in Utero Generatione Læsi & Quo-  
borum Fastidio, Nausea, Vomitu,  
& Abortu.*

1. **P**lerisque fœminis mox è paulo post  
factam conceptionem accidere so-  
let certorum ciborum calentium præsertim,  
fastidium & aversatio una cum nausea & vo-  
mitu aliquando perpetuo, sèpius primis ge-  
stationis mensibus ac manè gravidas vexans.

2. De hac molestia non parum solent  
conqueri fœminæ, quamvis rarius levamen  
notabile inveniant, rarissime interdum li-  
berentur.

3. Fastidii ergo hujus causam puto san-  
guinem circa uterum post graviditatem sta-  
gnantem nec in principio fœtui alendo fer-  
vien-

PRAXEOS MEDICÆ LIB. III. 719  
vientem atque stagnatione sua corruptum,  
iterumque languinis massæ communicatum  
illam una cum cæteris humoribus inficien-  
tem, sicque huic fastidio ansam præbentem,  
quini mò non raro etiam naufragia ac vomi-  
tum producentem.

4. Arbitror enim & bilem & succum  
pancreaticum imprimis ab hocce sanguine  
inquinari, atq; idcirco intenui intestino ef-  
fervescentiam efficere à qua sursum ad ven-  
triculum assurgentes halitus & fastidium, &  
naufragia, & vomitum crepent, sive vacuus  
sunt, sive non, ita fastiditis alimentis plus mi-  
nusve repletis ventriculus, vehementius au-  
tem vomitum nonnunquam consequi solent  
abortus, quamvis rarius is contingat, nì la-  
xior simul sit uterus, debiliorve fœtus aut a-  
nimis motus gravis corporisque agitatio ve-  
hemens, casus præsertim, coincidat.

5. Curabitur hoc fastidium, si ante conce-  
ptionem quoties licet corpus præstetur sa-  
num, si post conceptionem halitus vitiosi e-  
mendentur per Aromaticæ fœminis gratiora  
sale volatili abundantia, pro renata & sym-  
ptomatum diversitate mutanda.

6. Nauseam & Vomitum curabunt ea-  
dem, sed additis adstringentibus.

7. Abor-

Abortum prævenient eadem prudenter usurpata, cum & uterum laxum firment, & fœtum debilem roborent, cavendum simul ab omni gravi animi motu, ira, metu ac mœrore, corpus movendo mediocriter, fugiendo agitationem ipsius omnem, ac omne casus periculum.

## C A P. VIII.

## De Partu Læso.

1. Ordinariū & maximē naturale tempus pariendi, & uteri gestationis terminus est finis noni mensis, quamvis & sub fine septimi Mensis sit, ac habetur Legitimus & Vitalis, ut & Mense decimo, undecimo exclusus.

2. Ante septimum mensem visi non raro sunt partifœtus non vero vitales, non paucis post diebus solent languentem vitam cum morte commutare.

3. Octavo mense geniti cur vitales non possint esse nullæ evincunt rationes, & contrarium non raro experientia testatur, licet tales nunc ad septimestres, nunc ad novimestres revocent Medici ex suo pro judicio mense 8. natos pro vitalibus nō admittentes atque matrum rationes male initas dicentes quasi

quasi verò certius generationis tempus determinare possent, præoccupati medici, quam imprægnatæ fœminæ & quidem plurium liberorum matres.

4. Omnes autem ante septimum mensem nati habentur abortivi.

5. Aliquando Duodecimo gestationis mense Completo fœtum observavi Languidum ac fœmina 8. vel 9. liberorum matre, atque maritum Domi habente, natum, ne quis de fraude aliquid queat suspicari.

6. Hic partus lreditur modis variis & 1. cum nullus fit, 2. cum præcipitatur tandem & nimis subito fit, 3. cum protrahitur & segnius fit, 4. cum difficilis procedit, 5. cum citius accidit in abortu, 6. cum Serius evenit, 7. cum præpostere contingit, 8. cum imperfecte fit.

7. Ad partum naturalem perficiendum plura requiruntur, & 1. quidem fœtus perfectio, 2. ejusdem robur, 3. ejusdem cōnatust ad exitum, 4. matris itidem vigor, 5. uteri cæterarumque partium abdomen coarctantium conatus ad exclusionem, 6. apertio & explicatio sufficiens colli interni & externi uteri, ut & ossium pubis fœtui transsum concedens, quibus pluribus vel pau-

ctoribus non rite se habentibus contingere  
solent partus prænominatae lœsiones.

8. Nullus ergo fit partus tum ob fœtus infirmitatem, aut mortem, tum ob matris debilitatem, aut etiam mortem, tum ob deficientem uteri, diaphragmatis & abdominis muscularum conatum & motum, tum ob insufficientem colli utriusvis uteri hiatum, tum ob minus minimeve explicata pubis ossa, tum ob aliquas excrescentias osseas præsertim in prædictis viis existentes extumque fœtui præcludentes.

9. Præcipitatus & nimis citò procedit partus, tum ob fœtus robur & quandoque angustias, tum ob matris & robur & anxieties, & patentem uteri, diaphragmatis & abdominis muscularum motum, tum ob vias omnes patentiores.

10. Protrahitur segniusq; procedit partus, tum ob fœtus languorem, tum ob matris debilitatem, & in primis uteri & abdominis muscularum infirmitatem & contractionem imbecillem ac segnius remittentem, tum ob vias Angustiores.

11. Difficilius procedit partus concurrens fœtu robusto vel ob anxieties sumas extum vi quærente, matre autē infirmiore anxieta-

xietibusve valde pressa, & tantum non oppressa, vel viis non satis patentibus aut pariendo conatu sèpius fracto vel interupto & quasi irrito facto, anxieties non raro augentur à flatibus copiosis in crassis intestinis hærentibus atq; non tantū totum abdomen expandentibus, sed & muscularum ejus, ut & diaphragmatis ad promovendum partum requisitam contractionem impedientibus.

12. Citius accedit partus & abortus fit, tum ob fœtus imperfecti adhuc morbum gravem, sumamve debilitatem aut morte, tum ob matris imbecillitatem, camq; vel animi vel corporis vel utriusq; de quibus jam actum Capite præcedenti, tum ob medicamenta purgantia præsertim præpostere, aut potentiora assumpta, vel sanguinem copiosius in pede imprimis missum.

13. Serius tardiusque contingit partus tum ob fœtus imbecillitatem, ideoque conatum minorem, tum ob matris debilitatem sensumq; torpidorem aut obstacula in viis occurrentia.

14. Præpostere contingit partus, quoties non Capite pronosese offert fœtus, verum aut utramque aut alterutram manuum, aut pedum alterutrum, aut utrumque, aut

aut nates, aut ventrem orificio uteri apponit, sicque egressum querit quod imprimis accidit postquam fetus morbidus existens sua membra externa consuetam complicationem explicuit, atque casu nunc hac nunc alia corporis sui parte circa uteri orificium sita exitum affectat vel mortuus conatus destitutus proprio.

15. Imperfecte contingit partus quando vel caput, vel manus, vel pes, extra matris uterum propendet, ac reliquo corpore intra ipsum hærente, intra illas angustias sistitur infans, quod evenit plerumque quando fetus infirmus est aut mortuus, & mater languet, ac viæ angustiores sunt vel iterum angustantur, in medioque pariendi conatus deficit mater, unde quod prodiit, jam extra uterum manet exclusum reliquum in eodem conclusum.

16. Ubi nullus contingit sponte partus ante promovendo tum roborando fetus & matrem per medicamenta aromaticâ & spirituosa, tum excitando ob exclusionem fetus aut secundinarum, tum emolliendo cartilagines ossa pubis colligantes, tum amovendo excrescentias præter naturam in vii existentes.

17. Ad

17. Ad fœtum matremque roborandos conductet sequens aut similis mixtura subinde cochleatim assumenda, quæ

*Aq. puleg.* 3 iij.

*vit. Matth. vel antepilept.*

*Amstelod.* 3 ij.

*Tinct. cinamom.* 3 iij.

*Syr. artemis.* 3 ij.

*M.*

Sæpe à tali mixtura puerperæ languentes excitatae feliciter pepererunt, ubi dolores valde angunt commode addentur laudani opiat gran. ij. Ubi uteri suffocatione dicta ante vel post partum affici solet feminæ utiliter admiscetur, *Aq. hyster. Amstelod.* 3 fl. aut *Tinctura castor.* 3 j. Hac enim ratione vires tam fetus quam matri languentes reparabuntur, siccq; partus facilior curabitur.

18. Quoties ardore febrili aut siti vehementi urgentur feminæ parturientes, mihi erit spiritusorum & aromaticorum quantitas, & mixturæ erunt aliquot acetii destillati vel aqua alexipharm. Amstelod. vel aq. prophyl. ibidein notæ 3 j. aut spiritus vitrioli, salis, nitri aliquot guttulæ.

Hh 3

19. Ad

19. Ad fœtus secundinariumque propulsione excitabuntur fœminæ, decoctis aut mixturi mensium fluxum promoventibus, ut & borrac. venet. myrrh. rubr. & similib. Ex. gr.

*L.* myrrh. rubr. 3 j.

borrac. opt. 3 iij.

croc. opt. 3 iij.

cinamom. acut. gr. viij.

*M. F. pulvis in 3. vel 4.*

dividendus doses & præscriptæ mixturæ aut vini cochleari impositis unius horæ aut circiter vicibus assumendas.

20. Ad Emolliendum utrumque uteri collum atque explicationi facilitati aptum reddendum conducet, vapor ex decoctis herbis emollientibus assurgens, atque per plures ante partum dies exceptus in quem finem formula sequens esto

*L.* Rad. alth. 3 j.

fol. ejusd.

malv. an. Mi ss.

summit. melilot. M j.

sem. fanigr. lini. an. 3 iij.

Commixta & crasso contusa coquantur ex aqua pura & per horæ quadrantem accubitum itura excipiatur vapor ascendens. Idq; toties

toties repetatur, donec vis exoleta sit plantarum decoctarum, tum enim recentibus est utendum.

21. Ubi hisce medicamentis emolilitæ viæ nondum satis pateant aut queant explicari, opus est nonnunquam instrumentis chirurgicis, speculo matricis & similibus.

22. Ad pubis & vicinorum ossium cartilaginiæ emolliendas inserviet idem decoctum modo præscriptum & imprimis fermenti forma idem applicando pudendo per spongiam pannum velaneum ipsi calenti intinctum & calide adhibitū post inungendo easdem partēs. *Ungu. alth. simpl. & ol. lit. alb.*

23. Excrescentiæ quævis osseæ præsentim ope chirurgi tolli debent, tum instrumentis, tum medicamentis.

24. Ubi prædicta omnia imbecilla deprehenduntur ac fœtus mortuus putatur viventem, tunc quoties licet manus opera elicitus vel integer vel in partes disceptus fœtus adhibitis organis illi operi aptis.

25. Ubi contra mortua est mater & fœtus adhuc vivere putatur, sectione Cæsarea idelicidens & à morte mox subsecutura liberand⁹, quod etiā fieri potest ac debet quando nulla spes superest fœtus excludendi à matre viva.

26. Ubi verò exclusus est vivus vel mortuus fœtus, atque in utero hærent secundinæ, illæ autem ab obstetricice vinculum umbilicale manu tenente, unde ac sensim ab utero separatur & tandem extrahuntur, aut si amplius prehendi nequeant id vinculum, medicamentis superius memoratis semel aut sæpius assumptis expelli debent.

27. In parte placentaे abortum in utero restitante atq; continuum Sanguinis effluxum per aliquot menses comitem habente feliciter evomenda, &cægra festiuenda conveniens observavi sequens Apozema bis tere in die ad 3 iij. assumtum.

*27. Rad. bistort. 3 ij.*

*fol. majoran.*

*puleg. an. M. j.*

*Coq. ex aqua & vino albo an. q. s. in collatu-  
ra 3 xxx. dissolv. Syr. artemis. 3 iij.*

*aq. cinamom. 3 j.*

*M.*

Hujus ope excretum est placentaे fru-  
stum pugnum æquans & simul suppressus  
curatusque Sanguinis fluxus ulterior.

28. Præcipitem fœtus partum retarda-  
re aut impedire haud decet, at mater impri-  
mis quæ tali partui est assueta movenda est,

*ut*

ut domi se contineat circa tempus partus, o-  
mnia necessaria habeat ad manus, & mox  
ad primos partus labores obstetricem vo-  
cet, cum adjutricibus, quin se potius in le-  
cto contineat, quam surgat, minus enim pe-  
riculi & matri, ac fœtui imminet in lecto,  
quam extra ipsum.

29. Ubivero in longum trahitur partus,  
fœtus roborandus, ut & mater per medica-  
menta jam memorata uterus vero & abdo-  
minis musculi validiores fient, tum iisdem  
roborantibus, tum unguentis aut linimentis  
convenientibus illinendo inungendoque i-  
pis universum abdomen & lumbos, in hunc  
usum sequens prodest formula

*29. Ungn. nervin.*

*Ol. laurin. an. 3 fl.  
succin. 3 fl.*

*M.*

30. Viæ Angustiores atque partum pro-  
trahentes magis explicabiles fient vapore  
decocti superioris excepto aut eo ipso per  
pannos laneos pudendo applicato.

31. Difficilis partus redditur facilior mi-  
nuendo fœtus matrisq; anxietates per me-  
dicamenta aromatica & sale volatili abun-  
dantia, uterina præsertim atq; expediendo

*Hh 5*

*via \$*

vias Angustiores per s<sup>e</sup>pius laudatum deco-  
ctum emolliens & promovendo pariendi  
conatum per eadem aromatic<sup>a</sup>, &c. Partum  
accelerantia borrac. myrrh. croc. &c. quo-  
ties à flatibus copiosis intestina una cum ab-  
domine distendentib<sup>9</sup> difficilior existit par-  
tus, enema sequentiam ante partum, quam  
urgente saltem minus partu, injiciendum.

24. Rad. angel. 3 j.

alb. 3 B.

fol. puleg. majoran. 12. M. j.

fl. chamom. rom. M. ss.

Coq. ex f. q. aqua, in colatura 3 viij.

adde bene laxat. 3 ij.

ol. rut. 3 B. M. F.

Clyster & permanente Anguitia semel atq;  
iterum applicandus.

32. Abortus prævenietur usurpando me-  
dicamenta fœtum tenellum ac morbidum  
roborantia s<sup>e</sup>pius nominata Aromatic<sup>a</sup>, &  
leniter adstringentia, ut & matrem languidam  
restaurantia aut similia, vel cavendo,  
moderando saltem omnes animi motus ve-  
hementes, corporisque agitatiōnes fortes,  
abstinendo nec nisi summa necessitate ur-  
gente, usurpando medicamenta purgantia,  
vel venæ lectio præprimis in pede, institu-  
enda.

33. Serius

33. Serius contingens, dilatusque diutius  
partus accelerabitur roborando fœtum ini-  
becillem ut & matrem infirmam in genere  
aromaticis s<sup>e</sup>pius laudatis, addendo quæ  
specialem ipsius debilitatem si quæ concur-  
rat emendent, sive in sensus torpore, aut  
motus impotentia vel paralysi &c. illa con-  
sistat, de quibus agendum alibi; denique re-  
mōvendo si quæ occurrant in viis obstacu-  
la, de quibus jam dictum.

34. Quotiescumque præpostere conti-  
git partus, peritia, dexteritate, atq; pruden-  
tia opus est in obstetricie, quæ partes per-  
peram uteri orificio oblatas convenienter  
avertere atq; ita corpus invertere possit ut  
vel caput, vel manus saltem utraq;, aut pès  
uterque orificio uteri obvertatur, sicque  
quantum fieri potest naturalis pariendi ma-  
dus servetur.

35. Casus difficilis admodum existit, quan-  
do in partu hærent partes quædam cæteris  
intra uterum conclusis difficultas, vero ma-  
xima urget quando in vivis est fœtus, quo  
casu modis omnibus tentandum est ut par-  
tus blande promoveatur, tum per medica-  
menta simpliciter roborantia dicta & aro-  
matica tum per partum excitantia superius  
memorata.

36. Uba

36. Ubi fœtus censetur mortuus, minus periculi est in membrorum propendentium amputatione, quo facilius expellitur reliquus fœtus per instrumenta subinde extrahendus, non neglectis interim medicamentis, tum matrem roborantibus, tum fœtus & secundinarum exclusionem augentibus.

## CAP. VIII.

*De Lochiorum fluxu laeso*

1. Postquam sponte vel arte est exclusus fœtus cum secundinis, soler per dies aliquot plerunque per 3. 4. vel 5. sanguinis uterum implentis ac distendentis fluxus lequi, lochiorum nomine notus.

2. Hic lochiorum effluxus laedi solet quoties 1. nullus, 2. parcius, 3. vel copiosius, vel 4. colore, odore, consistentiâ &c. vitiosus existit.

5. Nullus rarius existit nec nisi cum manifestissimo puerperæ detimento ac vita periculo, ortus imprimis à frigore externo in uterum admisso, collectus autem in uteri cavitate vel substantia sanguis corruptitur, & graves noxas parit. Observamus tamen non nunquam durante partu effluere maximam sanguinis in uteri Paren-

chyma-

chymate prius coacervati partem, atque idcirco parum vel nihil ejus citra notabile puerperæ damnum aliquando postmodum prodire.

4. Parcius effluit quibusdam post partum ex utero sanguis, & quidem nunc secundum naturam in quibus parcius existit sanguis. & parca solent esse menstrua, nunc præter naturam quibus durante partu effluit multus sanguis, vel à frigore externo improvidè tunc temporis immisso obstruēta sunt quodammodo vase, & suppressus lochiorum effluxus vel à febre undecumque superveniente itidem impeditus est idem fluxus.

5. Copiosius procedunt lochia, vel ob vi avulsam placentam cum secundinis, vel ob laxitatem vasorum in utero existentium, vel ob sanguinem Fluidiorem aut per se ita existentem aut à medicamentis alimentisve medicamentosis perperam ante vel circa partum usurpati talem factum.

6. Mutatur lochiorum color & odor & consistentiâ in primis ob sui in utero retentionem, unde nunc nigricat, nunc pallescit, nunc plus minusve fœtet, nunc tenuior, nunc crassior, nunc acris, nunc blandus existit.

7. Cu-

7. Curabitur in totum suppressus lochiorum effluxus ab externo frigore ortus i. exhibendo mox sudoriferum ex incidentibus & attenuantibus item aromaticis & salibus volatilibus constantibus quibus coagulati in utero humores denuo solvantur & viæ aperiantur.

8. 2. Applicando enema itidem aperiens atque solvens, cuius tanquam fomenti ope blande incidatur solvaturq; pituita in uteri vasis hærens, quin satius erit præmittere hoc enema, & ipso excreto exhibere sudoriferum moderatum eodem tempore.

9. 3. Fovendo partes inferiores decocto plantarum itidem aperientium & solventium pituitam.

10. 4. Inungendo partes easdem oleis & unguentis similibus, oleo puta chamaeti, aneth. nard. lil. alb. &c. Ungu. martiat. alth. compos. & similibus.

11. Ubi frustra administrata fuerunt hæc remedia & adest in corpore aliqua sanguinis copia, s. sanguinem mittendo in talo alterutro vel utroq; quo deorsum erga uterum quoq; versus feratur potentius sanguis, vel is saltem in corpore restitans minuatur, sicque graviora mala præveniantur, neque enim puto ex arte mox ante sudorifera exhib-

bita & enema injectum venam secari, postquam obstrucțio prius tollenda est, quam fluxus expectandus plethoræ minuendæ ergo instituatur.

12. Ubi copiosus effluxit durante partu sanguis, cavendum est à prædictis auxiliis, si frigus quoq; admissum male affecerit uterū, quo casu exhiberi possūt sudorifera, aromatica, & in ungib[us] abdomen oleis & unguentis præfatis. sanguis autem non mittendus nisi plethora comite & tunc pro renata nonnullam in brachio potius quam in pede, ni circa uterum aliquid sanguinis hærente patet ex dolore aut tumore hypogastrii.

13. Quibus secundum naturam & ob sanguinis defectū, lochia solent fluere parcius, si nulla vi urgendus ipsorum fluxus postquam ipsi exsistere talis solet innoxius.

14. Quibus durante partu sanguis effluxit copiosus, si itidem non urgendus hic lochiorum fluxus quippe jam factus.

15. Quibus vero impeditus est ab externo frigore requisitus lochiorum fluxus, illis augebitur auxiliis, modo in eorumdem suppressione propositis, quibus hic quam ibi facilius obtinebitur quod queritur.

16. Quoties à superveniente puerperæ aliquia febre diminutæ fluunt lochia, illis pro-

febris diversitate curanda diversimode, hac  
enim curata non ita difficulter copiosius ef-  
fluent lochia.

17. Copiosius effluentia lochia ob vi-  
vulsam cum secundinis placentam, læsamq;  
adeo internam uteri superficiem 1. curabi-  
tur assumptis medicamentis excoriationem  
illam sanantibus, & sanguinis effluxum si-  
stentibus, sive hoc fiat mistura, sive Apoze-  
mate secuturo.

*24. Aq. plantag. 3 i. B.  
antepilept. Amstelod.  
acer. destill. an. 3 i. B.*

*lap. hemat. 9 i. B. vel sangu. drac.*

*corall. rub. 9 j.*

*Laud. opiat. gr. iv.*

*syr. myrt. 3 ij.*

*M.*

Accipiat subinde hujus misturæ agitatæ  
cochlear j. cuius ope sistetur fluxus & sana-  
bitur excoratio.

18. Decoctum sequenti formula præscri-  
batur.

*24. Rad. torment.  
bistort. an. 3 ij.  
fol. consol. maj.  
majorana.*

*sanic.*

*pyrolæ.*

*summit. hyper. an. M. j.*

*Cog. ex aq. ferrata in Colatura 3 xxx.*

*dissolv. syrup. de sympath. Fern. 3 iiij.*

*aq. antepilept. aut hyster. Amstelod. 3 vi.*

*M.*

De hoc decocto sumat bisterve in die æ-  
gra haustulum ad 3 iiij. donec sistatur san-  
guis copiosus ex utero effluens.

19. Ubi ob Vasorum laxitatem copio-  
fius lochia fluunt, idem conductet apozema  
modo præscriptum, quippe vasa blande si-  
mul adstringens.

20. Ubi ob sanguinem serosiorem con-  
tingit copiosior lochiorum fluxus, quoties  
nil obstat, hydragogo minui poterit feri co-  
pia vel saltem sudorifero benigniore.

21. Ubi à medicamentis acrioribus spi-  
ritu vini, vel simplici, vel anisato vel junipe-  
rino ex more pravo plebejarum abundan-  
tius instantे duranteve partu usurpatis a-  
crior factus est sanguis, temperandus idem  
sequenti aut simili decocto.

*24. herb. malv.*

*semperferviv. Maj.  
solan. an. M. j.-*

acetos. an. 3 ij.

aquileg. 3 iiij.

papav. alb. 3 ij.

**Cog. ex aqua pura, in Colatura 3 xx.**  
**dissolv. Syrup. portulac. 3 iiij. f.**

fp. nitr. gutt. x.

M.

hujus decocti 3 iij aliquoties in die assūmat  
puerpera non neglectis cæteris, si quæ simul  
concurrent symptomatibus, quorum ratio-  
ne non raro sunt varie immutanda quævis  
medicamenta.

22. Color odor que lochiorum immutat-  
tus signa sunt ferè aliorum concurrentium  
affectionum, quibus medicamenta debentur  
propria, non item illis qualitatibus sensi-  
libus propriis, ex quibus ad naturalem sta-  
tum redactis dignoscitur affectus primarii  
curatio.

23. De acrimonia lochiorum jam actum  
modo, cui pro causæ efficientis varietate,  
varia debentur medicamenta.

24. De tenuitate sanguinis per lochia ef-  
fluentis jam quoq; actum; crassities autem  
ipsius aucta curabitur medicamentis aro-  
maticis, & sale volatili constantibus saepius  
laudatis & propositis.

*De Doloribus post partum.*

1. FRequens molestumq; puerperis sym-  
ptoma sunt dolores post partum ipsis  
accidentes, atque uteri regionem imprimis  
occupantes, nonnunquam tam graves, ut  
febris & delirium inde oriatur, & ipsæ pro-  
ficiatis viribus nonnunquam pereant.

2. Hos dolores arbitrantur quædam mu-  
lieres puerperis esse utiles, ad lochia promo-  
venda, sed male; cum omnes debilitentur,  
nec minus prodeant feliciter lochia non do-  
lentibus, quam dolentibus, quin non raro  
supprimantur ob vehementiam doloris lo-  
chiorum fluxus.

3. Horum dolorum causas puto ego va-  
rias existere, aliquando nexum arteriæ  
placentæ cum utero, à qua dum vi avellitur,  
dolor in uteri superficie excoriata excitatur  
aliquando humores acres in corpore uni-  
verso, aut circa uterum saltem existentes, at-  
que in suo cū lochiis effluxu, partes ex par-  
tu teneriores factas mordentes, & acrimo-  
nia sua rodentes aliquando in suppressis ab  
externo frigore lochiis, à flatibus uterum &  
intestina distendentibus, vel humoribus a-  
cribus ibidem retentis & rodentibus.

4. Cum dolores admodum urgent festinandum in curatione ad narcotica, quæ non tam sensum reddunt torpidorem, at insuper humorum acrimoniam temperant, additis semper aliis humores quoque acries temperantibus, flatusque discutientibus, vel obstruktionem in utero solventibus, vel uterum excoriatum sanantibus, nimiumve lochiorum fluxum compescentibus, plures namque uno eodemq; possunt præstari medicamento, mixturæ cochleatim assumenda formulam hic commodissimè usurpando.

5. Prioribus quatuor indicationibus sequens serviet formula

*Y. Aq. pulieg.*

fæn:c. an. 3 j.

byster. aut antepilept. Amstelod. 3 fl.

laud. opiat. gr. iij.

Syr. artemis. 3vj.

ol. succin. gutt. ij.

*M.*

6. Sialiquis calor Molestus adsit comes, addantur spiritus vitrioli gutt. vj. vel x. aceti simpl. vel compos. 3 fl.

7. Ubi excoriatus simul est uterus, vel saltē talis metuitur, & lochia fluant liberius, commodè addi poterit, sangu. dracon. vellap. hæmat. 3 fl.

8. Cætera verò medicamenta puta purgantia, sudorifera, Venæ sectio & similia plura pro re nata & caliorum affectuum praesentia, vel absentia poterunt quoque admistrari vel omitti.

9. Placentæ cum utero nexus minuet, ejusdemque faciliorem separationem profiniebit, ol. lil. albor. in quo infusi fuerint apices eorundem lutei in medio flore à staminibus dependentes, si hoc locus dolens postremis gestationis mensibus inungatur à prægnante cibitum itura.

### CAP. X.

#### *de Lactis generatione laſa.*

**N**on individui causa & in fæminæ usum, sed speciei ergo & in nati infantis commodum producitur in mammis lac.

2. Hæc lactis productio læditur 1. cum nullum generatur, 2. cum paucum; 3. cum nimium, 4. cum vitiosum & sapore, calore & consistentia peccans.

3. Nullum producitur lac vel mammorum vitio vel sanguinis culpa.

4. Mammarum vitio deficit lactis generatio, quando desunt in ipsis glandulæ sanguinem

guinem in lac mutantates aut ineptæ sunt ad illam mutationem absolvendam. Licet magnam partem ignoretur forsan illa vis à qua in lac mutatur sanguis; suspicor ego quidem illam consistere in aliquo acido, sed modo singulari se habente, mihique adhuc ignoto; & aut in glandulis mammarum parato, aut aliunde eo delato.

5. Ex sanguine autem generati lac, nullus dubito, qui tam sæpè cum aliis observavi, nunc sponte nunc ex continua molestia lactatione, lactis loco purum sanguinem exsugi, quemadmodum in nimia vena solet seminis loco sanguis effundit, utrinusq; natura, sed necessario tempore in lac vel semen mutand⁹.

6. Quæ alii de chylo aliove liquore ad mamas delato narrant, videntur referenda ad raro contingentia, cū non semper possint observari; Non evertunt saltē illa quæ certa & manifesta omnib⁹ constant experientia, mihi certè absurdū videtur ex quibusdam experimentis non semper aut satis patentibus velle aliquid concludere, contra ea, quæ in omnib⁹ & semper & abundè sunt manifesta.

7. Sanguinis ergo culpa poterit etiam deficere in māmis lac, si ad ipsas non deferatur, vel sui, vel viarum vitio; si nempe ineptus sit ad

ad lactis formam suscipiendam, quod tam rariſſimum; vel si detur, viæ darentur, aut obstructæ aut dissectæ.

8. Paucum producitur lac in mammis itidem à mammarum aut materiae culpa.

9. Māmarum culpa id fiet si paucæ, si exiguae, si inertes aut minus aptæ fuerint mammrum glandulæ, ad sanguinē saltem in lac mutandum, si à succo acidiusculo aliunde delato hic paretur lac ex sanguine aut ad ipsum insuper succum acidiusculum parandum, si in insdem parari habeat necesse.

10. Materie seu sanguinis, ex qua paratur lac, culpa, paucum generabitur lac, si vel ipse sanguis minus aptus sit mutari, in lac vel non sufficiens accedat sanguis ad mamas, idque aut ob sui in corpore defectum, aut ob vasa pauciora eo delata, aut ob eadem aliquæ sui parte obstructa, dissectave.

11. Qualis ineptitudo in sanguine possit existere, ut minor ejus copia in lac mutari possit, difficile erit asseverare; quod si ab acido qualicunque pendeat illa mutatio; quicquid acidum illud infringere aut eludere aptum natum est, illud idem in sanguine abundans ipsum ineptum faciet, ad lactis formam accipiendoam, si sit pituitositas viscida, sive serositas salsa, sed suo modo

peccans, cum obseruentur fæminæ & pituita viscida & sero salso abundantes, in quibus lac producetur, non semper quidem parcus, sed aliquando qualitate sua duntaxat vitiosum.

12. Nimirum copia producitur in nonnullis lac, & ita quidem ut marcescant inde, sensimq; deficiant & conficiantur mulieres tales, imprimis quando sponte iisdem lac effluit continuo è mammis, unde magis tunc debilitantur.

13. Nimius lactis proventus debetur aut sanguini in lac mutari aptissimo, aut mammarum contentorumve constitutioni sanguinem in lac mutare solite potentiori, aut utrique.

14. Sanguis valde laudabilis & optimus huic mutationi existit aptissimus.

15. Mammæ glandulis mollioribus praeditæ aptiores observantur lactis generatio- ni promovendæ.

16. Inter contenta suspicor succum suo modo acidum concurrere ad lactis genera- tionem.

17. Ab horum ergò uno, aut pluribus, vel omnibus in gradu excellenti bene se habentibus censéo deducendum nimium la-  
cis

cis proventum; Sive ab illo retento, nec su- cto distendantur mammæ, sive ab eodem spon- tè effluente, collapsæ obseruentur cædem.

18. Sapor lactis desideratur dulcis & qui- dem dulcedine lacti omni peculiari, non sac- charatâ, sed penè insipida, unde si falsum vel amarum observatur lac, id sapore judicatur vitiosum.

19. Salsus lactis sapor debetur sero in sanguine existente salso.

20. Amarus lactis sapor debetur non bili sanguini admixta, & tali in ejus sero existen- ti, cum haec tamen nunquam amarorem gu- statim, in sero sanguinis per venæ sectionem educti, ne quidem in ictero, nec ab alio gu- statum audiverim, sed aut eidem in main- mis deovo per alterationem novam abad- mistis secreta aut peculiari corruptioni, alteratio nova in mammis facta, dum in lac mutatur sanguis, contingent; Sive ab ipso sanguine vitioso, sive à fermento lacteo ca- debeat accersiri corruptio.

21. Color lactis humani laudatur quo- ties ex cæruleo albescit, à quo recedit, quo- ties ad flavedinem, aliumve colorem defle- cit, quamvis flavedinem illam, unde certò deducam iguorem,

22. Laudatur lactis consistentia media; culpatur tenuior ac fluidior, vel lentior vel crassior.

23. Fluidius tenuiusque existit lac, tum ob majorem ferri copiam in sanguine, tum ob fermentum acidum dissolvens aliquans nimium, generandum ex sanguine lac.

24. Lentius crassiusve evadit lac, quod ex sanguine producitur, sero paucō prædicto, vel à fermento minus acido & acri.

25. Deficiens lac ob defectum glandularum in mammis à malo dependet incurabili.

26. Ineptitudo glandularum defectus lactis causa existens, curabitur empiricè per usum experta medicamenta forinsecus usurpata, & imprimis concurrente blando mammarum affrictu dogmaticè; cognito prius in quo consistat glandularum ad lac generandum aptitudo, quod me adhuc latet, licet acidum modo peculiari affectum ad illam mutationem simul requiri suspicer, an verò aliquid præterea in mammis desideretur ignoro.

27. Sanguis deficiens in mammis ob va-  
forum absentiam curari nequit.

28. Ubi sunt obstructa vasa, externis re-  
feranda, frictionibus, fomentationibus, li-  
nimen-

nimentis, unguentis, emplastris aromatica continentibus, de quibus non semel actum.

29. Ubi dissecta sunt vasa majora vel incurabile erit malum, vel ferri tantum & ex parte curabile, quatenus vasa minora sensim possunt ampliari & majorem quam prius sanguinis quantitatem ad mammae deferre.

30. Parcius in mammis genitum lac au-  
gebitur, si paucæ aut exiguae fuerint glan-  
dulae, continuato per intervalla frictu blan-  
do, una cum linimentis vel unguentis aro-  
maticis, quale martiatum; hac enim ratio-  
ne in molem majorem sensim excrescent  
illa glandulae.

31. An iisdem auxiliis glandularum in-  
ertia emendari queat, non ausim afferere,  
quamvis suspicer non sine fructu aliquo hæc  
posse tunc administrari, & imprimis si cum  
aceto & oxymel, scyllitico denuò cocta  
& præparata fuerint unguenta aromati-  
ca.

32. Pleraque sanguinis vitia parciori la-  
ctis generationi ansam præbentia modo  
fuere proposita & illorum remedia tribus  
verbis enarrata.

33. Quomodo sanguinis visciditati pituitosæ aut sero falso succurri debeat, dictum est in superioribus.

34. Nimius lactis proventus ex sanguine optimo proveniens vix commodè curabitur, nisi rariore lactatione & ab illa cessandum in tempore.

35. Mamarum constitutio lactis generationi uberiori ansam præbens curabitur certius, quando aliquid nobis certò de illa constabit, quamdiu a. in illa hæremus, satis est lentè, quā festinanter in quibusvis usur pandis progredi, neque enim semper bis datur peccare, à quibus ergo aliquid auxiliū experiuntur lactantes, in ipsis persistendum, quin secundum eadem ad efficaciora gradatim est ascendendum, quæ sic facilius excogitabuntur.

36. Quoties falsum prodit lac, seri falsi redundantia in corpore tum corrigenda, tum educenda, de quibus actum jam alibi.

37. Amarum lac curabitur educendo è corpore bils materiam, cum ex ipsa malum hoc dependere maximè videatur probabile, cum confirmet experientia à cholagogis commodum accedere ægris.

38. Quod

38. Quod si ulteriori indagine constare possit, de alicujus humoris in corpore existentis & partem biliosam sanguinis, cum amarore suo penitus lactis unientis vitio peculiari, daretur forsitan occasio remedium quoque illud corrigens inveniendi, & sola alteratione malum hoc curandi.

39. Color lactis ex cæruleo albescens, si mutetur in flavum, observanda erunt alia simul concurrentia in ægra incommoda & symptomata, quæ illis materia fiat convenientissima, & simul cum cæteris emendetur hoc lactis vitium, neque enim semper unus tantum in corpore occurrit affectus, sed plures mutuū inter se consensem habentes.

40. Ubi fluidum & tenue nimis existit lac, ob seri copiam majorem in sanguine, hoc hydragogis minuendum est, atque nova ejusdem productio impedienda medicamentis alterantibus & corroborantibus ditis præsertim aromaticis.

41. Ubi idem ob fermentum acidius acrisque contingit, medicamentis aciditatem infringentibus & temperantibus & concentrantibus curandum erit hoc malum.

42. Ubi contra lentius crassiusque existit lac ob seri defectum in sanguine, illud ipsum

li 3

augen-

augendum erit usu aqueorum & sale volati-  
li mediocri præditorum aliquandiu usurpa-  
torum.

43. Ubi idem à fermento minùs acido &  
inertiō pendet hoc, usurpatis aliquantis per  
acidis sed volatilibus aut volatilibus junctis  
corrigendum & acuendum sinapi puta raph.  
rusticano, cappar. genista & sambuci non  
dū explicatis floribus & similibus acido con-  
ditis & condimenti loco assuntis & sufficien-  
te quantitate cum alimentis.

## C A P. XI.

*De Lactis Motu Læso.*

1. Non sufficit parari lac in mammis, sed  
insuper opus, ut lac illud tum per  
mammarum tubulos feratur ac moyetur  
ad papillas, tum per papillas effluat fo-  
rás.

2. Hic lactis motus naturalis lreditur i.  
quando nullus fit, sed lac in mammis stagnat  
ac permanet: 2. Quando insufficiens fit. 3.  
Quando nimia copia & sponte effluit. 4.  
Quando per vias inconvenientes effluit; 5.  
Quando corruptum & in pus mutatum ef-  
funditur.

3. Stagnat in mammis lac tolliturque ejus  
per

per papillas effluxus, vel ipsius lactis coagula-  
ti, grumescentisq; culpa, vel viarum per quas  
effundi debet, obstructarum vitio.

4. Coagulatur & concrescit lac in mam-  
mis, quemadmodum extra ipsas ab omni  
acido, undecunque accidente, auctore, sive  
hoc fiat à mætore, aut terrore gravi, sive ab  
acido perperam forinsecus mammis adpli-  
cato, sive ab aëre frigido & acri mammae su-  
stantes fériente, aliave causa qualicunque.

5. Vias lactis obstruit, lac in illis concre-  
scens, ac coagulatum ibique hærens & qui-  
dem à causa leviore, quam ut lac omne, aut  
pars ejus maxima inde coaguletur.

6. Partius efflit quādī decebat per pa-  
pillas lac, tum ob sui crassitiem, tum ob via-  
rum angustiam, unde ni mox curetur malum  
hoc, transit in totalem lactis stagnationem,  
motusque sublationem.

7. Observatur tamen cùm variæ glandulæ  
constituant mammas, accidere sèpè nume-  
ro, ut in quibusdam glandulis stagnet, si sta-  
ture lac non item in aliis, unde tam fre-  
quenter fiunt permanente lactis effluxu in-  
flammationes & quidem non raro simul plu-  
res in diversis mammæ partibus.

8. Quemadmodum enim sanguinis ita & lactis stagnationi accidit inflammatio in mammis.

9. Crassioris & viscidioris lactis cavae propositius capite proxime præcedente.

10. Viæ angustiores sunt plerumque à tumore vicino in papillis existente.

11. Copiosius quam decebat lac effluit & quidem sponte ac per papillas, tum ob hoc copiosius ac fluidius de quo capite superiore, tum ob vias in pupillis hiantes, nec protruit decebat, conclusas.

12. Nota enim naturaliter claudi ductus lacteos in papillis existentes, nec concedere lacti egressum, in fugientis lactentis vel labiis, aut cuiusvis digitis comprimatur circa sui radicem papillæ; Atque hac ratione exprimatur blandè ni ipsarum ductibus lac, quod iterata illa compressione exprimitur per vices ac successivè. Qualis autem sit fabrica istorum ductuum distincta, haec tenus ignoro quamvis suspicer sui generis valvulis hoc perfici.

13. Per vias inconvenientes effluit lac, quoties non per papillarum ductus lacteos, sed ulcera & apertiones in papillis aut ipsi mammis sponte vel arte facta profuit lac, quod

quod frequenter accidit in mammarum inflammatione & suppuratione grandi profunda & sèpiùs aperta, unde lœsis simul uno pluribusque lacteis ductibus effluere solet una cum pure lac & curam reddere diffiliorem.

14. Corruptum & in pus mutatum effluit lac, tum aliquando per ipsas papillas, tum sèpiùs per apertum quovis modo in mammis apostemia, & quidem post inflammationem, atque lactis vel sanguinis suppurationem, hoc est in pus mutationem.

15. Causa hujus suppurationis est lac vel sanguis stagnans in mammis, de quo jam dictum paragrapho 3 quemadmodum de ipsa inflammatione lib. i. cap. xl.

16. Lac in tota mamma vel in quibusdam ejus glandulis stagnans; Si per inflammationem ad sui suppurationem vergat, mox medicamentis externis incidentibus, attenuantibus, ac resolventibus indiget, quibus si præveniri aut impediri suppuratione nequit, admovenda ista quæ ipsam promovent.

17. in hunc finem usurpari possunt olea, linimenta, unguenta, emplastra, & imprimis cataplasma sine pinguis preparata, cum multa pinguis ferre nequeant.

18. Oleosa convenientiunt sili. albor. amygd. dulc. chamam. aneth. nardin. Unguentum alth. simplex ac compositum; Emplastræ & de mucilagine & de spermate ceti &c. uti dictum cæteris omnibus præferendum cuius descriptionem dedimus lib. I. cap. XL. cataplasinata convenientissima ibidem proposuimus, uti cætera quoque suppuratione facta, & aperto in tempore apostemate utilia sunt præscripta.

19. Iisdem oleis & linimentis ex oleo atque unguentis præparatis ut & fotibus & cataplasmatibus viarum obstructio solvetur.

20. Causæ externæ tum fortuitæ, tum in sex rebus non naturalibus consistentes visitandæ, ne malum augeatur, vel salem multorum vim eludat.

21. Parciùs segniusque prodeuntis lactis curatio partim cum jam dictis coincidit, partim ex iis, quæ superiori capite dicta sunt, peti debent.

22. Sic copiosior & spontaneus lactis effluxus curabitur secundum ea, quæ præcedenti capite sunt allata, qui vel ductuum lacteorum flacciditas (ob quam continuò extillat lac) emendari queat dubito, nisi fotu forsan blandè adstringente, (bistorta mentha

thæ juncta) & aromatico minimè acidō rosis rubris id obtineri possit.

23. Lactis per vias inconvenientes effluxus curabitur curatis aperturis præter naturam in mammis aut papillis existentibus.

24. Corrupti atque in pus mutati lactis effluxus curabitur mundato & consolidato ulcere, jam restitutis in integrum mammis, de quo jam actum.

## C A P. XII.

### *De Lactatione Læsa.*

1. Actatio est lactis in mammis produceti per papillas infantis suetu allectio.

2. Requiritur proinde ad lactationis integratatem aliquid à parte mulieris lactantis; aliquid à parte infantis lactentis.

3. A parte mulieris requiruntur 1. papillæ & longitudine & crassitie mediocres, non minus breves, tenues aut crassæ. 2. Tubuli lactei per ipsas papillares patentes. 3. Papillæ integræ non rimis ac fissuris hiantes, non tumoribus ac inflammationibus dolentes.

4. Affluxus lactis laudabilis, moderatus, non justo parcior aut copiosior.

4. A parte infantis requiruntur 1. labia integra & mobilia. 2. lingua volubilis freno

- 756 FR. DE LE BOE, SYLVIA  
no haut retracta, 3. Respiratio per nares in-  
tegra & libera.
5. Lactatio proinde lædi potest, vel la-  
tentis vel lactantis culpa.
6. Lactantis culpa, quando 1. papillæ de-  
sunt, aut nimis breves, & exiles, aut contra-  
nimis crassæ existunt.
7. 2. Quando tubuli lactei per papillas  
non satis patent, sed obstructi sunt, aut ali-  
ter angustati.
8. 3. Quando papillæ fissæ sunt aut ul-  
cusculis scacent, aut alias dolentes ab in-  
flammatione.
9. 4. Quando parcior vel liberalior es-  
lactis affluxus, unde frustra se torquet infantis  
insugendo, vel suffocatur fere à nūcio lactis  
effluxu.
10. Infantis culpa læditur 1. quando in  
labiis leporinis dictis aut eorundem vulne-  
re hiscunt, ab invicem labia utriusque vel  
alterutrius & superioris frequentius partes  
laterales, unde comprimi nequit papilla;  
vel paralysi laborant, eadem labia, ut &  
convulsione motu convulsivo.
11. Quando 2. lingua moveri nequit, ac  
papilla circumvolvi, aut satis exporrigi ad  
fuctum perficiendum, & imprimis ob fræ-  
num
- PRAXEOS MÈDICÆ LIB. III. 757  
num linguæ brevius, aut aphthas in lingua  
aut labiis hærentes.
12. Quando 3. in gravedine aliove simili  
affectu, non satis patent admittendo inspi-  
ratione aëri nares, unde necesse habent in-  
fantes ad aërem inspirandum os aperire, at-  
tue à fuctu cum molestia desistere.
13. Quoties lactatio ex papillarum de-  
ficit, incurabile malum existit.
14. Breviores ac in maminis latentes at-  
tue exiles papillæ sensim solent sursum ex-  
 crescere, atque tandem aptæ reddi.
15. Nimis crassa grandesque papillæ, iis  
quintaxat infantibus conducunt, quibus à  
atura os contigit grandius, cæteris mole-  
x sunt, ac minus aptæ, minui namque non  
sunt.
16. Tubuli lactei papillarum obstructi  
angustati evadunt liberi curata obstru-  
tione, vel humore angustante; de quibus  
d. cap. præcedens.
17. Papillarum fissurum curabuntur im-  
mixtis balsamo peruviano, vel oleo ceræ  
è parato, si unâ illis instilletur vel subinde  
inatur guttula.
18. Ulcuscula & ardore papillarum sanat  
qua calcis vivæ cum mercurio dulci deco-  
cta

758 FR. DE LE BOE, SYLVII  
cta & applicata, 3j. mercurii cum pinta a.  
quæ.

19. De parciore ac liberaliore lactis efflu-  
xu vid. capita duo proximè præcedentia.

20. Labia infantum leporina curari de-  
bent à chirurgis arte & industria eleganti, li-  
berando plus minus pro re nata ipsa labia à  
partibus sub jacentibus, excoriando partes  
uniendas, adducendo eas ad invicem, sieque  
continendo simul, denique conglutinando  
ipsas inter se & cum partibus subjectis.

21. Vulnerata labia adducenda sunt simul  
& connexa conglutinanda.

22. Labiorum patalysis convulsio & mo-  
tus convulsivus qui curari debeat pete ex li-  
bro secundo.

23. Linguae frænum brevius amputan-  
dum, ut exporrigi queat & facilius papilla  
circumplicari ad fügendum.

24. Inspiratio infantis fugentis per narcs  
impedita in coryza citrabitur imprimis suffi-  
tu succini & mastich: atq; inunctione exter-  
na & interna natrum cum butyro recenti, vel  
unguento rosato.

25. Lingua & labia infantis fugentis aph-  
this scatentia, præter medicamenta aphtha-  
rum causam deorsum repellentia, & impri-  
mis

PRAXEOS MEDICÆ LIB. III. 759

mis syrup. De cichor. cum rheo per inter-  
valla cum aqua fæniculi exhibitum deside-  
rant ut & syrupum violarum, portulacæ vel  
rosat. solutivum subinde ori inditum, vel  
mixturam ex ovi vitello conquassato cum  
aqua rosat 3jjj. & saccharo tantillo ad gratiā  
in graviori ferme affectu, ut & subinde succum  
semper vivi maj: cum aqua rosat. dissolutum  
& syropo violarum vel jujubarum vel simili  
edulcoratum.

F I N I S.



IN-

INDEX RERUM & VERBORUM.

Alvi fluxus chylosus quid

97.

aliera

ibid.

caliaca species.

ibid.

biliosus.

ibid.

pituitosus.

ibid.

serosus.

ibid.

pinguis seu inguinosus.

98.

hepaticus.

ibid.

sanguineus.

ibid.

putrefactus dysenteria familiaris.

ibid.

Ieteriti causa.

ibid.

chylosi causa.

99.

diarrhaa.

ibid.

crenti causa.

100.

cura.

ibid.

purulentii cura.

107.

Alvi astriclio variis luditur modis & diversas  
ob causas.

109.

quibus medicamentis curanda.

ibid.

Anasarca v. Cachexia.

95.

Animi deliquium quanam praeceperint. 448.  
deliquio laborantes quomodo ad se rede-  
ant.

449.

de iquii species est synope.

ibid.

cause.

451-452. &c.

deliquum in quis us morbis coniungit. 454.

In

# INDEX

## Rerum & Verborum.

**A** Bortus quibus remediis praecavendum.

720. 723. 730.

Acidum succum in corpore tota angentia. II.  
temperantia, infringenta emendantia,  
etc.

14.

Acida blandiora & temperata cur usurpan-  
da.

19.

Acidi spiritus operatio in frigido à pituita pro-  
moveatur.

49.

Acrimonia salsa, lixiva & aromatica, acida  
vel retentio alimentorum lesa.

II9.

Aëstus in lumbari regione causa.  
aëris quibus corrigendus.

91.

Alteratio sanguinis ab inspirato expiratoque  
aëre luditur variis modis.

226.

abolita & diminuta quomodo curan-  
da.

231.

Alimentorum protusio quomodo fiat.

56.

Alimenta quadem fermentatione opus ha-  
bent.

72.

Alio

INDEX RERUM & VERBORUM.

<i>In Animi deliquio cur pulsus deficiat.</i>	458.
<i>Animi deliquii instantis signa.</i>	467.
concomitantia.	469.
<i>actiones laesa.</i>	471.
cura.	491.
<i>motus primarii ad affectus, cum suis adpositis ad septem classes rediguntur.</i>	602.
<i>affectuum laesiones.</i>	676.
differentia.	679.
<i>vicioſorum curationes.</i>	ibid.
<i>Animalis motus laesiones varia.</i>	680.
<i>laesionum causa.</i>	ibid.
cura.	682.
<i>Aniimonialia in puris vomitu profundunt.</i>	151. 19
quasnam habeant vires.	ibid.
<i>Apostema v. Inflammatio.</i>	135.
<i>Ascaridum ortum preventientia &amp; efficientia medicamenta.</i>	157.
<i>Ascites.</i>	159.
à quibus prodicatur.	ibid.
<i>Ascitidis curæ.</i>	ibid.
<i>chirurgica per paracenthesin novam est intima.</i>	161.
<i>Assumptio alimentorum &amp; potulentorum laesa varias fit ob causas.</i>	31.
<i>Anditus laesiones præcipua &amp; diversa.</i>	615.
laeso-	

INDEX RERUM & VERBORUM.

<i>lesionum causa.</i>	ibid.
<i>curatio.</i>	618.
	B.
<i>Balsami sulphuris anisati &amp;c. in ulceribus intestinorum mundandis usus.</i>	111.
<i>in corruptione sanguinis purulentus usus.</i>	151.
<i>Bilis sal volatile quando fiat iners,</i>	77.
<i>non desertur ad intestina.</i>	ibid.
<i>aerioris temperatio.</i>	82.
causa.	88. 166.
<i>pingui oris causa.</i>	ibid. 166.
<i>Bilem acriorem corrigentia.</i>	7.
<i>pinguiorem emendantia.</i>	20. 90.
<i>evacuanita.</i>	21. 23.
<i>augentia.</i>	169.
<i>Bilis generatio in fellis folliculo leditur variis modis.</i>	559.
<i>laesa quibus curanda.</i>	561.
<i>infolliculo fellis retinetur variis modis &amp;c</i>	562. 563.
<i>diversas ob causas.</i>	562. 563.
<i>Bilis ad hepar motus laesiones.</i>	568.
<i>cum sanguine in hepate missis leditur variè.</i>	569.
<i>quomodo curanda.</i>	571.
<i>Bilarii ductus obstruicti causa.</i>	77.

INDEX RERUM & VERBORUM.

<b>C</b>	<i>Cachexia causa.</i>	13. 517. 519.
	cura.	
	<i>Catarracta v. Suffusio.</i>	523.
	<i>Catarrhi salsi &amp; acres quomodo temperandi.</i>	266.
	<i>Cholera.</i> 139. v. <i>Vomitus.</i>	
	<i>Chylificationem Author mawuli appellare fermentationem v. Fermentatio.</i>	
	<i>Chylus quid?</i>	
	pergit ad cor.	
	<i>Secernitur à facibus alvinis.</i>	
	<i>Chyli modus luditur varus modis.</i>	
	causa variae.	
	<i>lesiones quomodo curanda.</i>	
	<i>sanguificatio varie ludatur.</i>	
	<i>Chylus sanguinis formam ubinam nanciscatur.</i>	
		163.
	<i>Clyster emolliens flatuque discutiens.</i>	92.
	<i>Colica. v. Dolor intestinalium.</i>	
	<i>Conceptio latetur variis modis &amp; diversas ob causas.</i>	
	vixata quibus curanda.	713.
		716.
	<i>Coryza.</i>	121. 260.
	<i>Cordis &amp; arteriarum motus sive pulsus lassus.</i>	
	v. <i>Pulsus.</i>	
	opac.	
	viscid.	

Crudi-

INDEX RERUM & VERBORUM.

<b>C</b>	<i>Crudus nidorosae &amp; acidae causa.</i>	44.
	cura.	51.
	acida cura.	53.
	<b>D.</b>	
	<i>Deglutitionis variis modis luditur.</i>	33.
	<i>Diarrhae biliosae causa.</i>	86. 89.
	cura.	102.
	<i>pituitosae causa.</i>	99.
	cura.	106.
	<i>serosa causa.</i>	100.
	cura. 106. vid. <i>alvi fluxus.</i>	
	<i>Doloris intestinorum differentiae.</i>	113.
	<i>colici signa.</i>	117.
	<i>subjectum.</i>	116.
	<i>illuci signa.</i>	117.
	<i>subjectum.</i>	ibid.
	<i>Dolorum intestinalium causa interna.</i>	117.
	<i>externa &amp; immediate.</i>	118.
	<i>Doloris ardentis causa.</i>	ibid.
	<i>algentis causa.</i>	119.
	<i>Dolorum intestinalium omnium causa &amp;</i>	
	<i>curationes.</i> 120. 121. 122. 123. &c.	
	<i>Doloris causa.</i>	603.
	cura.	604.
	<i>Doloris causa post partum.</i>	739.
	cura.	740.
	<i>Dysen-</i>	

## INDEX RERUM &amp; VERBORUM.

Dysenteria. v. alvi fluxus saniosus seu purulen-	
tus.	
quomodo curanda.	109.
Dyspnea cura.	246.

## E.

Effervescentia bilis & succi pancreatici causa  
pituita intestinali causa.

Effervescentia hac est natura amica.  
quando vitiosa.

probatur ex chymia.

multis modis vitiatur.

pleosque producit affectus.

vitiata quomodo curanda.

sanguinis in dextro cordis ventriculo la-  
ja.

Effervescentia sanguinis abolita causa.  
diminuta causa.

cura.

aucta causa.

cura.

celerioris causa.

cura.

83.

ibid.

ibid.

85.

ibid.

87.

ibid.

89.

ibid.

175.

183.

200.

185.

204.

187.

207.

tar-

## INDEX RERUM &amp; VERBORUM.

tardioris causa.	188.
cura.	280.
depravata causa.	188.
cura.	280.
inequalis causa.	ibid.
inordinate causa.	190.

Effervescentia hac abolita est in secundo cura-  
bilis.

Effervescentia sanguinis in corde cessans ad  
tempus. v. syncope, suffocatio hypochon-  
driaca.

Electuarium cholagogum seu diaprnum D.  
Sylvii.

hydragogum ejusd.

Emulso in fisi aucta.

Emplastrum carminans D. Sylvii.

Expulso alimentorum in testina variis mo-  
dis luditur.

Expulsionis alimentorum abolita causa.

cura.

citius quam  
decebat, contingentis causa.

Exspiratio aeris laesa.

248.

## F.

Famis laesa species primarie.  
cura.

10.

10. 11.

aucta

## INDEX RERUM &amp; VERBORUM.

causa.	10.
aucta cura.	1
diminuta & abolita cura.	1
depravata cura.	2
Fastidium corripit agros & sanos.	2
quonplex.	ib
Fastidii agrorum causa.	2
cura.	3
sanorum cura.	2
in pregnantibus causa.	7
cura.	7
Febris in genere consideratio.	28
quaesnam agnoscit causas.	28
Februm differentia.	29
Febres composita.	29
Febris essentia non consistit in calore.	29
hectica causa.	29
cura.	299-433
Februm continuarum omnium causa.	29
intermittentium omnium causa.	29
species.	35
compositorum causa.	298
Synocharum differentia.	317-318
subdivisio.	319

## ET VERBORUM.

causa,	428
cura,	429
malignarum differentia,	439
causa,	441
cura,	442
Febris diaria ephemera dicta,	301
diaria cura non est difficilis,	306
leipyrias causa,	329
ardens causus dictus,	327
cum faucium rubore & ardore,	ibid.
Febres ardentes à bile producuntur,	319-328
algide,	354
Februm intermittentium tot modis differen-	
tium causa,	366
intermittentium quā intermittentium	
causa,	375-384
cura,	401
omnium signum pathognomonicum est	
pulsus frequens,	446
Fermentationis alimentorum in ventriculo	
lata species primariae,	39
depravata species primariae sunt crudi-	
tas nidorosa & acida,	41
causa,	44
abolita & diminuta causa,	41-43
cura,	45-46
acuta cura,	
	49

causa

Kk

Fla-



Flatum generatio & eructatio,	63.121
curatio,	68.70.131.133.137
Fluor albus, in quibus obseruetur,	709.710
Floris albi causa,	711
species,	ibid.
cura,	712
Fœtus in utero generatio laesa,	718
mortuus extrahendus,	732
Frigoris causa in lumborum regione,	86

## G.

Glandula renales & tracheales singularem humorem producunt,	211
Glandula thymus producit humorum, cuius usus verus est incognitus,	ibid.
Gravedini cura,	107.622
Gustus lesiones variae,	623
aboliti & diminuti cura,	630
depravati cura,	632
varia vitia quomodo curanda,	634

## H.

Halitus erumpunt in suffocatione hypochondriaca & in oscitatione,	137
Hepaticus fluxus ab Authore non quam visus,	102
quomodo curandus,	108
Hamorrhagia cura v. sanguinis effluxus.	

Hemor-

Hæmorrhoidalis fluxus, v. alvi fluxus sanguineus, si criticus, non sistendus, si symptomaticus, cohendens,	108
Hydrops thoracis,	576

## I.

Ictericus causa,	98.565
cura,	567
Ignis viralis origo,	164
an possit ad tempus extingui, ac medicamentorum ope restituiri ac accendi,	180
sponte quomodo accendatur,	ibid.
Ileum curabile quando,	144
Ileum incurabile quando,	154
Ilei curatio,	ibid. 144
Iliacus affectus ab intestino ileo dictus,	142
sit cum alvinarum facie evomitione,	18
v. peristalticus ruclus.	
Iliaci affectus observationes bina Auth. ibid.	
Imaginationis lesiones variae, illarumque causa,	654
vitia quomodo curanda,	656
Inflammationis causa,	530
cura,	532
Inspiratio aeris luditur variis modis,	232
Inpirationis vitia quibus corrigenda,	241,
242	

Ll 2

Inte-

## INDEX RERUM

## ET VERBORUM.

<i>Intestinorum contortum &amp; convolutum in ileo non reperitur,</i>	144
<i>Intestina omnis generis dolorib. afficiuntur,</i>	113
<i>Insomnia</i>	651
<i>Ingenii &amp; rationis varia operationes,</i>	648
<i>finis,</i>	661
<i>lesiones variae,</i>	662
<i>v.ratiocinatio.</i>	
<i>Judicium, v. ratio.</i>	
<i>Fulapium in situ acuta,</i>	
L.	
<i>Lactis proventus nimius unde,</i>	
<i>sapor qualis,</i>	741.744
<i>color qualis,</i>	745
<i>vitia quomodo corrigenda,</i>	ibid.
<i>746.747</i>	
<i>748.749</i>	
<i>motus naturalis variis modis leditur,</i>	750
<i>vitiosus quomodo corrigendus,</i>	753.754
<i>755</i>	
<i>Lactatio leditur diversimode,</i>	
<i>Lactationis requista,</i>	755
<i>laesa cura,</i>	756
<i>Lac generatur ex sanguine,</i>	757
<i>Languoris universalis cura,</i>	742
<i>v. animi deliquium.</i>	477.487
<i>Leucophlegmatia, v. cachexia.</i>	
<i>Lienteria,</i>	35.98. v. alvi fluxus.
	<i>Lochio.</i>

<i>Lochiorum fluxus leditur varie,</i>	732
<i>causa,</i>	<i>ibid.</i>
<i>suppressi cura,</i>	734
<i>copiosioris durante partu cura,</i>	735.736
<i>parcioris cura,</i>	<i>ibid.</i>
<i>odor, color immutatus,</i>	736
<i>quibus curandus,</i>	738
<i>Lympha acrioris causa,</i>	166
<i>falsioris causa,</i>	167
<i>purissioris causa,</i>	167
<i>aguosioris causa,</i>	168
<i>in glandulis congregatis preparatio leditur varie,</i>	573
<i>preparatio laesa quibus curanda,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Lymphe motus qualis,</i>	577
<i>visio si cura,</i>	<i>ibid.</i>
M.	
<i>Magisteria non respondent authorum promissis,</i>	50
<i>Malacia, v. Pica.</i>	
<i>Masticationis laesa causa,</i>	32
<i>Memoria lesions variae,</i>	672
<i>vitiosae cura,</i>	674
<i>Menstrua purgationis lesions variae, causae diverse,</i>	691.692
<i>Menstrua purgatio laesa quibus corr.</i>	697.698
<i>Menstrui fluxus lesions quibus curanda,</i>	697
<i>701.702. &amp;c.</i>	
<i>Morus</i>	



# INDEX RERUM

# ET VERBORUM.

- Motus contractionis naturales,* 57  
*sanguinis per pulmones lāditur variis modis,* 215  
*sanguinis laſi quibus curandi,* 218. &c.  
*Myopia quid, ejusque causa & cura,* 611

## N.

- Nutritio pulmonum, v. Pulmonum nutritio.*  
*laſa omnium partium,*  
*v. Atrophia.*

## O.

- Obstructio calculosa ductus intestinalis curatur spiritu nitr.* 205  
*Obeſior ac carnosior corporis constitutio,* 515  
*Obeſitatis caſe,*  
*cura,*  
*Olfactus laſiones varia,*  
*laſi caſe,*  
*attriti ac diminuti cura,*

## P.

- Palpitatio cordis caſe,* 190. 498  
*cura,* 501  
*Pancreatici succi partes constituentes,* 74  
*vitia,* 78.88.89.90  
*in Pancreate pus repertum est ab Autore,* 141  
*Pancreatici succi generatio laſa,* 586  
*austeritas quibus corrigenda,* 90

Para-

- UNIVERSITATEA  
MEDICALA, FARMACIE, ET TECHNOLOGIE EMIL PAUL
- Paracenthesis nova & tutissima,* 161  
*Partus naturalis laſiones varia,* 721.722  
*quibus curanda,* 724  
*Pariendi tempus legitimum,* 720  
*Parturientium ſymptomata quibus curanda,* 725  
*Partus ſeriūs contingens accelerandus,* 731  
*præpoſterè contingentis cura,* ibid.  
*difficilis quibus curandus,* ibid.  
*Penis erector lāditur varie,* 688  
*morbis quomodo curandi,* 989  
*o ſeminiſ generatio.*  
*Percolatio chyli lāditur varie,* 155  
*morbos varios producit,* ibid.  
*quando incurabilis,* 156  
*laſa quibus curanda,* ibid.  
*Periſtaltici motus intestinorum caſa,* 142  
*caſe, & principium,* 138  
*cura, v. vomitus.*  
*Pica in fœminis & viris unde,* 12.13  
*Pituita in tenui intestino à ſaliva continuo deglutita originem dicit,* 84  
*viscida quomodo corrigenda,* ibid.  
*Pituita intestinalis à quibus propellatur,* 157  
*coaguletur,* 158  
*Pilulae de cynoglossa & ſtyraxe corrigunt ſerum ſalfum & mordax,* 106

## INDEX RERUM

- Placentacum utero nexus in partu minuen-*  
*dus,* 741  
*Potuientia fermentatione non indigent,* 72  
*Pulmonum nutritio laſa,* 267  
*arteria ex arcta trunco descendente or-*  
*ta,* 267  
*nutritionis abolita & diminuta caſae* 269  
*aucta,* 271  
*cura,* 276  
*quomodo cognoscenda,* 272  
*deficiens,* 272  
*nutritio laſa à pura quomodo cognoscen-*  
*da,* 272  
*Pulmonum ulceris cura,* 274  
*empyematis cura,* 275  
*tubercula,* 276  
*nutritionis depravata cura,* 275  
*Pulsus leditum multipliciter,* 280  
*quid significet,* ibid.  
*quomodo fiat,* 281  
*differentia,* 282  
*Purgantia infame acuta non prescribenda,* 16  
*phlegmagogha,* ibid.  
*chologoga,* 21  
*non solum evacuandi, sed & alterandi*  
*vim habent,* 52  
*de Purgantibus precepium singulare,* 16

Rationis

## ET VERBORUM.

R.

- Rationis sive judicij munera,* 657  
*laſiones varia, & illarum caſae,* 668  
*curationes,* 671  
*Ratiocinatio variis leditur modis,* 662  
*vitiata quibus curanda,* 666  
*Regula aurea à prudenteribus Medicis obser-*  
*vanda,* 150  
*Retentionis alimentorum in ventriculo leditur*  
*varis modis, & varias ob causas,* 35  
*Retentionis laſa vicia quibus curāda,* 36.37.38  
*Rhabarbari preparatio,* 22  
*Ructatio quæd,* 22  
*Ructuum caſa,* 63  
*caſa materialis & efficiens,* ibid.  
*cura,* S. 68  
*Saliū volatilium usus,* 25  
*Saliva inerteria & visciditas unde,* 78  
*partes conſtituentes,* 74  
*in glandulis maxillaribus conglomeratis*  
*preparatio leditur varie,* 579  
*laſionum caſa,* ibid.  
*curatio,* 528  
*motus in os ac œſophagum laſiones, &*  
*caſa illarum,* 585  
*Salis tartari vitriolati usus,* 81  
*harmoniaci usus in obſtructo ductu bi-*  
*lario à pituita, ibid.* 16. San-

Sanguinis consistentia naturalis unde & coagulatio in corde,	84
in ventriculo coagulati dissolutio quibus fiat,	68.69.219.534
effluxus omnes curat mistura. Aut.	108
Sanguificationis vitiæ & cause,	164
curatio,	168.169.170.171
Sanguinis in pus mutatio curatur bals. sulph.	
anis.	262.273
perfectio in sinistro cordis ventriculolo-	
sa,	276
corrupta,	278
quomodo curanda,	279
in sinistro cordis ventriculo per arte-	
riam exortam ad omnes corporis	
partes fluxus lreditur variis modis,	
504.508	
Sanguinis à partibus omnibus ad dextrum	
cordis ventriculum per venas refluxus la-	
ditur diversimode,	526
plusquam perfectio in liene lreditur va-	
riè,	557
quomodo lesiones illius curande,	558
Scammonii preparatio, Aut.	21
usum abhorrentes rheubarbaro utantur,	
22	
Scotoma,	610
Secretio	

Secretio chyli à fecibus alvinis lœsa,	72
à quibus promoteatur,	73
Secretionis hujus lœsa species,	75
causa,	76.77.78
cura,	81.82
Secundinas fœtumque expellentia medica-	
menta,	726
Seminis generatio quomodo fiat,	684
lreditur variis modis,	685
diversas ob causas,	ibid.
lœsa quibus curanda,	606.687
virilis effusio lreditur varie,	688
Sensuum internorum & externorum nume-	
rus,	601
Sensus caloris lesiones quibus curanda,	647
Singulus non est ventriculi affectus,	250
causa,	251
cura,	254
Sitire est passio bdominis non per naturam natural.	4
Sitis lesiones,	4
vitiæ & cause,	5.6.85
cura,	7.9
Sitis delirantibus non est sublata,	5
Somnus varie lreditur,	650
profundior quibus curetur,	652
& vigilia sunt sensuum externorum af-	
fectiones,	649
Spiritus	

## INDEX RERUM

## ET VERBORUM.

Spiritus nitri quo vis calculos solvit,	81
Spiritum animalium in cerebro & ce- rebello generatio luditur variis modis & diversas ob causas,	546
parcior secretio quo modo reparanda,	549
immobilitas nimia quibus reparanda,	550
impuritas corrigenda,	551
motus per nervos luditur varie, & di- versas ob causas,	552
curatio.	
Spiritus Carminativus D. Sylvii.	
<i>salis armoniaci usus,</i>	
Sternutationis causa,	
cura,	
Sudorifera optima in liquida forma,	
Suffocatio uterina cur hypocondriaca dicen- da,	
Suffocationis causa,	
symptoma, 139      cura,	
chirurgica,	
Suppressionem mensium sequitur pica,	24
Suppositorium ex alumine,	92
Surditas, v. <i>Auditus laeso,</i>	
In syncope, urgente frigore, convenit ol : ca- ryoph: terebinth:	169
erumpit sudor frigidus,	466
v. <i>Animi deliquium,</i>	
Tabes,	

## V.

Vinum medicatum,	17
absinthites,	20
Visus lesiones primariae,	605
Visio senium quid, & ejus causa, & cura,	
610.	
Visionum Casarum causa & curatio.	611
Vigil-	

## T.

Tabes, v. <i>Atrophia,</i>	639
Tactus lesions rarie,	642
quomodo curande,	
Tenesmi causa, 102. v. <i>alvi fluxus puralen-</i>	
<i>tus:</i>	
<i>cura,</i>	112
<i>Testiculis qualis humor in totum corpus</i>	
<i>transeat,</i>	209. 211
Tonus ac rebur partium naturale deficiens	
<i>compendum,</i>	109
Triumviratus ubi fiat,	73
Triumviralis humoris origo,	84
<i>natura &amp;c. sedulo investiganda,</i>	87
Tumor in sinistri Catere ab Autore cura-	
<i>tus,</i>	132
Fusilli humide causa,	252
<i>siccacausa,</i>	253
<i>cura,</i>	263
Tympanites,	120

## INDEX RERUM

Vigiliarum cura,	652
Ulceris in crassis intestinis curatio, in tenuibus,	109
cura,	
Vomitoria antimonialia,	110
Vomitus quid,	21
subjectum,	62
causa,	64
fit in cholera,	
Vomitus cura,	
purulentica cura,	66
differentiatione materie,	68.141.151
causa remota,	137
in quibus morbis observetur,	139
sanguineus,	139
quibus curandus,	140
ex pancreate ortus,	150
infœmina curatio,	ibid.
cura propter diversas causas est diversa	ibid.
145	
curatur opiatis,	146.148
à venenis cura,	149
à motu peristaltico cura,	152.153.154
Urina in renibus perfectio luditur diversimodo et diversas ob causas,	588
laesa quibus curanda,	592
per uretheres defluxus, atque in vesicam	
transitus	

## ET VERBORUM.

transitus luditur varie,	593
cura,	594
Urinæ retentio in vesica & per urethram ex-	
cretio luditur varie, & varias ob causas,	
595	
hujus laesiones quibus curanda,	597

F I N I S.

